FELICIS CONTELORII I. V. ET SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORIS, ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI,

TRACTATVS ET PRAXIS De Canonizatione Sanctorum,

CVM INDICIBVS.



LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII DVRAND,
M. DC. XXXIV.
CVM PRIVILEGIO.



EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI D. D. FRANCISCO BARBERINO S. R. E. CARDINALI.

FELIX CONTELORIVS FEL.

SACROS Ecclesiæ ritus è Christi Domini oraculo, atque Apostolicis ex institutis emanasse haud dubium est, & certè diuinum quid sapiunt, vtque piè suspiciendi, ita religiosè quoque sunt procurandi, illos præ cæteris Ecclesia Romana omnium parens & magistra, summa fide

retinuit, & diligentissime conseruauit: præcipuè verò enituit ista fide atque diligentia in his, quos obseruare solemne fuit, quoties pij, rebusque mirabiliter gestis, clari heroes Sanctis adscribuntur, seu canonizantur. Quos ego complexus hoc opusculo impellentibus animis euulgo, & Eminentiæ tuæ lubens meritò nuncupo, quidquid est opellæ, quæ argumento longè nobilior quàm industria. Vrbani V. I I I. Sanctissimi Pontificis, patruique tui pietas in huiuscemodi ritibus peragendis semel, iterúmque à populo Christiano spectata, simúlque studium, & veneratio, quam Eminentia tua in colendis, promerendísque Sanctis

adhi

adhibet, vindicant & asserunt lucubrationes has meas Eminentiæ suæ, quæ insuper me sibi, Pontificique Maximo penitus addixit, & obstrinxit, beneficio apud me futuro immortali.



FACVLTAS imprimendi.

Jmprimatur. Si videbitur Reuer. P. M. Sacr. Pal.

Archiep. Belu. Vicesg.

Jmprimatur.

Fr. N. Ispaon.

APPROBATIO.

TRactatum & Praxim de Canonizatione Sanctorum, *Auth. Felice Contelorio I.V. & Sacr. Theolog. Doctor. in Romana Curia Aduocato*, perlegisse, nihilque in eo Fidei orthodoxę contrarium reperisse, Ego infrascriptus in sacra Theolog. facultate Paris. Magister, fidem facio. Lugd. die 28. Martij, ann. 1634.

FR. CLAVDIVS COCHET
Ord. Præd.

APPROBATIO.

EGo quoque vidi & legi præfatum Librum de Canonizatione Sanctorum, *Authore Felice Contelorio I. V. & sacræ Theologiæ Doct.* nihilque in eo veræ & orthodoxę fidei aduersum citus animaduerterim, aut reprehenderim, dignum certò qui lectorum manibus teneatur, in lucemque edatur, existimaui, & approbaui hac die 29. Martij, anno 1635. Lugduni in Conuentu sancti Bonauenturæ Fratrum Minorum.

Fr. BERNARDIN. MOLLIASSON
Lector Iubilatus.

CONSENSVS
Procuratoris Regis.

FElicis Contelorij I.V. & Sacræ Theologiæ Doctoris, Tractatum & Praxim de Canonizatione Sanctorum, in lucem edi, typísque mandari, Sumptibus LAVRENTII DVRAND, Ego Regis Procurator in Lugdunensi Præfectura non impedio, prima Aprilis 1634.

PVGET.

PERMISSIO.

PErmitto hunc librum in lucem mitti; Factum die 25. Augusti, 1634.

SEVE.

INDEX CAPITVM.

TRACTATVS.

Lega

Decreta

INDEX



INDEX
Rerum, & verborum notabilium.

** *Bea*

C

 Ca


N

O

P

FINIS.





DE CANONIZATIONE SANCTORVM.



PROOEMIVM.

AD Apostolicæ Sedis apicem ex vniuerso terrarum Orbe maiores, quas vocant, causas sacra Concilia, Summíque Pontifices referendas esse decreuerunt *cap. præceptis,2.dist.12.cap.multis 5.dist.17. cap.quoties 12.24. quæst.1. cap.maiores, de Baptism.* Inter has præcipuum sibi locum vendicat de hominis defuncti miraculis, & vitæ sanctitate discussio, & approbatio, quam Summus Pontifex, vti caput vniuersalis Ecclesiæ, sibi reseruauit *cap. 1. & 2. de reliq. & venerab. Sanct. cap. vnic. eod. tit. in 6.* Et licèt, ob causæ & argumenti dignitatem, ego inter Aduocatos

minimus, debuissem potius de canonizatione quæstiones primoribus relinquere discutiendas, quàm ingenij culpa deterere quicquid in hoc genere cæteri scriptores elaborarunt; tamen cùm plurium causas promouerim, quos hodie vti receptos in supernarum mentium patria colimus, eorum fretus auxilio breuem instituam de canonizatione tractatum, quem in hæc capita diuidam.

1. Quid sit canonizatio.
2. In quo differat à beatificatione.
3. De antiquitate canonizationis.
4. Quis possit canonizare, an Episcopi, & Archiepiscopi.
5. An Episcopi longè absentes ab Vrbe.
6. An Collegium Cardinalium Sede vacante, & an Legatus de latere.
7. An Concilium Prouinciale, vel vniuersale.
8. An Summus Pontifex.
9. An in canonizatione Pontifex teneatur requirere consensum Cardinalium.
10. An in canonizatione Sanctorum possit errare.
11. Quis possit canonizari, an Sancti veteris

teris Testamenti, an infidelis conuersus ad fidem, an Sancti noui Testamenti, an infantes statim mortui.

12. Ad quem ordinem Sancti consueuerint canonizari; & quæ requirantur ad hoc, vt aliquis possit canonizari.
13. De Baptismo.
14. De sanctitate, & eius probatione.
15. De virtutibus theologicis, & cardinalibus.
16. De miraculis, & quid, & quotuplex sit.
17. De requisitis ad miracula.
18. De probatione miraculorum.
19. An miracula sint necessaria ad canonizationem.
20. Et an sint necessaria in vita, & post mortem, & quot.
21. An in Martyris canonizatione miracula requirantur.
22. De effectibus canonizationis, seu de veneratione canonizatorum, & beatificatorum, ac aliorum ante Romani Pontificis approbationem.

CAPVT I.

Quid sit Canonizatio.

SVMMARIVM.

1. *Definitiones variæ canonizationis, & num. 3.*
2. *Canonicè fieri dicitur, quod sit seruata forma iuris.*
4. *Definitio debet esse conuertibilis cum definito.*
5. *Definitio verbum est generale, & sumitur pro iuris regula, & determinatione, & num. 6.*
7. *Determinatio, quam facit sententia definitiua, vel interlocutoria, dicitur definitio.*
8. *Canon idem, quod regula.*
9. *Canonizatio dicitur solemnis propter solemnitates in ea requisitas.*
10. *Solus Papa potest Sanctos canonizare.*
11. *In canonizatione quis non efficitur Sanctus, sed declaratur.*
12. *Sententia lata super rei vendicatione non efficit quem dominum, sed declarat.*

13. *Sen*

13. *Sententia super crimine infligente confiscationem ipso iure non publicat bona, sed declarat publicata.*
14. *Non potest quis coli pro Sancto, etiamsi faciat miracula sine approbatione Sedis Apostolicæ.*
15. *Papa est omnium iudex ordinarius.*
16. *Catalogus quid sit, & num.* 18. *&* 19.
17. *Calendarium, in quo enumerantur Sancti, dicitur Catalogus.*
20. *Quo die celebretur festum sanctissimi Corporis Christi.*
21. *Festa duodecim Apostolorum, & quatuor Euangelistarum, & Doctorum sub duplici Officio celebrantur.*
22. *Officium fit duplex, vel simplex, prout Papa declarauerit.*
23. *Canonizatio fit ad honorem Sanctorum, ad nostram tamen salutem.*
24. *An gloria Sanctorum augeatur.*



NNOC. *in cap.* 1. *de reliquiis, & veneratione Sanctorum* docet †, canonizare Sanctos nihil aliud esse, quàm canonicè & regulariter statuere, quòd aliquis Sanctus honoretur pro Sancto, puta solemne 1.

Officium pro eo facere, sicut pro aliis Sanctis, qui sunt eiusdem conditionis: vt si canonizetur Confessor, fiat pro eo officium Confessorum, & si Martyr, fiat pro eo officium Martyrum. Hostien. *ibid. n. 3.* Ioan. Andr. *num. 2.* Canonizare, ait, est aliquem Sanctum per Papam catalogo aliorum Sanctorum adscribere, & publicè, solemniter, & regulariter declarare, & definire, & statuere, quòd tanquam Sanctus ab omnibus honoretur, & fiat certa die solemne Officium annuatim, quale pro aliis Sanctis illius conditionis, si vt Confessor canonizatur, officium Confessorum, si vt Martyr, Martyrum. Butr. *n. 4.* Abb. *num. 5.* & cæteri Doctores, Addit. ad Felin. *in cap. 1. de sum. Trin. & fid. Cathol. littera B.* Addit. ad Bellam. *decis. 572.* Syluest. *in summ. verb. Canonizatio, in princ.* summa Angelica, & summa Tabien. *eod. verb. in princ.* Panuin. *in relat. S. Bonauent. in princ.* S. Antonin. *in sum. part. 3. tract. 22. c. 5. §. 5.* ex sententia Augustini Triumphi ait canonizare non esse aliud, quàm sanctitatem alicuius venerandam & approbandam manifestare, propter fidem Ecclesiæ eius opera imitantis, & beneficia recipientis.

pientis. Ioannes Viguerius *in Institution. Theolog. cap.* 10. *de virtut. fidei.* §. 3. *num.* 14. *in princ.* Canonizatio, inquit, nihil est aliud, quàm ſanctitatis alicuius hominis approbatio, certificatio, & manifeſtatio; atque propoſitio venerationis illius toti Eccleſiæ Catholicæ, ad Sancti imitationem, & beneficiorum Dei per eius inuocationem; impetrationem; & receptionem. Maluetius *de canoniz. Sanctor. dub.* 1. *num.* 23. ſic definit: Canonizare eſt aliquem ſecundùm canones pro Sancto approbare. Ludouicus Carbo *in ſumma ſummarum tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 17. ſic definit: Canonizatio eſt publicum Eccleſiæ teſtimonium de vitæ ſanctitate, & gloriæ adeptæ hominis iam defuncti, quo etiam & illi decernuntur honores, qui debentur illis, qui cum Deo feliciter regnant; concordat Bellarminus *controuerſ. tom.* 4. *de beatit. Sanctor. lib.* 1. *cap.* 7. *verſ. Sed antequam,* Luiſius Turrianus *in* 2. 2. *ſancti Thomæ. diſput.* 17. *dub.* 1. Molfeſ. *conſ.* 46. *num.* 7. Cardin. Tuſcus *in repertor. verb. canonizatio.* Canonizare, inquit, Sanctos propriè eſt aliquem per Summum Pontificem catalogo Sanctorum adſcribi, vt habeatur pro Sancto.

ĉto. Huiuſmodi definitiones, ſeu deſcriptiones videntur conuenire etiam inferioribus à Papa, vtputa Epiſcopis, cùm nullum verbum contineant, quo dicti inferiores excludantur, qui tamen San-
2. ctos canonizare non poſſunt †, niſi fortè velimus dicere aduerbium illud *Canonicè*, tollere omnem ambiguitatem, quia canonicè fieri dicitur, quod fit ſeruata forma iuris. Ioan. Andr. *in cap. non poteſt, verb. canonicè*, ibi, *per eum, qui conferre poterat, de præbend. in* 6. Brixien. *in repert. verb. canonicè.* Secundùm verò formam iuris ſolus Pontifex poteſt canonizare, *cap. 1. de reliq. & vener. Sanctor.* Vnde formaliùs à Iacobo Caſtellano *de canon. Sanct.* ſic definitur, & declaratur:

3. Canonizatio eſt canonica, ſolemnis & publica definitio per Papam facta, quòd aliquis Sanctus ab omnibus honoretur, & catalogo aliorum Sanctorum aſcribatur, & fiat certa die annuatim Officium ſolemne pro eo.

4. Hæc definitio videtur ponere ſubſtantiam canonizationis, & eſſe conuertibilis cum ſuo definito, prout ad eſſentiam definitionis requiritur, ſecundùm Bart.

A in

in l.1.ff.de testam. & glos.*in l.omnis definitio. ff. de regul. iur. & in l.* 1. §. *dolum. ff. de dol.* † Nam illud verbum *definitio*, in ea posi- 5.
tum stat, vt genus aptum comprehendere omnem speciem definitionis, & determinationis, vt eam, de qua *in l. filium eum definimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* & eam, de qua *in cap.1. vers. definiuit super hoc sancta Synodus, de sponsal.* & facit *d. l. omnis definitio*, † vbi secundùm vnum in- 6.
tellectum sumitur definitio pro iuris regula, & determinatione; † sic etiam ea 7.
determinatio, quam facit sententia definitiua, quæ definit principalem quæstionem, dicitur definitio, secundùm glos. *in Clem.1. de seq. poss. & fruct.* & ea, quam facit interlocutoria, quæ definit quæstionem incidentem, vel emergentem, vt *d. glos.* & est glos. *in l. generaliter. C. de reb. cred. in verb. plenissima.* Cætera autem verba stant in præmissa definitione, vt differentiæ, vt patet apertè.

Canonica, id est, Regularis; Canon † enim Græcè, Latinè regula nuncu- 8.
patur, *cap. canon.* 3. *dist.* Nam ad canonizationem proceditur secundùm canones, & regulas iuris, & sanctorum Patrum, vt

patet ex his, quæ leguntur *in cap. venerabili, de testib.* & per Arch. *in cap. nec mirum, 26. quæst. 5.* & per Innoc. & Ioan. Andr. *in cap. 1. de rel. & ven. Sanct.* & per glos. *in c. 1. eod. tit. in 6.*

9. *Solemnis, & publica* † dicitur, quia conueniunt Pontifex, & Cardinales, Episcopi, & totus Clerus, & Populus in Ecclesia deputata, solemniter ornata, & ibidem Papa solemniter, & publicè definit illum, de quo agitur, esse Sanctum, & tanquam Sanctum ab omnibus adorandum, & catalogo Sanctorum adscribendum, & festum eius tali die colendum, Missámque celebrat in honorem canonizati.

10. *Per Papam facta*, † hoc ideo dicitur, quia solus Papa potest Sanctos canonizare, & nemo alius ab eo inferior, vt *infrà cap. 8.*

11. *Quòd aliquis Sanctus*, † hoc ideo dicitur, quia in canonizatione quis non efficitur Sanctus, sed manifestatur, & decla-
12. ratur; sicut dicimus in † sententia lata super rei vendicatione, quæ non efficit quem dominum, sed declarat & manifestat. *l. ex diuerso. ff. de rei vend.* §. 1. & in
13. † sententia declaratoria lata super crimine

mine infligente ipso iure bonorum confiscationem, quæ non publicat bona, sed declarat esse publicata, de quo *in cap. secundùm leges, de hæret. in 6.* & *ibi* per Ioan. Andr. & alios, *& l. eius, qui delatorem. ff. de iur. fisc. post princ. & in Auth. de incertis nuptiis, in princ. per glos.*

Tanquam † Sanctus *ab omnibus honoretur.* nam aliàs, etiam si per aliquem fiant miracula, non potest publicè coli pro Sancto, *d. cap. 1. de reliq. & vener. Sanct.* & per glos. *in cap. venerabili, de testib. & infrà cap. 20. num. 7.* 14.

Ab omnibus ideo dicitur, quia Papa † omnibus præest, & est immediatè omnium iudex ordinarius. *c. cuncta per mundum, & cap. per principalem, 9. quæst. 3. & c. nouit, de iudic. & extrauag. vnam Sanctam,* Bonifacij VIII. & Host. *in d. cap. 1. num. 8. de reliq. & vener. Sanct.* 15.

Et catalogo aliorum Sanctorum ascribatur. Est autem † Catalogus sermo nomina aliquorum ordinatè continens, secundùm Hostiens. *in sum. in tit. de reliq. & vener. Sanct. ad fin.* ad quod facit 34. *dist. cap. quorundam.* ibi, *de clericali catalogo, &* 19. *quæst. 3. cap. quoniam.* ibi, *de sacro catalogo.* 16.

Vnde

Vnde Guiliel. *in rationali in tit. de festiui-*
17. *tatibus Sanctorum*, dicit, quòd † Kalenda-
rium, & Litaniæ, in quibus enumerantur
Sancti, per Romanam Ecclesiam appro-
bati, possunt appellari Catalogi, & dici-
18. tur † Catalogus secundùm eum à κατὰ,
quod est vniuersale, & λόγος sermo,
quasi sermo vniuersalis, vel secundùm
Hostiens. à κατὰ, quod est iuxtà, & λόγος
19. sermo. Igitur in his terminis † Catalo-
gus Sanctorum est sermo; seu scriptura
continens, & enumerans ordinatè nomi-
na Sanctorum approbatorum ab Eccle-
sia Romana.

20. *Et fiat certa die*; † sic etiam feria quinta
post Octauam Pentecostes mandatur so-
lemniter celebrari memoria Sacramenti
Corporis Christi, *Clem. vnic. vers. Nos ita-
que, de reliq. & vener. Sanct.* Sic quintò
Nonas Maij mandatur solemniter cele-
brari festum Inuentionis sanctæ Crucis.
cap. Crucis, de consecr. dist. 3.

Annuatim. Sic *in c. gloriosus Deus, de
rel. & ven. Sanct. lib. 6.* mandatur singulis
annis perpetuis futuris temporibus sub
21. duplici Officio celebrari festa † duode-
cim Apostolorum, & quatuor Euange-
listarum,

liſtarum,& quatuor Doctorum Eccleſiæ, & facit *d.Clem.* 1. *de rel. & vener. Sanct.* §. *nos itaque, verſ. annuatim.*

Officium ſolemne; hoc autem Officium erit † duplex, ſi Papa declarauerit, aliàs 22.
ſimplex, quia ad ſolum Papam pertinet aliquem ex Sanctis præ aliis extollere, & diſponere quòd ſub duplici Officio feſtum eius celebretur. text. & *ibi* expreſsè notat gloſ. *in d. cap. glorioſus Deus*, & ibi not. Domini. *de reliq. & venerab. Sanctor. in* 6.

Pro eo; id eſt, † ad eius honorem, no- 23.
ſtram verò ſalutem, quia iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre; Sancti n. noſtris orationibus non indigent, cùm omnia eis ad vota ſuccedant; ſed nos eorum orationibus indigemus, quos vndique mala noſtra perturbant. *cap. cùm Marthæ.* §. *fin. de celebr. Miſſ.* faciunt illa verba, quæ dicuntur in offerenda Miſſa, id eſt, vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem, & dicit text. *in d. cap. cùm Marthæ*, quòd illa verba, quæ reperiuntur in quibuſdam orationibus, *proſit, vel proficiat huic Sancto, vel illi, talis oblatio ad gloriam, & honorem*, ita debent intelligi,

vt

vt ad hoc profit, quòd magis, ac magis à fidelibus glorificetur in terris. Plerique
24. † etiam non indignum reputauerunt Sanctorum gloriam vsque ad iudicium augmentari, vt *ibid.* dicitur, ideo Ecclesiam interim posse optare augmentum gloriæ eorundem Sanctorum.

CAPVT II.

De differentia inter Canonizationem, & Beatificationem.

SVMMARIVM.

1. *Summus Pontifex licentiam impartitur, vt aliquis pro Beato colatur.*
2. *Vel tolerat venerationem.*
3. *Vel rescribit Episcopo, vt facultatem venerandi concedat.*
4. *Quid sit Beatificatio.*
5. *In quo differat Beatificatio, & Canonizatio, & n.6.7.8. & 9.*
10. *Quis dicatur Beatus, & n.13.*
11. *Quis dicatur Sanctus.*
12. *Sancti pingi debent cum diademate, licèt à pictoribus non obseruetur.*

14. *Sancti*

14. *Sancti aliquando dicuntur Beati.*
15. *Nullus dum viuit verè dici potest Beatus.*
16. *Licèt propter spem beatitudinis adipiscendæ dicantur Beati.*

COnsueuere † Romani Pontifices ad 1.
supplicationem Principum, Vniuersitatum, Religionum, aliarúmque personarum impartiri licentiam, vt in aliquo speciali loco defunctus cum fama sanctitatis concurrentibus miraculis publica aliqua veneratione colatur, vtputa quòd in eius honorem dicatur diuinum Officium, vel Missa celebretur, vel eius dies festus agatur, vt de B. Alberto de Trapano Ordinis Carmelitarum patet ex oraculo Cardinalis Rothomagen. sub Calixto III. & de Beatis Gerardo, Petro, Ottone, Accursio, Adiuto ex Ordine Fratrum Minorum martyrizatis in Malocho, patet ex litteris Sixti IV. *de anno* 1477. vt refert Panuin. *in relatione sancti Bonauent. in princ.*

Vel † tolerare; quòd in aliqua certa 2.
Ecclesia alicuius ciuitatis, seu alterius loci, & non alibi publicè colatur, & honoretur

tur pro Sancto aliquis Sanctus non canonizatus ab Ecclesia Romana, vt post Hostiens. & Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanctor.* Panuin. *vbi suprà* refert ex tolerantia Romanæ Ecclesiæ Carolum Magnum publicè coli pro Sancto in sola Capella Aquisgrani.

3. Vel † rescribere Episcopo loci, aut Nuncio Sedis Apostolicæ, vt constito de miraculis permittat publicum cultum exhiberi, sicuti mandauit Paulus III. *anno* 1537. eius tunc Nuntio in Sicilia, vt facta diligenti inquisitione concederet vniuersitati Terræ Zichili Siracusanæ diœcesis, vbi corpus quondam Gulielm. Confitellæ, requiescere, & miracula facere asserebatur, facultatem festum eius celebrandi in octaua die post Resurrectionem Dominicam sub officio Confessoris non Pontificis cum clausula; ita tamen quòd propter hoc non censeatur canonizatus. Quem actum, seu facultatem à Romano Pontifice habitam, Bea-
4. tificationem appellamus †, quæ in effectu nihil est aliud, quàm particularis quædam canonizatio, vt dixit Dominus Franciscus Penia, olim Rotę Decanus, *in quæst.*

de

de cultu, & vener. Sanct. Luisius Turrianus *in 2. 2. sancti Thomæ disput. 16. dub. 2. & 3.* Card. Tuscus *in Repertorio, verb. Canonizare.*

Differt † autem à Beatificatione, quia 5.
Summus Pontifex in beatificatione indulget, & concedit, vt aliquis cultus, & honor in aliqua Religione, Prouincia, vel ciuitate beatificato deferatur, vt patet ex formula beatificationis, qua Romani Pontifices vtuntur, & aduertit Dominus Penia *in d. quæst.* & Luisius Turrianus *vbi suprà, disp. 17. dub. 3.*

In canonizatione verò Summus Pon- 6.
tifex declarat, pronunciat, & definit ad honorem sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, & exaltationem fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis augmentum, authoritate eiusdem Dei Omnipotentis Patris, & filij, & Spiritus sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & sua de Fratrum suorum consilio Carolum Sanctum esse, & Sanctorum catalogo ascribendum, ipsúmque catalogo huiusmodi adscribit, statuens, vt ab vniuersali Ecclesia anno quolibet in die tali festum ipsius, & Officium deuotè & solemniter

celebretur, vt legitur *in libro ſacrarum cæremoniarum lib.*1. *ſect.*6. & patet ex forma canonizationis ſancti Caroli *in Bullario in conſtit.* 63. *Pauli V. & ſanctæ Franciſcæ Romanæ in Bullar.conſtit.*45.

7. Beatificatio non eſt vltimum Eccleſiæ iudicium de gloria, & ſanctitate hominis defuncti;canonizatio verò eſt ſupremum de alicuius ſanctitate iudicium.

8. In beatificatione Summus Pontifex, habita relatione ab Eminentiſſimis Cardinalibus Sacrę Congregationis Rituum, de eorum conſilio poſtquam in eadem Congregatione, vel ſacro Rotæ Auditorio diligens examen,& inquiſitio de vita, & miraculis illius,qui petitur beatificari, præceſſit, declarat ſine aliqua ſolemnitate Thomam ex gratia eſſe Beatum, & de eo vti confeſſore, vel Martyre poſſe Miſſam, & Officium in tali loco à talibus perſonis celebrari.

9. Quando † verò agitur de canonizatione,ad illam procedit de omnium Cardinalium conſilio,habitis etiam Prælatorum votis in Conſiſtorio ſecundùm formam in Cæremoniali præſcriptam, & cum maxima ſolemnitate, præſentibus Clero,

Clero,& populo, coram quo declarat, & decernit Carolum ex gratia esse Sanctum, & vt Sanctum à Christi fidelibus venerandum.

Hinc etiam fit, quòd † Beatus ille dicatur, cuius nec dies mortis, nec Officium in eius memoriam celebratur, nec etiam illi dedicatur Ecclesia, vt eius imago pingitur cum radiis. 10.

Sanctus † verò dicitur ille, in cuius honorem supradicta omnia fiunt, præcedente canonizatione inducta ab Ecclesia, & cuius imago pingitur cum diademate circa caput, vt aduertit Maluetius *de canonizatione Sanctor. dub.* 1. *num.* 19. & latiùs *infrà* dicam. 11.

Sed illud quoad † picturam imaginis cum radiis, vel diademate non videtur à pictoribus obseruari, qui vtuntur quasi iure suo miscendi omnia, sicuti de coloribus faciunt, aut quidlibet vnà cum Poëtis audendi. 12.

Item † Beatus dicitur ille, qui priuatis in locis à priuatis personis in Sanctorum cœtu esse creditur, vt ait Ludouicus Carbo *in summa summ. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 17. *vers. eorum autem.* 13.

14. Ac etiam † Sancti canonizati aliquando dicuntur Beati, vt *in cap.1.22. distinct.* ibi, *Qui beato æternæ vitæ clauigero, & in cap.Non nos Beatum Petrum* 40.*distinct.*


15. In hac tamen mortali vita † nullus verè dici Beatus potest, quia Beatitudo idem est,ac vita æterna.S.Thom. *in* 4.*sentent.distinct.*49.*art.*7.*& seq.* Cassan. *in Catalog. gloriæ mundi, part.*3. *consid.*46. *vers. in vita,* Maluet. *de canoniz. Sanctor. dub.*1. *num.*22. Et visio Dei per essentiam est tota essentia beatitudinis, idem S. Thom. *part.*1.*summa quæst.*1. *art.*4. *in corp. & q.*12. *art.*1. *in corpor. & art.* 8. *ad* 4. *& quæst.*26. *art.*2. *&* 3. *& quæst.* 12. *quæst.*2. *art.*4. *&* 8. & alibi sæpiùs; essentia verò Dei in hac vita videri non potest. S. Thom. *part.*1. *quæst.*12. *art.*12. *in corp.& art.seq.*& facit illud Ouidij,

——*Dicique Beatus*
Ante obitum nemo, supremaque funera faxit.

Et illud Senecæ *in ludo in mortem Claudij Cæsaris, col.*4.*fol. mihi* 680. Itaque ne videar in personam,non in rem sententiam ferre, censeo ne quis post hunc diem Deus fiat, ex his qui ἀρούρης καρπὸν ἔδουσιν,

aut

aut ex his, quos alit ζείδωρος ἄρουρα, hoc est, ex his, qui agrorum fructu vescuntur, aut ex his, quos alit frumentiferum rus.
† Licèt propter spem beatitudinis adipiscendæ in futura vita, secundùm illud Roman. 8. *spe salui facti sumus*, vel propter aliquam participationem beatitudinis, secundùm aliqualem summi boni fruitionem, aliqui dicantur in hac vita Beati, secundùm S. Thom. *part. 2. quæst. 5. art. 3. ad primum, & quæst. 69. art. 1. in corp.* vbi quòd pueri dicuntur Beati propter spem, Molfes. *conf. 46. num. 1.* 16.



CAPVT III.

De antiquitate Canonizationis.

SVMMARIVM.

1. *In lege veteri fuit canonizatio, seu approbatio Sanctorum.*
2. *Nullus neque Martyr absque approbatione etiam antiquitus coli consueuit.*
3. *Quid antiquitus fieret, si quis martyrio occubuisset.*

4. *Quo tempore fieri cœperit canonizatio secundùm formam quæ hodie est in vsu.*
5. *Tempus est incertum formæ canonizationis.*
6. *Varia forma seruata est in diuersis canonizationibus.*
7. *Canonizatio quoad originem inducta fuit à lege veteri.*

IESVS filius Sirach Ecclesiastici cap.44. *Laudemus*, inquit, *viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua*, &c. *omnes isti in generationibus gentis suæ gloriã adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus*, &c. *corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuit in generationem, & generationem.* quæ verba explicans Innoc. *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanctor. in princ.* sic ait: Per hoc, quod dicit, *Laudemus*, viros gloriosos ostendit, quòd canonizati erant, quia aliàs non mandaretur Ecclesiæ, quòd eos laudaret. Per hoc, quod dicit, *parentes nostros*, ostendit quòd nullus canonizandus est, nisi fidem habeat, soli enim parentes eius erant Iudæi, & penes quos solos erat fides, canonizandi erant; sequitur Panuin. *in relat. S. Bonauent.*

art.8.

art. 8. Vnde ſentit, quòd etiam † in lege 1.
veteri erat canonizatio, & approbatio
Sanctorum ad finem publicæ veneratio-
nis. Ideóque Cardin. Bellarminus ait *in
tom.* 4. *controuerſ. tit. de Sanctor. beatitud.
controuerſ.* 7. *gener. lib.* 1. *cap.* 7. quòd Ec-
cleſiaſticus *d. cap.* 44. *& ſeq.* canonizauit
Sanctos, vt Henoch, Noë, Abraham,
Iſaac, Iacob, Moyſem, Aaronem, Phineas,
Ioſuë, Caleb, Samuelem, Dauidem, He-
liam, Heliſeum; & in Teſtamento nouo
S. Lucas in Actis canonizauit S. Stepha-
num, & Iacobum Maiorem, necnon Pe-
trum, Paulum, Barnabam, Silam, & alios.
Cardin. Baronius *in notis ad Martyrolog.
Romanum, die* 2. *Aprilis, verb. Sanctorum
numero aſcripſit*, oſtēdit peruetuſtum fuiſſe
morem in Eccleſia Dei, vt † nullus nec 2.
Martyr quidem abſque aliqua præuia
diſcuſſione, & approbatione inter San-
ctos recenſeretur, quos pietas Chriſtiana
more maiorum colere conſueuit. Quod
enim ad Martyres ſpectat, eſt de ea re lo-
cus egregius Optati Mileuitani *lib.* 1. *ad-
uersùs Parmenianum*, cùm de Lucilla po-
tenti, ac factioſa fœmina Donatiſtarum
patrona loquitur, ibi, *cùm correctionem Ar-*

chidiaconi Caeciliani, &c. vbi Optatus significat nefas fuisse venerari reliquias Martyris alicuius non vindicati, hoc est, non-
3. dum probati, & recepti; moris † enim erat, vt cùm aliquis martyrio occubuisset, Episcopus, sub cuius ditione id accidisset, rem gestam scriberet ad primatem Episcopum, à quo maturè adhibitis in Concilium Collegis Episcopis, an inter Martyres esset recipiendus, decernebatur; cuius rei ritum, & ordinem demonstrant ea, quæ S. Augustinus scribit *in breuicol. diei* 3. *cap.* 13. dum habet quòd secundus Tigisitanus Episcopus in Numidia scripsit ad Mensurium Episcopum Carthaginensem de his, qui in ea Prouincia tunc feliciter martyrio occubuissent, eo quòd sacros codices iuxta Diocletiani edictum tradere noluissent, quos omnes Martyrum honore, & cultu esse dignos ille rescripsit, qui idem Mensurius aliis quibusdam passis nomen Martyris, & venerationem deferendam esse certis ex causis negàuit, vt *ibid. cap.* 13.

4. Sed † quo tempore fieri cœperit canonizatio Sanctorum secundùm ritum & modum similem formæ, quæ hodie

seruatur

seruatur in praxi, non est certum inter Doctores. Nam Maluer. *de canonizat.* *dub.* 4. *in fin.* refert se legisse in quodam peruetusto libro, quòd Nicolaus primus creatus anno 858. canonizauit quendam Apollionem Eremitam natione Græcum, & pro fide Christi martyrizatum, quem tamen reprobat Angelus Rocha *loco infrà citando*, tanquam apocrypha referentem. Andreas Molfesius *conf.* 46. *num.* 15. refert authorem Sanctorum Ecclesiæ Constantiensis manuscriptum, nunc autem est impressum, quòd Stephanus Papa III. *anno* 770. B. Thudpertum Sanctorum numero adiunxit, sed ipse nihil firmat: Robertus Card. Bellarminus *in* 7. *controu. gener. lib.* 1. *cap.* 8. *vers. dicet*, affirmat se legisse, primam canonizationem solemnem fuisse factam à Leone III. sed dubitat, an aliæ fuerint factæ, & sequitur Angelus Rocha *de canonizat. Sanctorum*, *cap.* 5. vbi etiam refert catalogum Sanctorum canonizatorum. Azor. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 2. *versic. secundò quæritur*, qui transcribit ex Surio historiam de canonizatione sancti Succiberti, *in fine* concludit post Alexandrum III. multo solemniori cære-

monia plures fuisse relatos inter Sanctos auctoritate Summi Pontificis.

Historiam canonizationis factæ per Leonem III. de sancto Succiberto narrat S. Ludgerus Monasteriensis Episcopus, quem Surius refert de verbo ad verbum *in vita d. sancti Succiberti sub die* 1. *Martij, de probat. Sanctorum historiis, tom.*2. quem etiam refert Card. Baronius *annal. tom.* 9. *anno Christi* 804. *Leonis Papæ III. nono versic.* altera verò die, scilicet, quòd Papa Leo III. pridie Nonas Septembris, instante Carolo Magno Imperatore, & Hildebaldo Archipræside Coloniensi, de assensu, & consensu Cardinalium, & Prælatorum in oppido de VVerda in Ecclesia, & Conuentu sancti Succiberti lecta vita cum miraculis conscripta per Presbyterum Marcellinum socium, & conterraneum ipsius Succiberti solemniter catalogo Sanctorum Confessorum ipsum adscripsit.

5. Quibus præmissis crediderim † nihil posse certò firmari, ex eo enim quòd Leo III. in Sanctorum numerum retulit S. Succibertum, non potest concludenter inferri, quòd nullus alius fuerit per

Summos

Summos Pontifices anteriores catalogo Sanctorum aſcriptus. Potuit enim aliquis Pontifex in numerum Sanctorum retuliſſe aliquem, cuius memoria reſpectu canonizationis perierit, ſicuti refert Molfeſius de B. Trudperto, & tanto magis, quia ſolemnitates, quibus hodie vtuntur Summi Pontifices, ex eorum pendent arbitrio, & poſſunt augeri, & minui, prout Pontifex iudicat expedire. Vnde † Magiſter cæremoniarum à Leone X. requiſitus, vt traderet formam ſeruandam in canonizatione ſancti Franciſci de Paula, reſpondit, ſe nihil poſſe certò firmare, quia diuerſa à diuerſis audiuit, nec in ſuis libris certam formam inuenerat, & quia aliud vidit ſeruari in canonizatione ſancti Nicolai de Tolentino die 5. Iunij 1446. facta per Eugenium IV. aliud in canonizatione ſancti Bernardini facta in feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli 1450. per Nicolaum V. aliud in canonizatione S. Vincentij die 24. Maij 1455. facta per Calixtum III. aliud in canonizatione ſanctæ Catherinæ Senenſis die Aſcenſionis 1482. facta per Pium II. aliud in canonizatione ſancti Leopoldi in die 6.

Epipha

Epiphaniæ 1485. facta per Innocent. VIII. vnde ipse exhibuit aliam formam Innocentio X. quæ in canonizatione S. Francisci de Paula die 1. Martij 1519. fuit seruata.

Concludam tamen cum supradictis authoribus, & Castellano *de canonizat.*
7. *quæst.* 4. *art.* 1. † canonizationem Sanctorum quantum attinet ad originem, inductam fuisse à lege veteri, quantum verò attinet ad formam, & ordinem procedendi, fuisse inductam ab Ecclesia, ex *cap.* 1. *&* 2. *de reliq. & vener. Sanct. & cap. venerabili, de testib.*

CAPVT IV.

Quis possit Sanctos canonizare, & an Episcopus.

SVMMARIVM.

1. *An Episcopus possit Sanctos canonizare. Potest indicere ferias, ibidem.*
2. *Quid sit canonizare.*
3. *Canonizatio spectat ad potestatem Ordinis, contrà num.* 18.

4. *Episco*

4. *Episcopus non potest Sanctos canonizare, & num. 9. & 10.*
5. *Papa est omnium Iudex ordinarius.*
6. *Canonizatio est vna de maioribus causis ad Sedem Apostolicam deferendis.*
7. *Miracula attribuuntur fidei.*
8. *Ad Papam spectat declarare dubia Scripturarum.*
11. *Omne rarum casum.*
12. *Solus Papa potest aliquos ex Sanctis præ aliis extollere, vel ieiunium generaliter indicere, & n. 13.*
14. *Archiepiscopi Metropolitani, Primates, & Patriarchæ veniunt nomine Episcoporum, & canonizare non possunt.*
15. *Explicatio text.* in cap. 1. de feriis, & cap. 1. de consecr. dist. 3.
   Episcopi non possunt indicere ferias in honorem Sanctorum non canonizatorum, ibid.
   Ex lapsu 30. annorum festum alicuius Sancti non canonizati celebratum, præsumitur celebratum ex authoritate Apostolica, ibid.
16. *Laici Principes non possunt sine Episcopo ferias indicere.*

17. *Nemo*

17. *Nemo potest coli pro Sancto sine approbatione Pontificis, & num.* 18.

19. *Ad canonizationem requiritur sanctitas, & authoritas illam approbandi.*

20. *Episcopi possunt fabricare processus super vita, & miraculis canonizandi, & n. seq.*

21. *Processus facti per Episcopos sunt validi, & eis creditur, & num.* 23.

22. *Licèt cum illis solis non consueuerit quis canonizari.*

23. *Ad hoc, vt quis possit canonizari, requiruntur processus authoritate Apostolica facti.*

24. *Superiores Religionum nullam habent authoritatem in fabricandis processionibus super sanctitate, & miraculis Religiosorum.*

1. ET videtur, quòd † non tantùm Papa, sed quilibet Episcopus possit in sua diœcesi cum Clero, & populo Sanctos canonizare, ex *cap.* 1. *de consecr. dist.* 3. *& cap. fin. de feriis*, vbi dicitur, quòd feriandæ sunt illæ festiuitates, quas singuli Episcopi in suis diœcesibus cum Clero, & populo duxerint venerandas, & hanc opinio

opinionem tenuit Bernardus relatus per glos. *in c.1.verb.festiuitates,de consecr.dist.3.*

Secundò † Sanctos canonizare est operibus, & miraculis eos populo venerandos prædicare, & mandare, sed talia quandoque fiunt in vna diœcesi, & non in alia; ergo videtur, quòd Episcopus possit aliquem canonizare in sua diœcesi. 2.

Tertiò, quia † canonizatio spectat ad potestatem Ordinis, sed in potestate Ordinis quilibet Episcopus est æqualis Papæ; ergo quilibet Episcopus in sua diœcesi potest Sanctum canonizare. 3.

Quartò, quia † vnusquisque benè iudicat de his, quæ nouit, & horum bonus est iudex: sed Episcopus meliùs nouit de sanctitate & vita illorum, qui sunt in eius diœcesi; ergo erit melior iudex in approbando eorum sanctitatem, & in canonizando. Contrarium tenent communiter Doctores *in c.1.de reliq.& vener.Sanctor.* 4.

Primò, quia canonizatus constituitur ab omnibus adorandus, & nemo præest omnibus nisi Papa, qui est immediatè † omnium ordinarius iudex. *cap. cuncta per mundum,& c.per principalem 9. quæst.3.* ergo solus Papa potest canonizare. 5.

Secun

6. Secundò, quia † canonizatio est vna de maioribus causis, quæ inter Christianos proponi possit, & sic ad Sedem Apostolicam est referenda. *c.maiores, in princ. de Baptism.cap.vt debitus,in fin. de appellat. cap.quamuis,de elect.lib.6.*

7. Et corroboratur, quia † miracula attribuuntur fidei, sed quæstio fidei præcipuè referenda est ad Papam, vt *in cap. quotiens, 24. quæst.1. & d.cap. maiores, de*
8. *Baptism.* igitur & quia † ad Papam pertinet declarare dubia Scripturarum, *cap. per venerabilem, qui filij sint legitim.* ergo pari ratione dubia sanctitatis, cùm fidem tangant, idémque in illis periculum sit, argumento *cap.vbi periculum, de elect.in 6.* facit *l.1.§.sed & si quis.ff.de Carbon. edict. & cap.quiescamus,42.distinct. & 7.quæst.2. cap.vlt.& cap.miramur 41.distinct.*

9. Tertiò, quia † si Episcopi possent in eorum diœcesibus canonizare, incideremus in illam reprehensionem, qua quidem reprehensi sunt ab Apostolo ad Corinth.1.*Ego sum Pauli,ego Petri.*

10. Quartò, quia † contingere posset, quòd propter multorum Episcoporum simplicitatem populus deciperetur, vt in text.

text.*cap.1.de reliq.& vener.Sanctor.* vbi quidam diabolica fraude decepti venerabantur pro Sancto hominem in ebrietate occisum.

Quintò, quia † si Episcopi, & alij inferiores à Papa hoc possent, contingeret in infinitum Sanctos multiplicari, & sanctitatem vilescere, & deuotionem refrigescere. arg. *cap. Episcopi* 80. *distinct.* facit *cap. legitimus, ad finem* 93. *distinct.* & omne rarum carum. Gloss. *in Auth. de consulib. vers. & post illud, verb. miraculum.* & in multitudine sacrificiorum non propitiatur Deus, 14. *quaest.* 5. *c. scriptum, de consecr. distinct.* 5. *cap. non mediocriter.* 11.

Sextò, quia † solus Papa potest certos ex Sanctis prae aliis extollere, vtputa quòd eorum festa sub duplici Officio celebrentur, vel omnibus generaliter ieiunium indicere. Gloss. *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanctorum.* vbi Geminian, *num.* 3. & Doctores communiter, & facit *cap. consilium, de obseruat. ieiunior.* 12.

Septimò, textus est expressus *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanctor.* ibi, *absque authoritate Romanae Ecclesiae, & cap.* 2. vbi ad solum Pontificem spectat approbatio re- 13.

liquiarum quæ de nouo fuerint inuentæ.

Quod dictum est de Episcopis, intel-
14. lige etiam de † Archiepiscopis, Patriarchis, Primatibus, vel Metropolitanis, qui vno eodémque Episcopi vocabulo nominantur, licèt eorum quidam priuato nomine propter distinctionem potestatum, quam acceperunt, appellentur, iuxta text. *in cap. Cleros, 21. dist.* & canonizare non possunt. Abb, antiq. *in cap. 1. num. 2. de reliq. & vener. Sanct.* Augustin. Triumphus *de potest. Eccles. quæst. 14 art. 2.* Maluet. *de canone dub. 2. num. 1. & seq.* vbi reddit supradictas, & alias rationes. Franc. Penia *in quæst. de venerat. Sanctor.* Luisius Turrian. *in 2.2. S. Thomæ disp. 17. dub. 2. vers. item dicendum, in fin.* Mascard. *de probat. concl. 262. n. 56.* Auditores Rotæ *in relat. sancti Ignatij, tit. de validit. process. in princ.* & omnes Doctores *infrà* citandi, qui docent solum Papam posse Sanctos canonizare.

15. Ad text. *in cap. fin. de feriis, & in cap. 1. de consecr. distinct. 3,* respondetur loqui de Sanctis iam canonizatis, & ab Ecclesia Romana approbatis, non enim omnium festa vbique coluntur, & feriantur; est ergo sensus dictorum textuum, vt festum

alicuius

alicuius Sancti feriandum sit, si Episcopus hoc in sua diœcesi mandauerit, vt respondet gloss. *in cap. vnic. de reliq. & venerat. Sanctor. in 6.* Ioan. Andr. & Doctores *ibidem*, Maluet. *de canonizat. dub. 2. num. 12.* Triumph. *de Eccles. potest. quæst. 14. art. 2. ad 2.* quia Episcopi, cæterique Papa inferiores non possunt indicere ferias in honorem Sanctorum non canonizatorum. Doctores *suprà* citati; gloss. *in cap. 1. verb. festiuitates, de consecr. dist. 3.* Gemin. *in cap. vnico, de reliq. & venerat. Sanctor. in 6.* vbi Franc. *num. 3.* Innoc. *in cap. fin. vers. solemniter, de feriis*, vbi Ioann. Andr. *num. 8.* Abb. *num. 4.* Imol. *num. 3.* Butr. *num. 4.* S. Antonin. *in summ. part. 3. cap. 5. §. 5.* Syluester *in summ. verb. Dominica, quæst. 1. dicto 1.* Cassaneus *in Catalogo gloriæ mundi part. 3. consid. 48. per tot.* Suarez *de Religion. tom. 1. lib. 2. c. 11.* Sanchez *in Decalog. lib. 2. cap. 43. num. 9.* Tusc. *in repert. verb. Canonizatio, num. 2.* Rota *in relatio. sancti Isidori de sanctitat. in genere, vers. idem cultus*, vbi etiam firmat solum Papam indicere posse festum in honorem non canonizatorum, iuxta gloss. magn. *in cap. vnic. de reliq. & vener. Sanctor. in 6.* vbi Franc. *n. 3.* & quòd

ex lapſu 30. annorum præſumitur confirmatio Pontificia, ſi alicuius Sancti non canonizati feſtum longo tempore fuerit celebratum, ex Iaſon. *in l. ſciendum, n.* 16. *&* 17. *ff. de verb. oblig.* Alciat. *conſ.* 17. *n.* 89. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 409. *num.* 9. Gabr. *conſil.* 82. *n.* 31. *& ſeq. lib.* 2. Mohed. *deciſ.* 2. *de tranſact.* Rota diuerſ. *deciſ.* 179. *n.* 1. *part.* 2. Seraph. *deciſ.* 108. *&* 1142.

16. Poteſtas † autem laica ſine Epiſcopi authoritate nullo modo ferias indicere poteſt, argumento *cap. cùm laicus, de rebus Eccleſ. non alien.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 2. *de feriis.* Sylueſt. *in ſumm. verb. Dominica, n.* 25. S. Antonin. *in ſumm. part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 7. §. 1. quos ſequitur Suarez *de Religion. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd licèt aliqui colantur in aliquibus diœceſibus,
17. & non in aliis †, nulli tamen coli poſſunt niſi priùs fuerint approbati tacitè, vel expreſsè, vel canonizati authoritate ſummi Pontificis.

18. Ad tertium reſpondetur †, quòd mandare, vt aliquis Sanctus ab omni populo veneretur, pertinet ad illum, qui toti præeſt Eccleſiæ, & quantum ad hoc canoni-

zatio

zatio Sanctorum non pertinet ad potestatem Ordinis, sed iurisdictionis.

Ad quartum respondetur †, quòd ad 19.
canonizationem Sanctorum non solùm requiritur sanctitas, sed etiam authoritas approbandi dictam sanctitatem, quæ est in solo Summo Pontifice, vt dictum est.

Verùm licèt Episcopi canonizare non possint †, possunt tamen capere informa- 20.
tiones de vita, & moribus, & miraculis illius, qui beatificari, vel canonizari petitur, vt Rota sæpiùs declarauit *in relatione sancti Raimundi, part.1. art.2. vers. Censuimus, in relatione sancti Caroli Boromæi p.1. vers. Quia Mediolanenses, in relatione B.Corsini part. 3. §.1. in relatione sancti Hiacinthi in cap.3. vers. hunc articulum, in fine, in relatione B.Thomæ Archiepiscopi Valentin. in tit. de validit. processuum, in princ. in relatione sancti Isidori in 3. & 5. miraculo, & in tit. de sanctitat. vers. Quod argumentum, in relatione S. Ignatij tit. de validit. process. in princ.* & alibi sæpiùs.

Et licèt certissimum sit per Romanum 21.
Pontificem solummodò posse Sanctos canonizari, id tamen intelligendum est quantum ad ipsius canonizationis decre-

tum,& iudicium,non autem respectu cæterorum actuum siue iudicialium, siue extraiudicialium præcedentium ipsam canonizationem, quales sunt inquisitiones de moribus canonizandi, peruestigationes de forma sanctitatis, examina testium super probitate vitæ, humilitate, patientia, castitate, constantia fidei, & charitate erga Deum, & proximum, ista enim, & similia cùm non reperiantur soli Romano Pontifici,& Sedi Apôstolicæ reseruata, tanquam relicta dispositioni iuris communis ab Episcopis, & eorum legitimis Vicariis fieri possunt. *l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. l. fin. C. de instit. & substit. l. si cùm dotem. ff. solut. matrim.* Paris. *cons.* 54. *num.* 25. *lib.* 2. Socin. sen. *cons.* 9. *n.* 4. *lib.* 1. Gramm. *decis.* 92. *n.* 10. Rota *in Amerina successionis* 12. *Iunij* 1595. *coram Penia.* Ideóque informationes,& processus facti per Episcopos,aut eorum Vicarios,vel ab eis deputatos, seruatis de iure seruandis, legitimi sunt,& validi, eísque plena fides adhibetur,vt dixit Rota *in relatione sancti Raimundi, vbi suprà, & in relatione sancti Hiacinthi in d. cap.* 3. siue fuerint facti ab Episcopo, in cuius diœcesi corpus canonizandi

tizandi adseruatur, siue ab illo, in cuius diœcesi facta sunt miracula, vt *in relatione B. Corsini part. 3. §. 2. vers. quaritur.*

Non † tamen consueuit, licèt possit, Sedes Apostolica procedere ad alicuius canonizationem ex solis processibus factis authoritate ordinaria, vt aduertitur *in dicta relatione B. Corsini part. 3. §. 1. & in relatione sancti Caroli, in princ.* Sed vlteriùs requirit processus factos authoritate Apostolica, iuxta tradita *in libro sacrarum ceremoniarum Romanæ Ecclesiæ sess. 6. cap. 1.* 22.

Et hæc opinio comprobatur ex Concilio Tridentino *sess. 25. de inuocat. vener. & reliq. Sanctor.* vbi datur Episcopis facultas examinandi miracula, & cognoscendi de reliquiis, quæ fieri non possunt absque processibus, seruato iuris ordine factis. Idémque censuit sacra Congregatio Rituum *die 7. Augusti* 1596. in qua interuenerunt Cardinalis Inicus ab Aragonia, Gabriel Cardinalis Paleottus, Augustinus Valerius Cardinalis Veronen. Franciscus Maria de Monte, Baronius, Ascanius Columna, Antonius SS. Quatuor Coronatorum, Odoardus Farnesius, & Perettus, quibus cùm esset pro- 23.

positum quis modus esset habendus in canonizatione Sanctorum, responderunt posse adiri Ordinarium, & eo iuridicè non prouidente, Metropolitanum, & postmodum Nuntium Apostolicum, nouissimè verò Sanctissimũ Romanum Pontificem, quod decretum Clemens VIII. comprobauit, & propterea fuit iudicatus validus processus antiquus in causa canonizationis sancti Didaci, factus Compluti ante annos 170. in circà, authoritate Archiepiscopi Toletani Compluti commorantis, & processus in causa sancti Hiacinthi, S. Raymundi, & alij, quibus sacrum Rotæ Tribunal, & sacra Rituum Congregatio vnà cum aliis authoritate Apostolica factis vsa est, & censuit probari sanctitatem vitæ, & miracula tam ad effectum beatificationis, quàm canonizationis.

24. Superiores † verò Religionum, seu earum Prælati nullam habent iurisdictionem, vel authoritatem in fabricando processus super sanctitate vitæ, & miraculis alicuius Religiosi, qui subiectus sit, nec aliqua fides illis datur, si processum fabricauerint. Rota *in relatione sancti Hiacinthi*

de

de miraculis, verſ. Et licèt, fol. 37. & multò minus inferior Epiſcopo, vel habens quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, poteſt manus apponere, ex ſupradictis rationibus, & innuit D. meus Auguſtinus Barboſa *de offic. Epiſcop. p.* 3. *alleg.* 97. *n.* 9.

CAPVT V.

An Epiſcopi longè abſentes ab Vrbe.

SVMMARIVM.

1. *Concil. Trident.* ſeſſ. 25. §. 2. de inuoc. Sanctor. *quomodo ſit intelligendum.*
2. *Concil. loquitur de miraculis hominum non approbatorum ab Eccleſia, contrà num.* 14.
3. *Lex, quæ generaliter loquitur, generaliter debet intelligi.*
4. *Si lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & num.* 6.
5. *Et ſi aliud voluiſſet, expreſsiſſet.*
6. *Prælati poſſunt in omni genere miraculorum examen & probationes facere.*
7. *Epiſcopus ex cauſa diſtantiæ poteſt ap-*

probare miracula hominum non canonizatorum, & n.11. contrà n.15.

8. *Item potest ex causa statuere contra ius Canonicum, & num.15.*

9. *Item potest pœnitentiam à Papa iniunctam ex causa minuere.*

10. *Item potest examinare reuelationes, & miracula.*

11. *Episcopus potest statuere contra ius Canonicum pro iusta causa.*

12. *Argumentum ab exemplis est validum. declaratur n.22.*

13. *Conc. Trident.* in cap. vnic. de inuocat. & vener. Sanctor. sess. 25. *loquitur de miraculis, reliquiis, & imaginibus Sanctorum approbatorum.*

14. *Quæ dicantur nouæ reliquiæ, & quæ antiquæ.*

15. *In* §. Ita tamen, *&c. statuit, vt nihil nouum decernatur circa imagines, miracula, & reliquias Sanctorum.*

16. *Licet aliquem non approbatum ab Ecclesia venerari vt Sanctum in priuata.*

17. *Non valet argumentum ex reuelationibus ad miracula post mortem.*

Reuelationes aliquando procedunt à Dæmone,

mone, & fuerunt facta Sibyllis, & multis Gentilium, ibid.

18. *Ex eo, quòd quis habeat reuelationes, non infertur ad sanctitatem.*

19. *Ex approbatione miraculorum factorum post mortem, consequenter infertur ad sanctitatem illius, qui fecit miracula.*

20. *Episcopus potest declarare, reuelationem hanc, vel illam esse veram, & miraculum hoc, vel illud fuisse factum.*

21. *Episcopus potest approbare reuelationes, & ad quem effectum.*

22. *Non valet argumentum ab exemplis, quando iuris dispositio est clara.*

23. *Papa potest deuenire ad canonizationem ex solis processibus factis ab Episcopo.*

CVm hæc scripsissem, venit ad manus meas Commẽtarium Francisci Carrasci in leges recopilationis Regni Castellæ, & reperi docentem *in cap.* 5. posse Archiepiscopum Regni Peru examinare noua miracula hominis defuncti, non canonizati, nec beatificati, & publicare, & approbare absque authoritate Summi Pontificis, & deinde illa remittere Summo Pontifici cum doctorum virorum ea de

de re sententiis; ideò specialiter examinandum duxi, an Episcopi longè absentes, vt Regni Peru, possint absque Sedis Apostolicæ auctoritate noua miracula, & reliquias approbare; & dictus Carrascus putat posse, motus

1. Primò ex decreto † Concil. Trident. *sess.* 25. §. 2. *de inuocat. Sanctor.* ibi, *nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo, qui simul atque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciet, quæ veritati, & pietati con-
2. sentanea iudicauerit.* Nec † obstat si quis dixerit hoc decretum intelligi debere de miraculis Sancti iam canonizati, aut imaginibus approbatis, & receptis, & non in aliis: huic enim obiecto satisfit per illa verba, *nulla etiam admittenda noua miracula.* Quæ cùm sint vniuersalia, comprehendunt tam miracula facta à Sanctis canonizatis, quàm miracula facta à Sanctis mox canonizandis, vel beatificandis.

Secundò, probat ex vulgari regula,
3. † lex, quæ generaliter loquitur, generaliter debet intelligi, *l.* 1. §. *generaliter. ff. de*

legat.

legat.præstand.l.de pretio.ff. de public.in rem action. sed Concilium loquitur verbis generalibus, ibi, *nulla esse admittenda miracula*, &c. nam oratio indefinita, seu generalis, siue affirmatiuè, siue negatiuè concipiatur, vniuersali æquipollet, vt patet ex Arist. *in princ. Ethicor. priorum, & libri Perihermenias.* Bart. *in l.1. ff. de regul. iur. & in l.si ita. ff. de legat. 2.* Couar. *lib.1. variar. cap. 12. in princip. & num. 2.* igitur, &c.

Tertiò, † lex Concilij Tridentini non 4.
distinguit in re vna, vel alia, vel in vnius, aut alterius generis miraculis, igitur nec nos distinguere debemus, prout est vulgare iuris axioma. Et † si voluisset, illud 5.
expressisset. *l. vnic. §. sin autem ad deficien-* 6.
tis. C. de caduc. tollen. Et cùm Concilium non distinxerit in quo genere miraculorum Prælati possent examen, & probationes facere, intelligi debet, quòd in omni genere miraculorum possint hoc facere. *c. ad audientiam, de decim. & d. §. sin autem ad deficientis*, iunctis his, quæ adducit Paris. *cons. 31. n.7.* Curt. *cons. 33. in fin.* Menoch. *cons. 30. num. 8. lib. 1.* Et hæc præsertim cùm sacra Congregatio

Concilij

Concilij nihil contrarium huic sententiæ declarauerit.

7. Quartò, † quia quatenus etiam Concilium Tridentinum loqueretur, & deberet intelligi de miraculis canonizatorum, vel beatificatorum; nihilominus posset Archiepiscopus Regni Peru capere probationes super miraculis non beatificatorum; & illa approbare ex causa distantiæ Regni, & difficultate in consulendo Romanum Pontificem, quod comprobatur
8. ex eo, quia † Episcopus ex causa superueniente nouiter potest statuere contra ius Canonicum, ex doctrina Bald. *in l. omnes populi, num. 29. & 30. de iust. & iur.* quam dicit valde singularem Ias. *ibidem,*
9. argum. *l. si hominem. ff. mandat.* & † pœnitentiam à Papa iniunctam ex causa minuere, vt ex Nauar. *in manual. c. 26. n. 22.* & alios plures refert Cenedo *part. 1. collect. 30. num. 1.* & tunc maximè, quando esset periculum in mora ad consulendum Rom. Pontificem, vt resoluit optimè Felin. *in cap. quod super his, de maior. & obed.*

Quintò, à simili argumentando colligitur prædicta resolutio ex Bulla Leonis X.

nis X. edita in Concilio Lateranen. quæ incipit, *Supernè*, & est in veteri Bullario *num.* 15. *ad fin.* & in nouo *n.* 21. §.7. *tom.* 1. quæ loquitur per hæc verba. *Ex nunc scilicet reuelationes Sedis Apostolicæ examini reseruatæ intelligantur. Quòd si sine mora periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine seruato Ordinario loci notificetur, vt ille adhibitis secum tribus, vel quatuor doctis viris, eiusmodi negotio diligenter examinato, quando id expedire videbunt (super quo conscientias eorum oneramus) licentiam concedere possit.* Vnde infertur, quòd † Episcopi possunt publicare reuelationes facta dicta diligentia, & consequenter miracula, &, particulariter loquendo, de miraculis, qui est casus noster, dicit Zerola *in praxi part.* 1. *verb. miraculum.* Et si quando succedunt in aliqua diœcesi, sint cauti Reuerendissimi Ordinarij, ne miracula promulgent, nisi priùs per legitimos testes fuerint sufficienter probata, & processus, siue aliquid huiusmodi mittatur ad Summum Rom. Pontificem. Gloss. *in cap. venerabili, de testib.* Nauar. *cap.* 18. *in* 5. *notab. num.* 5. Et hoc procedit in Italia, Gallia, 10.

&

& Hispania, quibus Roma vicina est; ergo multo magis procedit in locis distantibus, sicut iam probatum est, quo casu succedit doctrina Felyn. *in cap. quod super*
11. *his, de maior. & obed.* quòd † pro iusta causa potest Episcopus statuere contra ius Canonicum, si periculum esset in mora in consulendo Papam, quod periculum adest in Regnis Peru, vt est notorium, tum quia hæc Regna sunt valdè remota, tum ob dilationem correspondentiæ, & propter mortem, & absentiam, & obliuionem testium, & alia.
12. Sextò, † quia licitum est arguere ab exemplis, & iis, quæ frequenter fieri consueuerunt: *cap. quod si nolit. §. qui assiduè. ff. de ædil. edict. l. fin. ff. de fideiuss.* cum simil. Sed sic factum est in causa P. Francisci Xauerij, cuius miracula fuerunt examinata in India Portugalliæ, per illius Episcopum, & in causa sancti Ioannis de sancto Facundo, & Fratris Pauli de Sicilia, & sanctæ Ioannæ de la Crux, & Fr. Aloysij Beltrandi, & sancti Aparicij de Mexico, & sancti Iuliani de Alcala, & ita etiam id potest fieri in causa Fr. Francisci Solani.

Sed respondetur, † Conc. Trid. *in verſ.* 13. *hæc vt fideliùs obſeruetur,* in ea parte, in qua dat facultatem Epiſcopis iudicandi, & approbandi vnà cum Theologis, & piis viris de miraculis, & reliquiis, loqui de miraculis, & reliquiis, & imaginibus Sanctorum beatificatorum, aut canonizatorum, aut approbatorum tacitè, vel expreſsè; quia Conc. Trid. non derogat, nec aduerſatur Concilio Lateranen. relato *in cap. 2. de reliq. & vener. Sanct.* Sed in d. Lateran. decernitur, vt reliquias de nouo inuentas nemo publicè venerari præſumat ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ, & loquitur de Sanctis non canonizatis, aut beatificatis, vt not. *ibid.* DD. communiter, & bene Bertrand. *conſ.* 285. *num.* 6. *volum.* 3. *part.* 2. ſeu *vol.* 6. Ergo Concilium Trid. loquitur de Sanctis beatificatis, aut canonizatis; ſi enim loqueretur de non canonizatis, eſſet contrarium Concil. Lateran. & in hoc caſu intelligit Concil. Trident. Thom. Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 10. *tom.* 1. Philiarchus *de officio Sacerdot. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 9. *verſic. Quintò ſi ſine, ad fin. capitis*, vbi ait: Notandum eſt, quòd nouæ reliquiæ, ſiue an-

tiquæ nouiter repertæ, si non sunt alicuius Sancti canonizati, non sunt publicè venerandæ, sine authoritate Summi Pontificis, ad quem spectat Sanctorum canonizatio, & loquitur in terminis Concil. Trident. vt patet ex subiecta materia, & ex *vers. tertiò circa*, vbi citat Concil. Trid. *in d. sess.* 25. *de inuocat.* & Azor. *instit. moral. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 8. *quæst.* 8. pariter intelligit loqui Concilium Lateranense de nouis reliquiis, Concilium verò Trident. de antiquis Sanctorum reliquiis, Ioan. Baptista Signius *de reliq. & vener. Sanctor.*
14. *cap.* 3. *in princ.* vbi † antiquas reliquias vocat eas, quæ sunt exploratæ virtutis; nouas, quorum corpora non est adhuc declaratum an sint, necne Sanctorum vera, & propria, & concludit Concil. Lateran. loqui de reliquiis non canonizati, seu Sancti non cogniti; Concilium verò Trident. de Sanctis canonizatis. Dominicus Ansossius *de sacrarum reliquiarum cultu, venerat. transl. & ident.* §. 22. *num.* 42. sequitur Azorium *vbi suprà*, & vlteriùs vult Concilium Trident. loquens de reliquiis nouiter inuentis intelligi de reliquiis nouiter repertis, super quibus nulla oritur dubi

dubitatio; nam si aliqua suboriretur dubitatio, vult priùs esse recurrendum ad Sedem Apostolicam, sicut etiam recurrēdum esse ad Sedem Apostolicam consuluit Bertrand. *d. cons.*285. *ad fin.* etiamsi cum reliquiis reperta fuerit scriptura priuata, secus tamen si esset publica, declarans cuius essent reliquiæ, Iacob de Graffis *consil. lib.*5. *de sent. excom. cons.*17. *n.*26. 27. *&* 28. vbi, quòd *cap.* 2. *de reliq. & venerab. Sanctor.* loquitur de reliquiis nouis, Concil. Trident. de reliquiis Sanctorum numero aggregatis. Cōcilium igitur Tridentinum generaliter, & eodem modo loquitur de miraculis, reliquiis, & imaginibus Sanctorum canonizatorum, quia non tollit, nec derogat Concilio Lateran. & correctio iurium est vitanda. Sed † *in* 15.
versic. ita tamen, &c. statuit, vt nihil nouum, aut inusitatum decernatur inconsulto Romano Pontifice, scilicet circa imagines, & approbationem miraculorum tam in vita, quàm in morte factorum, aut reliquiarum, de quibus suprà loquutum fuerat, ita vt imagines non pingantur modo deformi, aut delusorio, vel contrario veritati, vel in loco indecenti,

nec miracula, vel reliquiæ approbentur hominis de antiquo, vel recenter defuncti, etiam cum fama sanctitatis, de cuius sanctitate nulla extat approbatio Sedis Apostolicæ tacita, vel expressa.

Et ex his patet responsio ad prima tria argumenta, scilicet Concilium generaliter loqui de Sanctis iam approbatis, & ad allegat. 97. D. mei Augustini Barbosæ viri eruditissimi *de officio Episcopi, part.* 3. vbi videtur tenere contrarium, & ad ea, quæ affert *in cap.* 2. *num.* 4. *de reliq. & venerat. Sanctor.* licèt enim verum sit Concilium generaliter loqui in d. decreto, scilicet de reliquiis, & miraculis hominis defuncti, & non canonizati, & Sancti canonizati, tamen singula singulis congruè sunt referenda, & secundùm dispositionem iuris sunt intelligenda, videlicet vt miracula, & reliquias hominis non approbati ab Ecclesia possit Episcopus examinare, & super iis capere informationes, & cognoscere cuius defuncti sint reliquiæ, sed non possit iudicare super illis inconsulto Romano Pontifice, & directè, vel indirectè declarare talem defunctum esse Sãctum, vel fecisse vera miracula, vel permittere,

vt eius reliquiis aliquis cultus publicus exhibeatur; hoc enim est contra textum *in cap. 1. & 2. de reliq. & vener. Sanctor.* De miraculis verò, & reliquiis Sancti canonizati possit non solùm capere informationes, sed etiam approbare, & facta recognitione, quòd reliquiæ sint talis Sancti canonizati, possit adhibitis Theologis, & piis viris, permittere publicum cultum, & venerationem absque alia Sedis Apostolicæ facultate, vt etiam aduertit loquens antè Concilium Castellan. *de canonizat. quæst.* 3. vbi quòd ad solum Pontificem spectat approbare reliquias de nouo inuentas, quando dubitatur, an sint alicuius Sancti canonizati, ad finem, vt fideles eas venerari publicè possint, iuxta *c. 2. de reliq. & vener. Sanct.*

Ad quartum respondetur posse quidem Episcopum non seruare, seu statuere contra ius Canonicum, quandò superior consuli non potest sine periculo moræ, vt loquitur Felyn. *in cap. quòd super his, 9. n. 4. de maior. & obed.* sed non applicari. Primò, quia Archiepiscopus, quatenus hoc posset, solùm posset in suo Archiepiscopatu, non autem in Ecclesia vniuersali. Secun-

dò, quia doctrina Felyni non applicatur. nam aut mora in consulendo Romano Pontifice est in eo, ne testes moriantur, & probationes pereant, & ex hoc non infertur posse Archiepiscopum approbare miracula, sed quòd solùm posset sumere informationes, & examinare testes super miraculis, quod admittitur, cùm Episcopus quoad capiendas informationes, sit iudex ordinarius; aut mora consideratur in eo, quòd nisi statim approbetur, vel reprobetur sanctitas defuncti, sequeretur aliquod scandalum, & tunc potest quidem inhibere Episcopus venerationem, & cultum, sed non potest approbare miracula aliquem declarãdo Sanctum, quia hoc est reseruatum Summo Pontifici: nec ex eo, quòd Episcopus non approbet vitam, aut miracula, aut sanctitatem alicuius, sequitur aliquod scandalum; immò ex approbatione sequitur scãdalum, cùm hoc spectet ad solum Papam; & quia si aliqui ex populo putant aliquem esse Sanctum, & scandalizantur, ex quo alij illum non venerantur, scandalum est pupillorum. nam huiusmodi personæ pòssũt
16. illum † venerari vt Sanctum, non in publico,

blico, ſed in priuato: Hoſt. poſt Innoc. *in cap.* 1. *num.* 11. *de reliq. & vener. Sanctor.* Ioan. Andr. *in cap.* 2. *num.* 3. *eod. tit.* Anchar. *ibid. num.* 2. *not.* 2. Cardin. *num.* 2. *not.* 4. & ſic concluditur nullo modo neceſſarium eſſe, vt alicuius hominis defuncti miracula approbentur; & conſequenter declaretur Sanctus propter periculum moræ, & diſtantiæ in conſulendo Romano Pontifice, ſed ſatis eſt, vt capiantur informationes iuris ordine ſeruato, abſque alia approbatione, vel declaratione, aut decreto.

Ad quintum reſpondetur non benè inferri ex † reuelatione ad miracula. 17.
Nam reuelatio, quæ ſemper in viuente conſideratur, non probat ſanctitatem viuentis; aliqui enim multi loquuntur ex Dæmonum reuelatione. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 172. *art.* 6. *ad* 1. & multis Gentilium, ac etiam Sibyllis factæ fuerunt reuelationes, vt conſiderat idem S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 2. *art.* 7. *ad* 3. Vnde † ex eo, quòd 18.
quis habeat reuelationes, non infertur ad ſanctitatem, nec approbatur perſona, cui facta eſt reuelatio tanquam ſancta. At
† ex eo, quòd Epiſcopus approbet de- 19.

functum fecisse miracula post mortem, necessariò etiam declarat illum esse Sanctum, cùm miracula post mortem sint signa sanctitatis, *d.cap.* 14.

20. Secundò respondetur † posse Episcopum declarare, reuelationem huic homini factam esse veram, & ad summum declarare miraculum verè fuisse factum in vita, vel in morte, approbando solum factum, non autem declarare hunc, vel illum colendum vt Sanctum, ex quo fecit miracula, hoc enim spectat ad solum Papam, vt dictum est.

21. Tertiò respondetur † Bullam Leonis X. concedere facultatem Episcopis in casu necessitatis, ad effectum, vt Concionator possit publicare reuelationes, non autem ad effectum, vt possit approbare pro Sancto hominem, cui facta est reuelatio, & hæc duo valdè distant inter se, nec ex vno potest inferri ad aliud.

22. Ad vltimum respondetur † non esse arguendum ab exemplis, cùm habeamus claram iuris dispositionem, *l.licet.ff.de. offic.præsid.cap.* 1 *de postul. Præl.* Secundò respondetur in causa sancti Francisci Xauerij, & in causa B. Bertrandi processus

factos

factos ab Ordinario fuisse examinatos in Rota, & in eis solæ probationes continebantur, nec erat aliquid approbatum, aut reprobatum, & insuper fuisse fabricatos processus authoritate Apostolica, sine quibus non deuenitur ad canonizationem saltem de stylo, & idem nunc fit de B. Ioanne de sancto Facundo. Dixi autem *de stylo*, quia de iure etiam ex † solis pro- 23.
cessibus ab Ordinario ritè, & rectè fabricatis potest Papa ad canonizationem procedere, vt probat Andreas Molfesius *in conf.46.num.21. & seq.* & faciunt deducta *suprà cap.4.*

CAPVT VI.

An Collegium Cardinalium Sede vacante, vel Legatus de latere possit Sanctos canonizare.

SVMMARIVM.

1. *Collegium Cardinalium Sede vacante Sanctos canonizare non potest.*
2. *Collegium Cardinalium non succedit in iurisdictione Papæ, & n.4.*

 3. *Papæ*

3. *Papæ potestas non transit ad Concilium.*
5. *Legatus de latere non potest Sanctos canonizare.*
6. *An Papa possit dare facultatem Legato de latere vt aliquem canonizet.*
7. *Papa potest delegare Concilio potestatem definiendi res fidei.*
8. *Nuntius cum potestate Legati de latere non potest canonizare.*
9. *Legatus, & Nuntius possunt fabricare processus super sanctitate vitæ, & miraculis canonizandi.*

1. COllegium Cardinalium Sede vacante Sanctos canonizare non potest, argumento text. *in Clem. ne Romani, de electione*, vbi declaratur irritum quidquid Sede vacante Cardinales egerint, præter id, quod illis conceditur *in cap. vbi periculum, de elect. in* 6. Imol. *in d. Clem.* §. 1.
2. *Nota quod Sede vacante*, vbi quòd † Sede vacante cœtus Cardinalium non succedit in potestate, aut iurisdictione Papæ, nisi quatenus apparet expressum, & *col.* 4. *vers. respondet gloss.* Anchar. *num.* 14. vbi etiam quòd Collegium Cardinalium in hoc est deterioris conditionis, quàm alia

Colle

Collegia. Cardin. *num. 7. vers. & in hoc principio, & in §. irritum, num.* 1. & 4. Vitalin. *num.* 18. Barbat. *num.* 20. 92. & 93. vbi etiam quòd † huiusmodi potestas non 3.
transit ad Concilium, Gulielmus de Monte *in cap. vbi periculum, de elect. in 6.* vbi quòd mortuo Papa, ipsius vera potestas non transit ad Collegium Cardinalium, quorum potestas ab homine est, potestas verò Papæ à Deo.

Hodie verò adest Bulla Pij I V. in or- 4.
dine 63. *in* §. 6. vbi dicitur: *Sedis autem vacatione durante, Collegium Cardinalium in iis, quæ ad Pontificem maximum dum viueret pertinebant, nullam omninò potestatem, aut iurisdictionem habeat, neque gratiam, neque iustitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi; sed ea omnia futuro Pontifici reseruare teneatur.* Ex quibus clarum est Collegium Cardinalium Sanctos canonizare non posse.

Nec etiam Legatus de latere authori- 5.
tate suæ legationis potest Sanctos canonizare, quia in text. *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct.* hoc reseruatur Romanæ Ecclesiæ authoritati: causæ autem reseruatæ Pontifici in signum priuilegij singularis,

vt

vt ſunt cauſæ maiores, & actus canonizandi, non tranſeunt ex vi legationis in Legatum de latere, *c. quod translationem*, vbi gloſ. *de off. Legat.* Caſtell. *de canon. q. 3. §. quæro quid de Legato.* Panuin. *in relatione S. Bonauent. in princip. verſ. & ad hæc non debet*, & citat *cap. mutationes*; *cap. temporis*, *cap. præcipimus*, *& c. Frater noſter*, *& §. ſicut 7. quæſt. 1.* & alia iura, & plenè notat *in cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.*

6. Sed an Summus Pontifex poſſit Legato committere canonizationem Sanctorum, hoc eſt, committere, vt Legatus poſſit declarare, & definire, & proponere toti Eccleſiæ colendum N. vt Sanctum, Alphonſus à Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib. 1. cap. 6. col. 4. verſ. rurſus ſi Papa*, tenet non poſſe committere, quia certitudo & infallibilitas, quæ ad talem actum requiritur, eſt annexa dignitati Papali, & ab illa ſeparari non poteſt; Chriſtus enim rogauit, vt non deficiat fides Petri, non autem rogauit pro alia. Secundò, quia perpetua conſuetudine Eccleſiæ receptum eſt, vt etſi multa ad canonizationem, præuia ſcilicet vitæ inquiſitio, & teſtium examinatio aliis committatur, ipſe tamen

tamen solus Pontifex sententiam profert, illum declarans fuisse Sanctum, & velut talem catalogo Sanctorum adscribit, nec vnquam ab ipsis Ecclesiæ primordiis ad hoc vsque seculum fuit auditum, vt Papa alicuius Sancti canonizationem Legato suo committeret. Aragon. *in 2.2. sancti Thomæ quæst. 1. art. 10. in tract. de Concil. vers. 3. conclusio, in fin. & ad primum argumentum fol.* 80. vbi † quòd non 7.
potest delegare potestatem definiendi res fidei alteri, quàm Concilio generali, Bagnes *ibid. quæst.* 1. *art.* 10. *dub.* 4. *vers. quapropter*, vbi quòd non potest delegare, aut committere Legatis potestatem definiendi res fidei. Si † igitur non potest 8.
Legatus, multò minus poterit Nuntius Apostolicus cum facultate Legati de latere, ex supradictis, licèt † Nuntius, & 9.
multò magis Legatus possint fabricare processus in causa canonizationis, vt tenuerunt Rotæ Auditores *in relatione sancti Ignatij de validit. proces. in princ.* vbi loquitur de Nuntio, quia æquiparatur Ordinario, *cap. Legatos, de offic. leg. in 6.* & faciunt ea, quæ suprà de Episcopis dicta sunt.

CA

CAPVT VII.

An Concilium Prouinciale, vel vniuersale possit Sanctos canonizàre.

SVMMARIVM.

1. *Concilium Prouinciale, quod dicatur, & num.2.*
3. *Legatus de Latere in eius Prouincia est Ordinarius; & potest cognoscere Concilium Prouinciale.*
4. *Concilium Prouinciale dicitur quandoque locale.*
5. *Concilium Prouinciale non potest Sanctos canonizare.*
6. *Non potest de maioribus causis cognoscere.*
7. *Non potest aliquid de fide definire.*
8. *Potest errare.*
9. *Concilium generale quid sit.*
10. *Potest Sanctos canonizare, & n.11.*
12. *Si est legitimè congregatum, errare non potest.*
13. *Papa potest delegare Concilio potestatem infallibiliter definiendi, & num.14.*

15. Spiri

15. *Spiritus sanctus assistit Concilio legitimè congregato.*
16. *An Concilium generale, in quo Papa per suos Legatos assistit, possit errare.*
17. *Non interueniente Papæ auctoritate, Concilium non potest Sanctos canonizare.*
18. *Concilium generale est inferius Papa, prout est separatum à Papa.*
19. *Vacante Sede Apostolica non potest Concilium generale Sanctos canonizare.*
20. *Nec transit in eum iurisdictio, & n.23.*
21. *Sede vacante, an Ecclesia sit sine Pastore.*
22. *An Concilium Constantiense potuerit inquisitionem committere super sanctitate vitæ.*
24. *Martinus V. approbauit Concilium Constantiense quoad decreta in materia fidei.*

Concilium Prouinciale est, quod 1.
Metropolitanus, vel Primas facit cum Suffraganeis suis, vt est glos. *in summa 17. distinct.* & est textus *in §. porrò. 3. distinct. & cap. si quis Episcopus vacans, 96. distinct. & cap. 1. 18. distinct.* vel † Lega- 2.
tus de latere cum Primatibus intra suæ lega

3\. legationis terminos consentire,† qui cùm in Prouincia sibi decreta sit Ordinarius, *cap.2. de offic. Legati in 6.* & in ea post Papam maius omnibus habeat imperium, *cap. si Abbatem*, §. 1. *de elect. lib. 6.* potest authoritate suæ legationis Concilium Prouinciale facere. Ioan. de Turrecr. *in tract. de Ecclesia, lib 3. cap. 3.* Archidiac. *in* §. *porrò. 3. distinct.* vbi etiam quòd text. *in cap. nemini, de officio Legati*, in quo dicitur statuta Legatorum Sedis Apostolicæ edita in Prouincia sibi commissa esse perpetua, intelligi potest de editis in Conciliis Prouincialibus, & huiusmodi
4\. † Concilium quãdoque appellatur Concilium locale, ad differentiam vniuersalis, vt 1. *quæst. 7. cap. conuenientibus.* & di-
5\. cendum est † non posse Sanctos canonizare. Primò, quia *in* sæpè *citato cap. 1. de reliquiis, & vener. Sanct.* canonizatio est reseruata soli Pontifici. Secundò, quia
6\. † Concilia Prouincialia sunt inualida ad constituendum, & definiendum de causis maioribus, vt est text. & *ibi.* gloss. *in cap. 1. 18. distinct.* & gloss. *in* §. *porrò. 3. dist. & cap. multis, ad fin. 17. distinct.* sed canonizatio est vna de maioribus causis, quæ inter

inter Christianos proponatur, ex gloss. *in cap. vnico, de reliq.& vener.Sanctor.* Igitur, &c. Tertiò, quia † Concilia Prouincialia 7.
nihil possunt de fide definire, cùm ea tantùm congregentur ad instructionem Clericorum, & correctionem morum. Et
† Concilia Prouincialia errare possunt in 8.
definitione fidei, & morum. S. August. *lib. 2. de Baptism. contra Donatistas, cap. 3.* Aragon. *in 2. 2. S. Thomæ quæst. 1. art. 10. in tract. de Concilio col. 3. vers. his suppositis,* & Bagnes *ibid. dub. 3. concl. 2. & seq.* qui distinguit. Cùm igitur in negotio canonizationis aliquid de fide definiatur, & in ea Pontifex errare non possit, vt infrà dicetur, *cap.* 10. non poterit d. Concilium aliquem canonizare.

Concilium generale est Congregatio 9.
Maiorum Prælatorum Ecclesiæ Summi Pontificis auctoritate facta ad aliquid cõmune tractandum in Religione Christiana Papa sedente, vel alio loco ipsius. Card. de Turrecrem. *in summa de Eccles. lib. 3. cap. 5.* & sequitur Aragon. *in 2. 2. S. Thom. quæst. 1. art. 10. de Concil. col. 6. vers. ad explicationem,* & Bagnes *ibid. quæst. 1. art. 10. dub. 3. versic. nota secundò*; vel secundùm

gloss. 17. *distinct. in summa*, Vniuersale Concilium est, quod à Papa, vel eius Legato cum omnibus Episcopis statuitur, & eius authoritas deriuatur, & pendet immediatè ab authoritate Sedis Apostolicæ, siue loquamur habito respectu ad eorum conuocationem, & congregationem, siue loquamur habito respectu ad ea, quæ geruntur, & actitantur in Concilio vniuersali, vnde text. *in cap. significasti, de elect.* dicit, *Omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ authoritatem facta sunt, & robur acceperunt*, & text. *in cap. confidimus 25. quæst. 1. Sedes*, ait, *Apostolica vnamquamque Synodum sua authoritate confirmat, & in cap. bene quidem, propè finem, 96 dist.* dicitur: *Sedes Apostolica consueuit statutis synodalibus tribuere firmitatem*, & hoc latissimè deducit Ioannes de Turrecrem. *in summa de Eccles. in 3. lib. cap. 28. & cap. 6. & cap. 32.* facit gloss. *in cap. ex gestis, de cleric. non resident.*

10. Interueniente Romani Pontificis authoritate potest vniuersale Conciliũ Sanctos canonizare, quia huiusmodi canonizatio fit authoritate Romanæ Ecclesiæ, iuxta text. *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct.*

Castell.

Castell. *de canoniz. quæst. 3. quæro quid de Concilio.* Roch. *eod. tract. cap. 4. vers. quod ad solum.*

Cui non repugnat definitio suprà posita, quòd canonizatio sit canonica, &c. definitio facta per Papam quòd aliquis Sanctus, &c. quia in hoc casu satis dicitur canonizatio facta à Papa propter authoritatem impartitam, &c. *cap. si Apostolicæ, de præb. in 6. & l. 1. §. omnia enim. C. de veter. iur. enucl.* & faciunt quæ habentur *in cap. 1. & cap. penult. de confirm. vtil. vel inutil.* 11.

Et comprobatur ex eo, quòd Concilium legitimè congregatum, capite scilicet Summo Pontifice, & membris constans, errare non potest, etiam per modicum tempus, in definitione fidei, & morum, vt latè probat Aragon, *2. 2. quæst. 1. art. 10. de Conciliis, vers. 2. conclusio, fol. 80.* & paulò inferiùs *vers. sed dubium*, docet esse de fide quòd Concilium non possit errare, Bagnes *ibid. dub. 3. concl. 1.* 12.

Secundò, quia Summus Pontifex potest delegare Concilio generali potestatem infallibiliter definiēdi res fidei. Nam quamuis infallibilis potestas definiendi 13.

includat assistentiam Spiritus sancti ad gratias gratis datas pertinentem, quæ in alium transferri non potest; hæc tamen assistentia est in Concilio legitimè congregato, non ex delegatione Papæ, sed ex propria promissione Christi ipsi Ecclesiæ facta, & Summus Pontifex tantùm illi communicat potestatem definiendi, quæ pertinet ad munus iurisdictionis; ex quo infertur, quòd quamuis illa potestas definiendi res fidei, quæ à Papa in Concilium deriuatur, eà ratione, quæ à Papa deriuatur, non habeat infallibilitatem (quia ipse non potest alteri assistentiam Spiritus sancti delegare;) est tamẽ infallibilis, quatenus recipitur in tali subiecto, scilicet Cõcilio legitimè congregato, quod errare nõ potest propter assistentiã Spiritus sancti, quia ex Dei promissione habet. Itaque cùm in Concilio sint duo, scilicet potestas definiendi res fidei, & assistentia Spiritus sancti, ex quibus simul sumptis prouenit infallibilitas rerũ in Cõcilio definitarum.
14. Primum horum, scilicet † potestatẽ definiendi cõfert Summus Pontifex Legatis, quo tẽpore Concilium legitimè congre-
15. gat; aliorũ verò, scilicet † assistentiam Spiritus

ritus sancti, nec Legatis, nec Cōcilio Papa potest delegare, sed illam habet Concilium ex promissione Christi, vnde infallibiliter potest res fidei definire. hæc Aragon. *d. artic.* 10. *de Concil. col. antepenult. fol.* 88. † An autem Concilium generale, 16.
in quo Papa per suos Legatos assistit, possit errare, vide eundem Aragon. *ibidem, fol.* 85. Bagn. *in* 2.2. *S. Thom. quæst.* 1. *art.* 10. *dub.* 4. Sotum *in* 4. *distinct.* 20. *art.* 4. *ad* 2. Canum *de lōcis theolog. lib.* 5. *cap.* 5. *quæst.* 2. Turrecrem. *de potest. Eccles. à cap.* 33. *vsque ad cap.* 58. Caietanum *de author. Papæ, & Concil. cap.* 11. *&* 16. Albertum Pighium *lib.* 6. *Ecclesiast. hierarch. cap.* 6.

Sed non interueniente Rom. Pontifi- 17.
cis authoritate d. Conciliun non potest Sanctos canonizare, quia viuente Pontifice Romano Concilium vniuersale se non intromittit in causis maioribus soli Papæ in singularis priuilegij signum reseruatis, de quibus *in cap. quod translationem, de offic. Legat. cap. præceptis,* 12. *distinct. & cap. dudum,* 3. *quæst.* 6. *& cap. maiores, in principio, de Baptism.* † Est enim ipsa Con- 18.
cilij congregatio inferior, prout est distincta, & separata ab authoritate Sedis

Apostolica, vt firmat Turrecrem. *in summa de Ecclesia*, *cap*. 38. vbi etiam addit, quòd Papa congregando Concilium vniuersale incorporat plenitudinem suæ potestatis quoad ea tantùm, propter quæ congregatum est Concilium, non autem quoad omnia: causa autem canonizationis est de causis maioribus soli Romano Pontifici reseruatis, vt sæpiùs dictum est ex *cap*. 1. *de reliq. & vener. Sanct.*

19. Vacante autem Sede Apostolica Concilium vniuersale non potest Sanctos canonizare, quia, vt firmat Turrecrem. *vbi suprà cap*.41. vacante Sede Apostolica, Patres congregati ea tantùm exequi possunt, quæ necessariò occurrent exequenda pro regimine, & defensione Ecclesiæ, & quæ sine magno dispendio prorogari non possent vsque ad creationem Romani Pontificis, & quibus per iuris dispositionem prouideri non posset: de causis autem reseruatis Papæ, & de aliis causis particularibus, se intromittere non debet extra casum maximæ necessitatis, argum. text. *in cap. vbi periculum. §. idem quoque, de elect. in 6. & in Clem. ne Romani, eod. tit. in principio*, vbi Doctor. communiter docent,

docent, quòd † Sede vacante nemo ſuc- 20.
cedit Papæ in plenitudine poteſtatis, aut eius exercitio, & in ſpecie Barbatias *in d. Clem.* §. 1. *num.* 94. tenet quòd poteſtas Papæ non tranſit in Concilium Sede vacante.

Nec inde ſequitur, quòd † Sede va- 21.
cante Eccleſia erit ſine Paſtore, & ſine capite, quod videtur inconueniens, arg. *cap.*1. *in princ. de homicid. lib.*6. quia, vt ait gloſſ. *in d. Clem. ne Romani, in princ.* Sponſus, Paſtor, Rector, & caput Eccleſiæ Chriſtus eſt; licèt igitur deficiat Vicarius, non propterea remanet Eccleſia ſine capite.

Sicuti non obſtat, quòd † vniuerſale 22.
Conſtantienſe Concilium anno 1416. commiſerit proceſſum duorum Epiſcoporum & vnius Monialis Ordinis ſancti Auguſtini Cardinalibus Cameracen. tit. ſancti Criſogoni, & Oddoni ſancti Georgij ad Vellus aureum poſtea Martini V. & Epiſcopo Lugdunen. cum aliis quinque Prælatis in Concilio præſentibus, ad quorum poſtea relationem idem Concilium tribus Epiſcopis in Regno Suetiæ commorantibus, & vbi corpora canoni-

zandorum venerabantur inquisitionem specialem. Quia Concilium nullum ex iis, quorum inquisitionem commiserat,
23. canonizauit †. Secundò, quia Concilium non succedit in iurisdictione Papæ Sede vacante, vt suprà dictum est, neque potest agere ea, quæ Pontifex potest, nisi vrgeat magna necessitas, vnde nec etiam potuit dictam inquisitionem committere. Ideo-
24. que † Martino V. ad summum Pontificatus apicem euecto, Patres in Constantiensi Concilio congregati supplicarunt, vt ea, quæ ante eius creationem Sede vacante in Concilio gesserant, confirmaret, sed Pontifex omnia, & singula conciliariter determinata, conclusa, & decreta solùm in materiis fidei approbauit, & ratificauit, vt legitur *in d. Concilio sess. 45. & vltima*, & aduertit Turrecrem. *vbi suprà cap. 41.*

CAPVT

CAPVT VIII.

An Summus Pontifex possit Sanctos canonizare.

SVMMARIVM.

1. *Solus Papa potest Sanctos canonizare.*
2. *Et beatificare.*
   Et multò magis committere inquisitionem super sanctitate vitæ, & miraculis canonizandi, ibid.
3. *Papa est Iudex vniuersalis.*
4. *Canonizatio innititur fidei.*
6. *Cuius cognitio spectat ad Papam.*
5. *Vna est fides.*

SEquitur ex supradictis, quòd solus 1.
Summus Pontifex vniuersalis Ecclesiæ Pastor possit Sanctos canonizare, & vniuersali Ecclesiæ præponere venerandos, iuxta text. *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* vbi Innoc. *num.* 2. Hostiens. *num.* 7. Ioan. Andr. *num.* 5. Butr. *num.* 7. Abb. & alij Canonistæ, *cap.* 2. *eod. tit. & cap. vnic. eod. tit. in* 6. vbi gloss. *verb. Sedis Apostolicæ*, Ge-

minian.*num.*11. Anchar.& alij, Butr. Abb. & Imol. *in cap. fin. de feriis*, & idem Imol. *in cap. venerabili, de testib.* Hoſtien. *in ſumm. de reliq. & vener. Sanct. in princip.* Ioan. de Turrecrem. *in cap.*1. *de conſecr. diſt.*3. S. Antonin. *in ſumm. part.*3. *tit.*22. *cap.*5. §.5. Summa Angelic. *verb. Canonizatio, in fin.* Summa Tabiena *eod. verb. num.*1. *in fin.* Ludou. Carbo. *in ſumma ſummar. tom.*3. *lib.*1. *cap.*17. *verſ. tertium dictum.* Panuin. *in relat. S. Bonauent. in princ. verſ. ex his infertur.* Caſtillan. *de canoniz. Sanct. quæſt.*3. Maluetius *eod. tract. dub.*2. *num.*5. *& ſeq.* Martin. Lauden. *eod. tract. ſeu quæſt. de canonizatione ſancti Bernardini, in fine.* Angel. Roch. *eod. tract. cap.*4. Auguſtin. Triumph. *de poteſt. Eccleſ. quæſt.*14. *art.*1. Caſſan. *in catalog. glor. mund. part.*3. *conſid.* 47. Dominicus Anfoſſius *de reliquiarum cultu.* §.23. *n.*25. Lopez *in leges partitas leg.*66. *p.*1. *tract.*14. Maſcard. *de probat. concl.*262. *num.*50. Brixien. *in repertor. verb. canonizare*, Iacobus de Graſſis *in conſil. lib.*5. *de ſent. excommunic. conſ.*17. *num.* 26. D. meus Barboſa *de offic. Epiſc. part.*3. *alleg.*50. *num.*43. Bellarm. *de Sanctor. beatitud. controuerſ.*7. *gener. p.*2. *lib.*1. *cap.*8. Luiſius Turrian. *in* 2.2. *S. Thom.*

*diſp.*17.

disp.17.dub.2. vbi multa transtulit ex quæstione Francisci Peniæ Rotæ Decan. *de vener. Sanct.* Rota *in relatione B. Thomæ Archiepiscopi Valentini in tit. de validit. process. in relatione sancti Isidori in 3. miracul. post mortem*, & in aliis; & quòd sit de fide Summum Pontificem habere potestatem canonizandi, Aragon. *in 2. 2. S. Thomæ q. 1. art. 10. de Summo Pontifice, col. penult. in 2. conclus.* Bagnes *ibidem dub. 7. vers. pro decis.* Ludouicus Carbo *in summa tom. 3. lib. 1. cap. 17. vers. sextum dictum.* Turrianus *dicta disput. 17. dub. 14. vers. noui ego*, & à maioritate rationis † posse Sanctos beatificare, 2.
vt idem Turrianus docet *dub. 4.* & committere tam generalem, quàm specialem inquisitionem vbique locorum super sanctitate vitæ, & miraculis canonizandi, ita vt nefas sit de potestate Pontificis in huiusmodi causis dubitare, *Clem. 1. vt lit. pend.* Cassad. *decis. 3. de præbend. num. 24.* Gabr. *cons. 200. num. 1. lib. 1.* Rota *decis. 5. num. 3. de offic. Vicarij, in nouis*, & apud Bellamer. *decis. 110. num. 15. & in relatione sancti Raimundi part. 1. art. 4.* Ias. *in l. more, num. 53. ff. de iurisd. omn. iudic.*

Quod rationabiliter factum fuisse tri- 3.
plici

plici ratione docet Turrecrem. *in cap.1. num.22. de consecr. distinct.3.* Primò, quia Summus Pontifex est iudex vniuersalis totius Ecclesiæ, *9. quæst.3. cap. cuncta per mundum*; ergo rationabiliter soli Summo Pontifici vniuersali Ecclesiæ Principi facultas approbandi testimonia sanctitatis, seu canonizandi reseruatur. Secundò
4. † canonizatio Sanctorum innititur fidei Christi, in quem Sancti credentes miracula faciunt, quæ eorum sanctitatem, & fidei integritatem probant: fides autem Christi vna est, iuxta illud ad Ephes. *Vnus Deus, vna fides, vnum Baptisma*; ad illum ergo pertinet Sanctorum canonizatio, per quem omnia membra Ecclesiæ vniuntur in vnitate fidei, ne sit inter fideles schisma de Sanctis canonizatis, sicut erat inter Corinthios de baptizatis, quorum aliqui dixerunt, *Ego sum Pauli, ego*
5. *sum Apollo, ego verò Cephe.* Tertiò † quia sicut vna fides debet esse totius Ecclesiæ, ita debet esse vnus Religionis cultus, ne sint in ea schismata, & quem aliqui dicunt Sanctum, alij reprobum dicant. Er-
6. go sicut † ad solum Pontificem quæstiones de fide exortas pertinet determinare,

cap.

cap. quoties 34. *quæst.* 1. ita ad ipsum pertinet declarare quis debeat in Ecclesia tanquam Sanctus venerari, vt *suprà* dictum est.

CAPVT IX.

An in canonizatione Sanctorum Papa teneatur requirere consensum Cardinalium.

SVMMARIVM.

1. *Negotium canonizationis est arduum, & vna de maioribus causis.*
2. *Collegium Cardinalium est in quasi possessione; quòd Papa negotia ardua sine eius consilio non terminet.*
3. *Collationes factæ à Cælestino Papa fuerunt per successorem cassatæ, sicut etiam fuerunt suspensa statuta data Marchianis per Bonifacium absque Fratrum consilio.*
4. *Ad Anastasij Cardinalis sancti Marcelli depositionem fuit congregata Synodus generalis; & quare, ibid. & n.* 50.

Cardi

Cardinales sunt pars corporis Papæ, eod. num. 5.

5. *Papa non consueuit Cardinalem excommunicare, aut præceptum facere sine consilio suorum Fratrum.*

6. *Papa deposuit Federicum Imperatorem de consilio Cardinalium.*

7. *Item deponit Cardinales schismaticos de consilio Cardinalium.*

8. *Cardinales sunt Coadiutores Papæ.*

9. *Per Sacerdotes Leuitici generis, qui dicuntur Fratres nostri, intelliguntur Cardinales, qui à Papa Fratres appellantur, & n. 10.*

11. *Papa vnà cum Fratribus iudicat.*

12. *Cardinalatus est de iure diuino figuratiuè.*

13. *Papa non potest condere legem vniuersalem super statu Orbis, & Ecclesiæ, sine Cardinalibus; contrà n. 49.*

14. *Inter Papam, & Cardinales est quasi identitus vnionis.*

15. *Papa enumerat se ipsum inter Cardinales.*

16. *Papa est speciale caput Cardinalium, & Cardinales membra.*

17. *Papa non recipit fidelitatis iuramentum à Cardinalibus, Presbyteris, & Diaconis.*

Inter

Inter dantem, & recipientem debet esse distinctio, ibid.

18. *Cardinales habentur, vt inuisceratí in viscera Papæ, & ideo dicuntur mitti de latere Papæ.*

19. *Cardinales sunt plus cæteris adstricti ad obedientiam, & fidelitatem Papæ.*

20. *Cardinales Episcopi iurant obedientiam, & fidelitatem Papæ ratione Episcopatus.*

21. *Causæ arduæ, vt vniuersitatum, prouinciarum, & ciuitatum, sunt Consistoriales.*

22. *Papa non diffinit ardua sine consilio Cardinalium.*

23. *Solus Papa sine consilio Cardinalium potest quæcumque ardua definire.*

24. *Non potest induci consuetudo, quòd Papa non diffiniat ardua sine consilio Cardinalium.*

25. *Solus Papa potest deponere Imperatorem, Regem, & quemcumque alium.*

26. *Solus Papa habet plenitudinem potestatis.*

27. *Inferiores Prælati, qui iudicare debent secundùm Canones, debent habere præsentiam Clericorum.*

28. *Papa*

28. *Papa non ſubiicitur canonibus, nec ab eis habet authoritatem.*

29. *Papa omnes iudicat, & nemo ipſum iudicat.*

30. *Hoſtien.* in cap.ex geſtis,de cleric.non reſident.*reprehenditur,quatenus dicit Papam ſine Concilio non poſſe deponere Cardinalem.*

31. *Ioan.Monach.* in cap. ſuper eo, de hæret.lib.6.*declaratur.*

32. *Papa eſt vocatus in plenitudinem poteſtatis, quæ plenitudo adiectione non indiget.*

33. *Papa non vtitur baculo paſtorali, ſicut alij Epiſcopi, quia non habet coarctatam poteſtatem.*

34. *Papa habet poteſtatẽ plenam, & liberam.*

35. *Non eſt, qui poſsit dicere Papæ, cur ita facis.*

36. *Eccleſia militans fuit exemplata diuinitus à triumphante.*

37. *Imperium dependet ab Eccleſia.*

38. *Dantes fuit damnatus, quia negabat Imperium dependere ab Eccleſia.*

39. *Solus Papa creat Cardinales.*

40. Solus *verbum, id eſt, ſine alterius conſilio.*

41. *Soli*

41. *Soli Petro, & in persona Petri successoribus, & non omnibus Apostolis dictum est,* Si diligis me, pasce oues meas.

42. *Alij Apostoli non erant tantæ perfectionis sicut Petrus.*

43. *Papa non tenetur necessariò requirere consilium Cardinalium in negotio canonizationis.*

Nec in beatificatione, ibid.

44. *De congruo, & honesto Papa requirit consilium Cardinalium in negotio canonizationis.*

46. *Non autem necessariò.*

Et licèt requirat consilium, illud tamen sequi non tenetur, ibid.

Martinus V. dicitur canonizasse B. Sabaldum non habito consilio Cardinalium, ibid.

45. *Integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis comprobatur.*

47. *Papa de honestate; non de necessitate vnà cum Fratribus iudicat.*

48. *Episcopi etiam dicuntur Fratres à Papa.*

51. *Cardinalis Hostien. præfertur principalibus Patriarchis, consecrat Papam,*

inungit Imperatorem, & vtitur pallio.

52. *Vnitas corporis mystici, quæ est inter Papam, & Cardinales, est iuris positiui, cui Papa non subiicitur.*

DIsputant Doctores, an Summus Pontifex ardua possit expedire negotia sine consensu Dominorum S. R. E. Cardinalium. Barbat. *de præstant. Cardinal. in 2. quæst. 1. part.* Martinus Garrat. *de Cardin. quæst.* 48. Gundisal. de Villadiego *de Card. quæst* 7. Hieron. Manfred. *eod. tract. decis.* 237. Hier. Alban. *eod. tract. quæst.* 39. Brunellus *de potest. Legat. conclus.* 3. Phil. Probus ad Ioan. Monach. *in cap. super eo, 4. de hæretic. in 6.* vbi latissimè, & alij per supradictos relati, & in specie, an teneatur requirere consensum Cardinalium in canonizatione Sanctorum, disputat Troilus Maluet. *de canoniz. Sanct. dub. 2. à n. 3.* & Iacob. Castellan. *eod. tract. quæst. 3. §. quæro, an Papa.* horum omnium hinc inde rationes, quæ iisdem ferè iuribus fulciuntur, paucis immutatis, in medium afferam.

1. Negotium canonizationis est arduum, & vna de maioribus causis quæ in Ecclesia Dei proponatur, Doct. *in cap. vnic. de reliq.*

reliq. & vener. Sanct. in 6. Vnde concludendum videtur, quòd Summus Pontifex non debeat illam sine Cardinalium consilio definire.

2. Primò ex authoritate Ioan. Monachi *in cap. super eo n. 3. de hæretic. in 6.* quem *ibidem* sequitur Ioan. Andr. vbi dicit, quòd Collegium Cardinalium est in hac possessione quòd Papa solus sine eius consilio negotia ardua tractare, & terminare non possit, & quòd indecens est, vt caput sine membris procedat, *cap. nouit, & cap. quanto, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consf. cap.* & in Papa, qui est director omnium, omnis indecentia impossibilis est, saltem impossibilitate morum, de qua impossibilitate remittit se ad *cap. nemo potest, de reg. iur. in 6.* & narrat, quòd † cùm Cælestinus 3. multas Abbatias, & Episcopatus, & superiores dignitates contulisset sine consilio Fratrum, fuit coram successore satis disputatum, & demum propter præmissam Collegij possessionem collationes cassatæ fuerunt. Narrat etiam per Benedictum XI. fuisse suspensa statuta, quæ Bonifacius absque Fratrum consilio dederat Marchianis, quia tangebant ardua,

 licèt

licèt multa valdè iusta essent in illis, dicens, quòd defectus in persona facientis, vel in modo faciendi actum reddit inutilem. Card.*cons.*150. *& cons.*230. *& in cap. perpendimus, in* 8.*col.de sent. excom.* & alios refert Maluet.*dub.*2.*num.*31.*ad* 1.facit *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. ad* 2.*l.magis puto.*§.*ne tamen.ff.de reb.eor.*
4. Secundò quod notat Hostien. quem refert Ioan.Andr.*in cap.ex gestis, de cleric. non resid.* vbi dicit, quòd non sine mysterio ad depositionem Anastasij Cardinalis S.Marcelli, de quo ibi fuit congregata Synodus generalis, &c. quasi innuatur, quòd Papa solus sine Concilio generali nõ deponat Cardinalem, cùm Cardinales tanquam maximi debeant speciali prærogatiua lætari, *de offic. leg. cap.*1. *lib.*6. & sunt pars corporis Papæ, qui non iudicatur ab aliis, 9.*quæst.*3.*cap.aliorum, & cap.nemo,* & cum eo iudicant Orbem, *cap.per venerabilem.*§.*rationibus, qui fil.sint legit.vers. sunt autem satis*; decet ergo eos esse participes priuilegij singularis; & subdit, quòd
5. † Papa non consueuit aliquem de Cardinalibus excommunicare, vel aliquod præceptum facere ei sine consilio, & con-
sensu

sensu suorum Fratrum, arg.*cap.1.de excess. Præl.* & quod not.*in cap.irrefragabili* §.1.*in fin.gloss.magnæ,de offic. ordin.* & quòd Cardinales gaudent priuilegio *cap. quia periculosum,de sent.excom.lib.6.* Maluet. *dub.2. num.32.*Lauden.*de Cardinal.quæst.79.*

Tertiò adducitur text. *in cap.ad Apostolicæ,de re iud.lib.6.*vbi Innocentius IV. de consilio Fratrum; & approbatione Concilij deposuit Federicum Imperatorem. 6.

Quartò text.*in cap.1.de schism.lib.6.*vbi Papa deposuit Cardinales schismaticos, de quibus *ibi*,de consilio Fratrum. 7.

Quintò text.*in cap.fundamenta,de elect. in 6.in* §.*decet,*vbi dicitur, quòd sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Papæ in executione sacerdotalis officij Coadiutores existunt. 8.

Sextò text.optimus *in cap.per venerabilem.*§.*rationibus, qui fil. sint legit.* vbi text. ponens verba *Deuteronomij* 17.dicit,*si difficile,& ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem,& sanguinem,causam,& causam, lepram, & lepram, & iudicium inter portas videris variari, venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui indicabunt tibi* 9.

iudicij veritatem, & facies quæcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, ſequeriſque eorum ſententiam. Poſtea Papa interpretando ſubdit: Sunt autem Sacerdotes leuitici generis Fratres noſtri, qui nobis iure leuitico in executione ſacerdotalis officij Coadiutores exiſtunt. Is verò ſuper eos Sacerdos, ſiue iudex exiſtit, cui Dominus inquit in Petro, *Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis.* Ex quo textu videtur apertè probari, quòd de iure diuino Papa non explicet ardua negotia ſine conſilio Cardinalium. Id enim quod dicitur in text.
10. *Fratres noſtri* †, rectè de Cardinalibus intelligitur, qui appellantur à Papa Fratres, quando de eis promiſcuè loquitur, vt eſt
11. gloſſ. *in cap.* 1. *de offic. leg. in* 6. Quòd † autem Papa vnà cum eis iudicet, probatur ibi, *indicabunt tibi iudicij veritatem*, & ibi, *ſequeriſque eorum ſententiam*, & ibi; *facies quæcumque dixerint, qui præſunt loco*, &c.
12. Et dicit *ibi* Panor. *in cap. ex geſtis, de cler. non reſid.* quòd ille eſt melior text. de iure ad probandum, quòd Cardinalatus ſit de iure diuino ſaltem figuratiuè. Illud autem quod ſolet allegari, & habetur 1. Reg. 2.
Domini

Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos Orbem, videtur, si benè inspiciatur, alium habere sensum, id est, quòd Deus dominetur toti Orbi, & disponat ad libitum suum; de hoc tamen, an Cardinalatus sit de iure diuino, vide Ioan. de Turrecrem. *in summa de Ecclesia in* 1. *lib. in c.* 83. vbi hoc latissimè defendit, etiam per illud, *Domini sunt cardines terræ*, &c.

Septimò, quod ponit Archid. *in cap.* 13.
quidam, & in cap. quæ ad perpetuam, 25. *q.* 1. id est, quòd Papa non potest condere legem vniuersalem super statu Orbis, & Ecclesiæ vniuersalis, sine Cardinalibus. Maluet. *de canonizat. dub.* 2. *num.* 31. per *l. humanum. C. de legib.* & *ibi* alios refert.

Octauò, facit, quòd notabiliter ponit 14.
Ioan. Andr. *in cap. requisisti, de testam. in pen. col. vers. sicut etiam*, id est, quòd inter Papam, & S. R. E. Cardinales est quasi identitatis vnio; quæ autem sit vnitas identitatis, vide text. *in cap. damnamus.* §. *cùm ergo, de sum. Trinit. & fide Cath.* & *ibi* per Ioan. Andr. & Panorm. de multiplici vnitate; facit ad hoc dictum Archid. *in c. sacrosancta*, 22. *distinct.* vbi dicit, quòd
† Papa etiam seipsum inter Cardinales 15.

connumerat, argum. *l. ius senatorum. C. de dign. lib.* 12. vbi Imperator se inter Senatores connumerat, & arg. *l. familia. ff. de verb. signif.*

16. Nonò, quod eleganter dicit Ioan. Andr. *in cap. antiqua, de priuil.* id est, quòd Papa est speciale caput Cardinalium, & Cardinales Papæ specialia membra, argum. *cap. nouit, de his, quæ fi. à Præl. sin. conf. cap. & cap. cùm non liceat, de præscript.* quod cor-
17. pus est adeò vnitum, † vt ab his specialibus membris, id est, Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus Papa non exigat fidelitatis, & obedientiæ iuramentum, iuxta terminos illius *cap. antiqua*, quia videretur à seipso recipere, & debet esse differentia inter dantem, & recipientem, *cap. fin. de inst. & cap. debitum, de Baptismo*, sub-
18. dit etiam notabiliter, quòd † habentur vt inuiscerati in viscera Papæ, & propterea dicuntur mitti de latere Papæ, *cap. pen. de offic. leg.* propter quæ patere etiam dicit
19. quòd † Cardinales debent existimare se plus cæteris astrictos ad obedientiam, & fidelitatem Papæ, & quòd Papa debet diligere Cardinales vt seipsum. Ex quibus etiam arguit post Hostien. quòd parum,

rum, vel nihil debet Papa facere sine cõsilio Fratrum. Nec † ab hac vnitate, & charitate sunt exclusi Episcopi Cardinales, qui iurant Papæ obedientiam, & fidelitatem, quia iurant vt cæteri Episcopi, non autem vt Cardinales, quod est notabile. 20.

Decimò, quod ponit Bald. *in l. fin. C. de diuers. rescript.* vbi dicit, quòd causæ arduæ, vt vniuersitatum, Prouinciarum, corporum, ciuitatum, & similium, sunt pragmaticæ, & consistoriales, per illum text. *in fin.* & quòd Vrbanus Papa Legatis Perusinis supplicantibus pro rebus ciuitatis, respondit, quòd id negotium erat consistoriale, & quòd Summi Pontifices non consueuerunt talia expedire in Camera, sed in Consistorio, vt etiam traditur *lib. 1. sacrarum cæremoniarum, sect. 6.* 21.

Hanc opinionem, quòd Papa non diffiniat ardua sine consilio Cardinalium, tenuit Panorm. *in cap. 1. in fin. de offic. leg. & in cap. quæsiuit, de his, quæ fi. à maior. part. cap. & in cap. litteras, de rest. spol. & in disputatione incipiente Episcopus,* & Ioan. de Imol. *in d. cap. ex gestis, de cler. non resid.* & Philip. Franc. *in cap. super eo, de haeret. lib. 6.* Boscus Codecha *in repet. rubricæ de* 22.

 constit.

constit. num. 82. Ioan. Monach. *in cap. super eo, de haret. in 6.*

23. Contrariam opinionem, quòd Papa solus sine consilio Cardinalium possit quæcunque ardua diffinire, tenuit Dominic. de S.Gemin.*in cap.super eo,de haret. in 6.*dicens hanc esse communem sententiam, & Ioan. Andr. *ibid.* eandem tenere videtur, remittendo se ad *glos.1. in cap.ad Apostolicæ, de re iud.lib.6.* eandem tenuisse referunt Hugo. *in §. leges*, 4. *distinct.* dicentem idem esse in Imperatore,vt possit quæcunque negotia ad eum spectantia diffinire sine consilio suorum Baronum, eandem tenet Panorm. *in cap. ex gestis,de cler. non resid.* & Felyn. *in rubr. de constit.* & Dominic. *in cap.* 1. *de renunc.* dum remittit se ad Ioan. Andr. *in cap. super eo, de haret. in 6.* pro qua opinione plura adducuntur, Maluet.*de canoniz. dub.2. num.*33. vbi refert Archid.*in cap. quæ ad perpetuam, & in cap. sunt quidam*, 25.*quæst.*1. Albericum *in l. humanum*,Castren.& alios,Ioan. de Lignan. *in cap.* 2. *de cler. non resid.* vbi hanc opinionem dicit in puncto iuris veriorem.

24. Primò, quod firmat Panorm. *in d. cap.*

ex

ex gestis, id est, quòd non possit induci consuetudo, vt Papa non diffiniat ardua sine consilio Cardinalium, quia esset præscribere contra supremã potestatem Papæ, contra quam non valet aliqua præscriptio, vt voluit Innoc. *in cap. bene, de postul. Præl. in 2. col.* habet enim eam tantùm à Domino, ideo est immutabilis, allegat Innoc. *in cap. in nouo 21. distinct. cap. omnes, 22. distinct. & cap. si Imperator, 96. distinct.* facit *cap. nouit, de iudic.* ibi, *potestas nostra ex Deo est*, per hoc patet responsum ad primum.

Secundò adducitur glos. not. *in cap. ad Apostolicæ, de re iud. lib. 6.* quæ dicit solum 25.
Papam posse deponere Regem, Imperatorem, & quemcunque alium, per *c. alius, 15. quæst. 6.* vbi solus Papa deposuit Regem Franciæ, & quod dicitur *in cap. ad Apostolicæ*, in suprascriptione, sacro approbante Concilio, potius est ad honestatem, quàm ad necessitatem; † solus enim Papa 26.
habet plenitudinem potestatis, 2. *q. 6. cap. decreto, & cap. ad honorem, de auth. & vsu pal.* & licèt † inferiores Prælati, qui iudi- 27.
care debent secundùm canones, debeant habere præsentiam Clericorum suorum,

cap.

*cap. nouit, de his,quæ fi. à Præl. sin. cons. cap. & c.Episcopus nullius causam,*16.*q.*7.Tamen
28. secus est in Papa, † qui non subiicitur canonibus, nec ab eis habet authoritatem, sed contrà, *cap. significasti, de elect. & cap.*
29. *proposuit, de concess. præbend.* Ipse † igitur omnes iudicat, & nemo ipsum. *cap. nemo, & cap. aliorum,* 9. *quæst.*3.22. *distinct. cap. omnes.cap.si Papa,*40. *distinct.* Et per hanc
30. glos. patet † Hostien. malè loqui *in c. ex gestis, de cler. non resid.* quatenus dicit Papam sine Concilio non posse deponere Cardinalem. Item per eandem resoluitur, quod dixit Ioan. Monach. *in d. cap.*
31. *super eo,* quòd † indecens est, vt caput sine membris procedat. *d. cap. nouit.* Nam huiusmodi indecentia cedit in inferioribus à Papa, qui canonibus subiiciuntur, non autem in Papa, qui est solutus legibus; potest etiam dici, quòd illa indecentia cadat in corpore vero, secus in corpore mystico, de quo *in extrauag. vnam sanctam, in princ.* Bonifacij VIII.

Tertiò, pro hac opinione inducitur text. *in cap. fundamenta, §. decet, de elect. in 6. vers. In quibuscunque negotiis contingeret eorum peti consilia,* & glos. *ibi, super verb.*

verb. contingeret, dicit, quòd non compellitur Papa Cardinalium petere consilia, cùm ipse habeat in se cœlestis, & terreni imperij iura. *cap. omnes*, 22. *dist.*

Quartò, † quia Papa est vocatus in 32.
plenitudinem potestatis, *cap. ad honorem, de auth. & vsu pal. cap. decreto*, 2. *quæst.* 6. glos. *in c. quanto, de translat. Præl.* sed plenitudo potestatis non indiget aliqua adiectione consilij, plenitudo enim adiectione non indiget. *cap. si omnia*, 6. *quæst.* 1. *& cap. benè quidem*, *in princ.* 96. *distinct.* Ad hoc facit, quod ponit B. Thom. *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 2. *art. vlt. ad vltimum*, quòd
† Papa ideò non vtitur baculo pastora- 33.
li, sicut Episcopi, quia non habet coarctatam potestatem, quam curuatio baculi designat, vt refert Felyn. *in rubr. de constit.*

Quintò, quia Papa habet potestatem 34.
non tātùm plenam, sed etiam liberam, de hoc est text. *in Clem.* 1. *in fin. vt lit. pend.* sed habens liberam potestatem non tenetur alicuius consilium requirere, aut licentiam, vt est glos. *in verb. liberè, in Clem. dudum, de sepult.* & not. Ioan. Andr. *in cap. licèt Episcopus, de præb. in* 6. & habetur

betur *in cap. de multa, de præb.* & hoc, nisi in dispositione, in qua est aduerbium *liberè*, vel verbum *libera*, aliud exprimatur, sic intelligitur *Clem.1. in princ. iuncto vers. volumus, de fôr. compet.*

35. Sextò glos. *in cap. quanto, de translat. Prælat.* quæ dicit, *Non est qui dicat Papæ, cur ita facis*; hoc tamen intelligitur, & limitatur secundùm ea, quæ habentur *in cap. si Papa, 40. distinct. & in cap. in fidei fauorem, de hæret. in 6.* per Ioan. Andr. & alios.

36. Septimò, quia Ecclesia militans fuit exemplata diuinitus à triumphante. glos. not. *in Clem. ad nostrum, de hæret.* & probatur Apocalypsis 21. *Vidi Hierusalem sanctam, nouam, descendentem de cælo*; & Moysi dictum est *Exodi* 25. quòd omnia faceret secũdùm exemplar sibi monstratum in Monte; sed in Ecclesia triumphante vnus est supremus Princeps, id est, Deus, cuius obedientiæ tota ipsa Ecclesia perfectissimè est subiecta; ergo idem sit dicendum in Ecclesia militante, vt in ea vnus sit supremus Princeps, id est, Papa, cuius præceptis omnes obedire tenentur, & qui habet vtrumque gladium. Immò hoc

hoc est de necessitate salutis, vt *extrauaganti vnam sanctam*, Bonifacij VIII. vnus enim Deus, vna Ecclesia, vna fides, vnum Baptisma, vnum Ecclesiæ caput, id est, Christus, & Christi Vicarius Petrus, Petríque successor, vt *ibi*, qui habet vtrunque gladium, & facit, quod habetur Ioan.10. cap. *fiet vnum ouile, & vnus pastor*; quæ faciunt etiam ad id, quod ponit Bart. *in l. 1. ad fin. ff. de rei vind.* quòd † Imperium dependeat ab Ecclesia, & 37.
quòd Imperator non ex se præsit, sed dependentiã habeat à Papa, & quòd † Dan- 38.
tes fuit per hoc damnatus de hæresi, qui contrarium tenebat. hoc declarat optimè *d. extrauagans vnam sanctam*, & facit *cap. venerabilem, de elect.* & quod ponit Bart. *in extrauag. ad reprimendam, in verb. totius, & Clem. 1. de iur. iur.*

Octauò, quia solus Papa creat Cardi- 39.
nales, vt not. Ioan. Andr. *in cap. sanè, de conuers. coniug.* & *ibi* etiam Panorm. nam etiam verbum illud † *solus*, rectè potest 40.
intelligi, sine alicuius consilio.

Nonò, quia soli Petro, & in persona 41.
Petri successoribus, & non omnibus Apostolis dictum est, *si diligis me, pasce oues meas*

meas, cap. significasti, de elect. & extrauag. vnam sanctam, Bonifacij VIII. & ponit Panorm.*in cap.translato, de constit. & tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, & dabo tibi claues Regni cælorum.*21.*dist. cap. in nouo. & quodcumque ligaueris super terram,erit ligatum & in cælis, Matthæi* 16. *& cap quodcumque* 24.*quæst.*1. *& qui fil.sint legit. cap.per venerabilem,vers. is verò,& de re iud.lib.*6. *in cap. ad Apostolica,vers.Nos itaque.* Id autem quod legitur Matth. 18. *quæcumque alligaueris super terram,erunt ligata & in cælo*, intelligitur dictum Apostolis in ordine ad Petrum,mediante quo in alios potestas deriuanda erat,& ideo fuit dictum eis *in cælo*, & Pe-
42. tro *in cælis*, quia † non erant tantæ perfectionis sicut Petrus, secundùm Ioan. de Turrecrem.*in summ. de Ecclesia lib.*3. *c.*31. & facit text.not. *in cap. ita Dominus noster* 19. *dist. &* 21. *distinct. cap. in nouo, &* 24. *quæst.*1.*cap.manet* Idem de eo, quod legitur Ioan.20.*quorum remiseritis peccata*, &c. ad quod vide text.*in cap.loquitur Dominus,* 24.*quæst.*1.& facit quod ponit Panorm. *in d.cap.translato,de constit.*

Decimò,

Decimò quod ponit Aug. de Ancon. 43.
in lib. de Ecclesiast. pot. in 14. quæst. vbi dicit, quòd in negotio canonizationis Papa de necessario non tenetur requirere consilium Cardinalium, quia Collegium Cardinalium assistit Papæ, non per modum determinationis, & limitationis potestatis, sed per modum ministerij, & consilij: S. Antonin. *in summa part. 3. cap. 5. §. 5.*

Conclude, interdum loquimur de 44.
congruo, & honesto; & procedit prima opinio, ideo Ioan. Andr. *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct.* dicit, quòd Papa consueuit hoc negotium canonizationis ponere inter Fratres, & facta inter eos secreta diffinitione, requirit etiam publicè in Consistorio Concilium Prælatorum in Curia Romana existentium, & facit, quod habetur 2. *Esther,* vbi Rex Assuerus interrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilia, scientium leges, ac iura maiorum. Facit † quia integrum est iudicium, 45.
quod plurimorum sententiis comprobatur. *cap. prudentiam, de off. deleg. Clem. 1. de sent. excom. cap. de quibus 20. dist.* & per plures homines perfectissima veritas reuelatur.

latur *l.fin.C.de fideic.*& Prouerb.14.*ibi salus, vbi multa consilia*, & 15. *dissipantur cogitationes, vbi non est consilium, & vbi sunt plures consiliarij, confirmantur.*

46. Interdum loquimur de necessario; & procedit secunda opinio, quòd solus Papa possit canonizare Sanctos, & non teneatur requirere consilium Cardinalium. Ad adducta in contrarium dicitur, quòd procedunt de honesto, & congruo, non autem de necessario, secundùm glos. *in d. cap. ad Apostolicæ.* Eandem distinctionem facit S. Antonin. *in summ. part.3.cap.5.§.5.* quia Collegium Cardinalium non assistit Papæ per modum determinationis, seu limitationis potestatis eius, sed per modum ministerij & consilij. Behincas. *de constit. quæst.7.num.55.* August. Triumph. *de potest. Eccles. quæst.14. art.3.* Cassan. *in Catalog. glor. mund. cons.47. part.3.ad fin.* Rocha *de canoniz. cap.4. in fin.* Mascard. *de prob. concl.262. num.56. tom.1.* Panuin. *in relatione S. Raymundi in princip. col.3.* Vel, secundùm Alber. *in rubr. C. de legib.* aut loquimur de consilio, & procedat prima opinio, aut de iuris necessitate, & procedat secūda. Aut secundùm Laudon.

de Cardin. q. 48. prima opinio procedit de potestate ordinaria condecente, & vtili Reipublicæ: secunda autem de absoluta. Maluet. *de canoniz. dub. 2. num. 39. vers. Ego verò dicerem.* Aut loquimur quoad adhibendum simplex consilium Cardinalium, & procedit prima opinio, & ratio potest esse, quia quod à plurimis quæritur, faciliùs inuenitur, ob quam rationem Lauden. vbi suprà *quæst.* 79. dicit, quòd de ordinaria potestate Papa cum Collegio Cardinalium deponit, vel excommunicat Cardinalem, sed de absoluta hoc solus facere potest; in arduis agitandis Papa conuocat Cardinales, vt secum consulant. Aut quoad adhibendum consilium, & consensum, & procedit secunda opinio. Nàm Papa habet liberam potestatem, maximè in spiritualibus. *cap. significasti, de elect. cap. 2. de præbend. in 6. cap. cuncta per mundum, 9. q.* 3. & concludit, quòd Papa in canonizatione Sanctorum debet consulere Cardinales, eorum tamen consilium sequi non tenetur. Et in hac materia legimus, quòd Martinus V. Beatum Sebaldum de Regum Daciæ prosapia genitum Sanctum esse, & vt

talem haberi,& reputari, eiusdémque festum die 14. Calendas Septembris ab omnibus Christi fidelibus per vniuersum Orbem annis singulis celebrandum, & recolendum, ac eius nomen catalogo aliorum sanctorum Patrum adscribendum fore, declarauit Calendis Aprilis anno Pontificatus 8. Cardinalium assensu, vel consilio non requisito.

47. Ad text. *in cap. per venerabilem. §. rationibus; qui fil. sint legit.* respondetur, quòd Papa iudicat vnà cum Fratribus, de honestate, non de necessitate, sic declaratur *in cap. fundamenta. §. decet, de elect. in 6.* Potest etiam intelligi ille text. de Episcopis,

48. † qui dicuntur à Papa Fratres, *cap. quàm graue, de crim. fals.* & sunt Coadiutores Papæ in executione sacerdotalis officij, quia dicuntur vocati in partem sollicitudinis. *cap. ad honorem, de author. & vsu pall.* cum simil. de quo *ibi* per Panorm.

49. Ad dictum Archid. *in cap. sunt quidam, & in cap. quæ ad perpetuam*, dicitur, quòd iure non probatur, ideò non admittendum, quatenus de necessario loquatur, argum. §. *consideremus*, *auth. de trient. & sem. & l. illam. C. de collat. & cap. inter corpo-*

ralia,

ralia, de translat. Prælat. & habet contra se text. *in l. humanum, iuncta l. fin. C. de legib.* in arg.

Ad id, quod ponit Hostiens. *in cap. ex gestis*, & Ioan. Monach. *in cap. super eo*, præallegatis, patet responsio secundùm distinctionem, de qua *suprà num.* 45. *&* 46. licèt loquantur in causa propria, cùm vterque fuerit Cardinalis. Sic etiam † Hostiens. quem refert Ioan. Andr. *in cap. antiqua, de priuil.* defendendo partes suas, dicit *ibi*, quòd Cardinalis Hostiensis præfertur omnibus illis principalibus Patriarchis, de quibus *ibi*, licèt illi alios Cardinales tunc præcederent. Nam Hostien. habet prærogatiuam specialem, quia Papa consecrat, inungit Imperatorem, & vtitur pallio. 50. 51.

Ad dicta per Ioan. Andr. *in d. cap. requisisti, & in d. cap. antiqua*, & per Archid. *in d. cap. sacrosancta*, dicitur, quòd datur inter Papam, & Cardinales vnitas, & identitas corporis mystici, non veri, argum. *d. Extrauagantis vnam sanctam*, quæ vnitas, & identitas est à iure positiuo inducta, cui Papa non subiicitur. *c. proposuit, de concess. preb.* & glos. *in d. cap. ad Apostolicæ.* 52.

53. Quòd si Papa in canonizatione non tenetur requirere consilium Cardinalium, nec etiam tenebitur in beatificatione, tum quia de hac liber sacrarum cæremoniarum *sect. 6.* non loquitur, tum quia antiquitus Romani Pontifices post commissam inquisitionem, vel S. R. E. Cardinalibus, vel aliis Prælatis habita relatione consueuerunt aliquem cultum publicum in aliquo determinato loco huic, vel illi populo, aut Religioni permittere viuæ vocis oraculo, vt de Calixto III. legitur, qui similem cultum permisit exhiberi B. Alberto de Trapano, & de Leone X. qui permisit, vt B. Ioanni de Capistrano festum celebrari posset in diœcesi, & territorio Capistrani, de quibus constat ex litteris testimonialibus Cardinalium, quas vocant Oracula; sed his temporibus per Bullas, vel Breue huiusmodi facultatem impertiri consueuerunt, examinata priùs causa in sacro Rotæ Tribunali, & postea in sacra Rituum Congregatione, & de Illustrissimorum eiusdem Congregationis Cardinalium consilio; in causa verò in ordine ad canonizationem seruatur vlteriùs id, quod

in lib. 1. *sacrarum cæremoniarum, sect.* 6. disponitur, & ita se habet praxis.

CAPVT X.

An Papa in canonizatione Sanctorum possit errare.

SVMMARIVM.

1. *Non est credendum Ecclesiam errare in canonizatione Sanctorum, licèt posit secundùm gloss. quæ reprobatur; & num.* 11.
2. *Iudicium Ecclesiæ nonnunquam sequitur opinionem.*
3. *Nullus viator potest esse certus, vtrùm sit in statu salutis.*
4. *Ecclesia in canonizatione Sanctorum nititur testimonio humano.*
5. *Multa corpora Sanctorum venerantur in terris, quorum animæ cruciantur in tormentis, explicatur n.* 15.
6. *Pontifex non potest errare in canonizatione Sanctorum; & afferuntur rationes, & authoritates, & num.* 7. *&* 8.
9. *S. Thomæ sententia, quòd Papa non potest*

*test errare in canonizatione Sanctorum, distinguitur num.*10.

12. *Explicatio* cap.2. de sent. excom.

13. *Papa certificari potest de statu alicuius per instinctum Spiritus sancti.*

14. *Innititur promissioni diuinæ, de qua* Lucæ cap.2. & Ioan. cap.14.

1. GLossa *in cap. vnic. de reliq. & vener. Sanct. lib.6. verb. Sedis Apostolicæ*, sic loquitur. *Etsi Ecclesia in canonizatione Sanctorum erraret, quod non est credendum, (licèt accidere posset*, de sent. excom. cap. à nobis 2.) *nihilominus preces in honorem talis acceptæ, & gratæ sunt, per fidem enim Christi omnia purgantur*, de cohabit. cleric. & mulier. cap. vestra; *& esto, quòd veritas canonizationis deficiat, non deficit fides*, de Baptism. cap. debitum; & Innoc. *in cap.1. de reliq. & vener. Sanctor.* dicit, quòd si Ecclesia erraret, quod non est credendum, tamen preces bona fide porrectas Deus acceptaret, argum. 32. *distinct.* §. *verum; &* 15. *quæst. vltim. cap. fin.*

2. Secundò, quòd Ecclesia possit errare, videtur probari ex text. *in d. cap. à nobis* 2. *de sent. excom.* vbi quòd iudicium Dei veritati,

ritati, quæ non fallit, nec fallitur, ſemper innititur. Iudicium autem Eccleſiæ nonnunquam opinionem ſequitur, quam, & fallere ſæpè contingit, & fallit.

Tertiò, quia homo non poteſt eſſe certus de ſeipſo, vt cùm ſit in ſtatu ſalutis, 3.
Eccleſiaſt. cap. 9. *Neſcit homo, an odio, vel amore dignus ſit*, & B. Iob dixit, *Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorat anima mea*, vt *in cap. fin. de purgat. canon.* & Conc. Trid. *ſeſſ. 6. de iuſtificat: cap. 9. in fin. & ſeq.* multò minus Papa hoc ſcire videtur; quæ enim ſunt hominis, nemo nouit, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt, vt dicitur *1. ad Corinth. 2.* & refert S. Thom. *quodlib. 9. art. vlt.* Si igitur Papa ignorat, an canonizandus mortuus fuerit in gratia, vel habuerit charitatem, quæ ſola diuidit inter filios Regni æterni, & filios perditionis æternæ, ſecundùm S. Auguſt. *de Trinit. lib. 15. cap. 18.* igitur poteſt errare.

Quartò, quia Eccleſia vtitur in canonizatione teſtimonio humano, per teſtes 4.
enim inquirit de vita, & miraculis canonizandi, vt *in cap. venerabili, de teſtib.* quod teſtimonium eſt fallibile, vnde illud, *ſæpè manus fallitur, & oculus obſtetricum*; c. cùm

causam, de probation. cap. nec aliqua 27. quæst. 1.

5. Quintò facit authoritas sancti Gregorij ex dialogis *cap.42.* quæ vulgò affertur: *Multa corpora Sanctorum venerantur in terris, quorum animæ cruciantur in tormentis;* vnde concludit Castellanus *quæst.9.* quòd opinio gloss. & Innocentij est magis communis, sed opinio contra glossam est magis pia.

6. Sed quòd Pontifex errare non possit in canonizatione Sanctorum, videtur probari. Primò, ex illo Lucæ 22. *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos,* & legitur *in cap. maiores, de Baptism.* facit 24. *quæst. 1. cap. hæc est fides, & cap. memor. & cap. in Sede Apostolica, & cap. à recta,* est enim Romana Ecclesia prima Sedes Apostoli non habens maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, *cap. quamuis, distinct.* 21. latè Cardin. Turrecrem. *in summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 109. & 110. & in d. cap. hæc est fides.* Sed canonizatio videtur ad fidem pertinere, quia honor, quem Sanctis exhibemus, est quædam professio fidei, qua Sanctorum gloriam credimus,

credimus, secundùm S.Thom. *quodlib.9. art.vlt.* & Sancti proponuntur ab omnibus adorandi, & in necessitatibus inuocandi, vt exemplar fidei, & sanctæ vitæ, secundùm Ioannem de Neapoli *quodlib.* 11. & authores infrà citandi.

Secundò, quia Papa procedit secun- 7.
dùm allegata, & probata, & secundùm euidentiam facti, quam habet; ergo non potest errare, vt infert Augustin. de Ancon. *quæst.*14. *art.*4. *in resolut.* Si enim credimus Cæsarem, & Pompeium extitisse, quia id testantur historici, qui tamen homines fuerunt, & mentiri potuerunt; cur non credemus hunc, vel illum esse Sanctum, quem præsertim Deus testatur per euidentiam miraculorum, quæ tollunt omnem ansam suspicandi contrarium.

Tertiò, quia in cæteris rebus, in quibus 8.
Pontifices, vt homines viatores errare potuerunt, re ipsa aliquando deprehensi sunt errores: at in canonizatione nullus vnquam error est deprehensus, vt latè deduxit post hæc P. Magister D. meus Castellinus *in tractatu de certitudine gloriæ Sanctorum.*

Hæc opinio probatur ex Concilio Constant.

ſtant. *ſeſſ.* 8. vbi damnatur illius propoſitio, qui aſſerebat ſanctum Auguſtinum, S. Benedictum, & S. Bernardum, vtpote damnatos, non eſſe venerandos. Ex Concilio Florentino *in decreto vnionis Armenorum*, vbi præcipitur Armenis, vt B. Leonem ab Eccleſia canonizatum de cætero venerentur. Ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *& ſeſſ.* 25. *in decreto de inuocat. & venerat. & reliquiis Sanctorum*, vbi ſtatuitur Sanctos eſſe venerandos, & loquitur de Sanctis per Eccleſiam canonizatis.

9. Sanctus Thom. *in quodlibet* 9. *artic. vlt.* vbi docet, quòd aliquid poteſt iudicari poſſibile ſecundùm ſe cõſideratum, quod relatum ad aliquod extrinſecum impoſſibile inuenitur, & concludit quòd iudicium eorum, qui præſunt Eccleſiæ, poteſt errare in quibuſlibet, ſi perſonæ eorum tantùm reſpiciantur; ſi verò conſideretur diuina prouidentia, quæ Eccleſiam ſuam Spiritu ſancto dirigit, vt non erret, ſicut promiſit *Ioan.* 14. quòd Spiritus adueniens doceret omnem veritatem, de neceſſariis ſcilicet ad ſalutem, certum eſt, quòd iudicium Eccleſiæ vniuerſalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impoſſibile

ſibile eſt. Vnde magis eſt ſtandum ſententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide, quàm quorumlibet ſapientum hominum in Scripturis opinioni, cùm Caïphas, quamuis nequam, tamen quia Pontifex, legatur etiam inſcius prophetaſſe. In aliis verò ſententiis, quæ ad particularia facta pertinent, vt cùm agitur de poſſeſſionibus, vel de criminibus, vel de huiuſmodi, poſſibile eſt iudicium Eccleſiæ errare propter falſos teſtes; canonizatio verò medium eſt inter hæc duo. quia tamen honor, qui Sanctis exhibetur, quædam profeſſio fidei eſt, quia Sanctorum gloriam credimus; piè credendum eſt, quòd nec etiam in his iudicium Eccleſiæ poſſit errare. hoc eſt, certò credere debemus Papam in canonizatione Sanctorum errare non poſſe, quia pietas fidei eſt quædam fidei proteſtatio, ſiue profeſſio, qua Sanctorum canonizatorum gloriam certò credimus, vt explicant infrà citandi, qui aſſerunt eſſe de fide, quòd Pontifex in canonizatione Sanctorum errare non poſſit. Si igitur ex ſententia ſancti Thomę piè credendum eſt, hoc eſt pietate fidei Summum Pontificem in canonizatione

Sancto

Sanctorum errare non posse, perperam asseritur S. Thomam tenere cum glos. *in d. cap. vnic. de reliq. & vener. Sanctor. in 6.* quæ ait Pontificem posse errare, vt *suprà* relatum est *in princ.*

10. Ioannes de Neapoli *in quodlib.* 11. ita distinguit; ea quæ facit Papa cum Cardinalibus, sunt duplicis generis; quædam pertinent ad particularia facta particularium hominum, vt sunt collationes beneficiorum, & promotiones ad gradus, & dignitates, & sententiæ iudicialiter latæ, in quibus Papa potest errare, secundùm S. Thom. *d. quodlib. 9. art. vlt. & cap. à nobis 2. de sent. excom.* vbi iudicium Ecclesiæ & fallit, & fallitur. Quædam alia sunt, quæ facit Papa pertinentia ad statum vniuersalem totius Ecclesiæ, vel quantum ad fidem, vt sunt determinationes, & declarationes, quæ spectant ad fidem, & eius articulos, & Ecclesiæ Sacramenta, & omnia alia contenta in sacra Scriptura; vel quantum ad bonos mores, vt sunt statuta, decreta, & decretales, & in talibus dicendum est, quòd licèt absolutè pensatis solis personis Papæ, & Cardinalium, Papa cum ipsis possit errare, supposita tamen diuina

prouidentia, & Spiritum sanctum loqui per Ecclesiam, credendum est Papam non posse errare, quia Christus orauit pro Ecclesia *Lucæ* 22. & dicere, quòd in huiusmodi erraret, esset hæreticum; ad hoc facit 24. *quæst.* 1. *cap. à recta*, & ad hoc secundum genus dicit D. Ioãnes pertinere Sanctorum canonizationem, quia per canonizationem proponũtur Sancti, vt exemplar fidei, & sanctæ vitæ ab omnibus adorandi, & in necessitatibus inuocandi. Caietanus *de indulgentiis, tract.* 15. *cap.* 8. *vers. ad id verò.* S. Antonin. *in summ. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 8. §. 2. Syluester *in sum. verb. canonizatio, num.* 2. Tabien. *eod. verb. num.* 4. Carbo *in summa summarum tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 16. & 17. Turrecremata latissimè *in summ. de Eccles.* 2. *lib. cap.* 110. & 111. & *in cap. hæc est fides* 24. *quæst.* 1. & *in defensorio reuelat. S. Brigid. cap. vltim.* Augustin. Triumphus de Ancona *de potestate Ecclesiæ, quæst.* 14. *art.* 3. Aragon. 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. *tit. de sum. Pontif. in* 2. *conclus.* Bagnes *ibid. dub.* 7. *concl.* 7. Thomas VValdensis *de Sacram. tit.* 14. *cap.* 122. & *seq. tom.* 3. Driedo *de dogmatic.* & *libris apocryphis* 3. *cap.* 1. *fol.* 207. Canus *de locis*

theolog.

theolog. cap. 5. col. 3. quæst. 5. §. præterea. Viguer. *instit. theolog. de virtut. fid. cap. 10. §. 3. vers. sed procedendo.* Panuinus *in relat. S. Bonauent. part. 2. art. 9.* Maluet. *de canonizat. Sanct. dub. 3. num. 47.* Couarr. *variar. resol. lib. 1. cap. 10. num. 13.* Seraphinus Ractius *de locis theolog. lib. 5. prælect. 8. vers. notandum nihilominus.* Ambrosius Catharinus *de certa Sanctor. gloria lib. 1. §. Nam quod S. Thomas.* Dominicus Amphossinus *de reliquiar. cultu §. 24. num. 5.* Ioan. Baptista Signius *de reliq. cap. 4.* Corduba *in quæst. theolog. lib. 5. part. 2. propos. 2. §. nec obstat, lib. 14. quæst. 12. §. ad secundum.* Card. Bellarminus *de beatitud. Sanctor. lib. 1. cap. 9.* Henricus Henriquez *in sum. lib. 5. cap. 16.* Azorius *instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 6. vers. quintò quæritur.* Valentia *2. 2. quæst. 1. art. 10.* Didacus Nugnez *in addit. ad 3. partem S. Thom. quæst. 20. art. 3. difficul. 4. conclus. 3.* Luisius Turrianus *in 2. 2. sancti Thomæ disput. 16. de potestate Pontific. in ordine ad fidei doctrinam, dub. 4. & disput. 17. dub. 5. & 6.* Franciscus Pitigianus *in summ. theolog. part. 1. distinct. 25. quæst. 2. art. 5. concl. 2.* Molfes. *in summ. moral. tom. 1. tract. 2. de præceptis Decalog. c. 6. num. 44. & conf. 45. num. 11.*

*num.*11. Nauclerus *de Monarchia diuina, eccles.& saecul.lib.4. part.2. cap.7.§. quamobrem.* Cardin. Tuscus *in repertor. verb. canonizatio num.* 5. Angelus Roccha *de canonizat. Sanctor. cap.*39. & 40. Ludouicus à Paramo *de origin. Inquisit. lib.4. quaest.5. num.*184.

Ad authoritatem Glossatoris respondetur communiter reprobari à supradictis Doctoribus, quorum aliqui asserunt esse temerariam eorum opinionem, qui dicerent Summum Pontificem errare posse in canonizatione Sanctorum. Aragon. Ractius, Turrianus, Rocha *locis citatis*; aliqui asserunt esse de fide. Nugnez. *tom.2.in* 3.*partem* S. Thom. *quaest.*20. *art.*3. Valentia *in* 2.2. *sancti Thomae q.*1. *punct.*7. Cardin. Tusc. *in repertorio verb. canonizatio num.*5. Card. Bellarminus *in responsione ad scripturam cuiusdam Anonymi de cultu, qui canonizatis, vel non canonizatis potest exhiberi*, & Molfes. *cons.*45. *num.*66. Dominicus Ansossius *de reliq. cultu.* §. 24. *num.* 5. S. Antonin. *part.*3. *summ. tit.*1. *cap.*8. §.2. *vers. quaedam alia sunt*, Franciscus Pitigianus *in* 3. *sentent. dist.*25 *quaest.*2. *art.*5. §. *Secundò probatur*, Michaël Nauclerus *de* 11.

Monarchia diuin. cælesti, & sæculari Christiana, part. 2. lib. 4. cap. 7. §. certè.

12. Ad c. *à nobis 2. de sent. excomm.* respondetur, procedere in iis, in quibus Papa procedit vt purus homo, & viator, ex Ioanne de Neapoli *vbi suprà.*

13. Ad tertium respondetur, quòd licèt Papa per certitudinem causæ scire non possit, illum, quem canonizat, habuisse charitatem, hoc tamen scit ex illius operibus, & factis, & euidentia miraculorum, & hoc sufficit in hoc iudicio, in quo tenetur iudicare secundùm præsentem iustitiam, vel secundùm S. Thom. *in d. quodlib. 9. art. vlt.* respondetur, quòd Summus Pontifex potest certificari de statu alicuius per instinctum Spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

14. Ad quartum respondetur, quòd Summus Pontifex in canonizatione Sanctorum non innititur solùm testimoniis hominum, sed diuinæ promissioni, qua Christus pro Petro rogauit, ne fides eius deficeret, vt *Lucæ cap. 2.* facit, quia Ioan. *cap.* 14. promisit, quòd Spiritus aduenìens docebit omnem veritatem, ex S. Thom. *d. quodlib. 9.*

Ad

Ad quintum respondetur, huiusmodi 15.
authoritatem non reperiri in operibus sancti Gregorij, quem citat Castellan. *de canon. quaest.* 9. neque in operibus sancti Augustini, quem alij referunt, & admisso, quòd reperiatur, respondetur intelligendam esse de impiis, qui honorantur superbissimis sepulchris, cuius tamen animae torquentur in gehenna: vel de corporibus Sanctorum non canonizatorum, vel de corporibus fraude aliqua suppositis pro corporibus Sanctorum, vel de Martyribus Donatistarum, qui honorabantur ab haereticis vt Martyres, cùm re vera animae torquerentur in inferno, & benè Couarr. *variar. d. lib.* 1. *cap.* 10. respondet nos venerari multa corpora in terris, quae existimamus eorum, qui ab Ecclesia fuerunt in Sanctos, & Diuos relati, cùm tamen verè eorum non sint, sed potiùs hominum damnatorum, qui in infernis cruciantur, forsan infidelium, &c. & tamen fallit nos non equidem Ecclesiae iudicium, sed rerum vicissitudo, ex qua Christiana respublica tot bellis Maurorum, &c. oppressa has illusiones patitur circa Sanctorum corporum veneratio-

 nem;

nem; censet sanè Ecclesia venerandum, & colendum vt Sanctum, D. Hieronymum, at non decreuit proprio iudicio corpus hoc, quod nos diui Hieronymi esse existimamus, verè corpus illius esse, & postea exemplificat de capite S. Ioannis Baptistæ; quod si decreuisset, standum esset iudicio Ecclesiæ.

CAPVT XI.

Quis possit canonizari.

SVMMARIVM.

1. *Omnes siue Martyres, siue Confessores possunt canonizari.*
2. *Sancti veteris Testamenti possunt canonizari, & n. 3. 4. & 11.*
Sed contrà n. 6. & seqq.
5. *Pontifices mandarunt venerationem exhiberi Sanctis veteris Testamenti.*
9. *Canonizatio requirit plenitudinẽ gratiæ.*
12. *Infidelis natus ex parentibus infidelibus conuersus ad fidem potest canonizari.*
13. *Fidelis natus ex fidelibus.*

14. *Homo, qui aliquando peccauit.*
15. *Sancti noui Testamenti.*
16. *An possit canonizari ille, cui non potest appropriari Officium Sanctorum.*
17. *An infantes baptizati, & statim mortui, sint canonizandi, & n.19.*
18. *Speciale est in sanctis Innocentibus, vt fuerint canonizati.*
B.Simonis Tridentini miracula, ibid.

OMnes siue Martyres, siue Confessores, de quorum sanctitate vitæ constat per miracula, reuelationes, vel alio legitimo modo, Sanctorum catalogo à Summo Pontifice possunt adscribi. 1.

Sancti veteris Testamenti canonizari possunt. nam publicè venerantur Sanctos septem Fratres Machabæos cum matre, de quibus *2.Machabæor.cap.7.* & eorum festum celebratur Calendis Augusti. Item etiam S. Hieremiam, S. Danielem Prophetam, quibus sunt ædificata Ecclesiæ, & monasteria, & festum S. Ioannis Baptistæ, & Sanctorum Innocentum, vt *in c.1. de consecr. dist.* 3. & sanctæ Annæ matris Beatissimæ Mariæ Virginis; & S. Iosephi eius viri; & Venetiis colitur Sanctus Iob, 2.

ſtant. *ſeſſ.* 8. vbi damnatur illius propoſitio, qui aſſerebat ſanctum Auguſtinum, S. Benedictum, & S. Bernardum, vtpote damnatos, non eſſe venerandos. Ex Concilio Florentino *in decreto vnionis Armenorum*, vbi præcipitur Armenis, vt B. Leonem ab Eccleſia canonizatum de cætero venerentur. Ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *&* *ſeſſ.* 25. *in decreto de inuocat. & venerat. & reliquiis Sanctorum*, vbi ſtatuitur Sanctos eſſe venerandos, & loquitur de Sanctis per Eccleſiam canonizatis.

9\. Sanctus Thom. *in quodlibet* 9. *artic. vlt.* vbi docet, quòd aliquid poteſt iudicari poſſibile ſecundùm ſe cõſideratum, quod relatum ad aliquod extrinſecum impoſſibile inuenitur, & concludit quòd iudicium eorum, qui præſunt Eccleſiæ, poteſt errare in quibuſlibet, ſi perſonæ eorum tantùm reſpiciantur; ſi verò conſideretur diuina prouidentia, quæ Eccleſiam ſuam Spiritu ſancto dirigit, vt non erret, ſicut promiſit *Ioan.* 14. quòd Spiritus aduenicns doceret omnem veritatem, de neceſſariis ſcilicet ad ſalutem, certum eſt, quòd iudicium Eccleſiæ vniuerſalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impoſ-
ſibile

sibile est. Vnde magis est standum sententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide, quàm quorumlibet sapientum hominum in Scripturis opinioni, cùm Caïphas, quamuis nequam, tamen quia Pontifex, legatur etiam inscius prophetasse. In aliis verò sententiis, quæ ad particularia facta pertinent, vt cùm agitur de possessionibus, vel de criminibus, vel de huiusmodi, possibile est iudicium Ecclesiæ errare propter falsos testes; canonizatio verò medium est inter hæc duo. quia tamen honor, qui Sanctis exhibetur, quædam professio fidei est, quia Sanctorum gloriam credimus; piè credendum est, quòd nec etiam in his iudicium Ecclesiæ possit errare. hoc est, certò credere debemus Papam in canonizatione Sanctorum errare non posse, quia pietas fidei est quædam fidei protestatio, siue professio, qua Sanctorum canonizatorum gloriam certò credimus, vt explicant infrà citandi, qui asserunt esse de fide, quòd Pontifex in canonizatione Sanctorum errare non possit. Si igitur ex sententia sancti Thomę piè credendum est, hoc est pietate fidei Summum Pontificem in canonizatione

Sancto

Sanctorum errare non posse, perperam asseritur S. Thomam tenere cum gloss. *in d. cap. vnic. de reliq. & vener. Sanctor. in 6.* quæ ait Pontificem posse errare, vt *suprà* relatum est *in princ.*

10. Ioannes de Neapoli *in quodlib.* 11. ita distinguit; ea quæ facit Papa cum Cardinalibus, sunt duplicis generis; quædam pertinent ad particularia facta particularium hominum, vt sunt collationes beneficiorum, & promotiones ad gradus, & dignitates, & sententiæ iudicialiter latæ, in quibus Papa potest errare, secundùm S. Thom. *d. quodlib. 9. art. vlt. & cap. à nobis 2. de sent. excom.* vbi iudicium Ecclesiæ & fallit, & fallitur. Quædam alia sunt, quæ facit Papa pertinentia ad statum vniuersalem totius Ecclesiæ, vel quantum ad fidem, vt sunt determinationes, & declarationes, quæ spectant ad fidem, & eius articulos, & Ecclesiæ Sacramenta, & omnia alia contenta in sacra Scriptura; vel quantum ad bonos mores, vt sunt statuta, decreta, & decretales, & in talibus dicendum est, quòd licèt absolutè pensatis solis personis Papæ, & Cardinalium, Papa cum ipsis possit errare, supposita tamen diuina

proui

prouidentia, & Spiritum sanctum loqui per Ecclesiam, credendum est Papam non posse errare, quia Christus orauit pro Ecclesia *Lucæ* 22. & dicere, quòd in huiusmodi erraret, esset hæreticum; ad hoc facit 24. *quæst.* 1. *cap. à recta*, & ad hoc secundum genus dicit D. Ioãnes pertinere Sanctorum canonizationem, quia per canonizationem proponũtur Sancti, vt exemplar fidei, & sanctæ vitæ ab omnibus adorandi, & in necessitatibus inuocandi. Caietanus *de indulgentiis, tract.* 15. *cap.* 8. *vers. ad id verò.* S. Antonin. *in summ. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 8. §. 2. Syluester *in sum. verb. canonizatio, num.* 2. Tabien. *eod. verb. num.* 4. Carbo *in summa summarum tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 16. & 17. Turrecremata latissimè *in summ. de Eccles.* 2. *lib. cap.* 110. & 111. & *in cap. hæc est fides* 24. *quæst.* 1. & *in defensorio reuelat. S. Brigid. cap. vltim.* Augustin. Triumphus de Ancona *de potestate Ecclesiæ, quæst.* 14. *art.* 3. Aragon. 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. *tit. de sum. Pontif. in* 2. *conclus.* Bagnes *ibid. dub.* 7. *concl.* 7. Thomas VValdensis *de Sacram. tit.* 14. *cap.* 122. & *seq. tom.* 3. Driedo *de dogmatic. & libris apocryphis* 3. *cap.* 1. *fol.* 207. Canus *de locis*

theolog. cap. 5. col. 3. quæst. 5. §. præterea. Viguer. *instit. theolog. de virtut. fid. cap. 10. §. 3. vers. sed procedendo.* Panuinus *in relat. S. Bonauent. part. 2. art. 9.* Maluet. *de canonizat. Sanct. dub. 3. num. 47.* Couarr. *variar. resol. lib. 1. cap. 10. num. 13.* Seraphinus Ractius *de locis theolog. lib. 5. prælect. 8. vers. notandum nihilominus.* Ambrosius Catharinus *de certa Sanctor. gloria, lib. 1. §. Nam quod S. Thomas.* Dominicus Amphossinus *de reliquiar. cultu §. 24. num. 5.* Ioan. Baptista Signius *de reliq. cap. 4.* Corduba *in quæst. theolog. lib. 5. part. 2. propos. 2. §. nec obstat, lib. 14. quæst. 12. §. ad secundum.* Card. Bellarminus *de beatitud. Sanctor. lib. 1. cap. 9.* Henricus Henriquez *in sum. lib. 5. cap. 16.* Azorius *instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 6. vers. quinto quæritur.* Valentia 2. 2. *quæst. 1. art. 10.* Didacus Nugnez *in addit. ad 3. partem S. Thom. quæst. 20. art. 3. difficul. 4. conclus. 3.* Luisius Turrianus *in 2. 2. sancti Thomæ disput. 16. de potestate Pontific. in ordine ad fidei doctrinam, dub. 4. & disput. 17. dub. 5. & 6.* Franciscus Pitigianus *in summ. theolog. part. 1. distinct. 25. quæst. 2. art. 5. concl. 2.* Molfes. *in summ. moral. tom. 1. tract. 2. de præceptis Decalog. c. 6. num. 44. & conf. 45. num. 11.*

num. 11. Nauclerus *de Monarchia diuinâ, eccles. & sæcul. lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 7. §. *quamobrem.* Cardin. Tuscus *in repertor. verb. canonizatio num.* 5. Angelus Roccha *de canonizat. Sanctor. cap.* 39. & 40. Ludouicus à Paramo *de origin. Inquisit. lib.* 4. *quæst.* 5. *num.* 184.

Ad authoritatem Glossatoris respondetur communiter reprobari à supradictis Doctoribus, quorum aliqui asserunt esse temerariam eorum opinionem, qui dicerent Summum Pontificem errare posse in canonizatione Sanctorum. Aragon, Ractius, Turrianus, Rocha *locis citatis*; aliqui asserunt esse de fide. Nugnez *tom.* 2. *in* 3. *partem* S. Thom. *quæst.* 20. *art.* 3. Valentia *in* 2. 2. *sancti Thomæ q.* 1. *punct.* 7. Cardin. Tusc. *in repertorio verb. canonizatio num.* 5. Card. Bellarminus *in responsione ad scripturam cuiusdam Anonymi de cultu, qui canonizatis, vel non canonizatis potest exhiberi*, & Molfes. *cons.* 43. *num.* 66. Dominicus Ansossius *de reliq. cultu.* §. 24. *num.* 5. S. Antonin. *part.* 3. *summ. tit.* 1. *cap.* 8. §. 2. *vers. quædam alia sunt*; Franciscus Pitigianus *in* 3. *sentent. dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 5. §. *Secundò probatur*, Michaël Nauclerus *de* 11.

Monarchia diuin. cælesti, & sæculari Christiana, part. 2. lib. 4. cap. 7. §. certè.

12. Ad c. *à nobis 2. de sent. excomm.* respondetur, procedere in iis, in quibus Papa procedit vt purus homo, & viator, ex Ioanne de Neapoli *vbi suprà.*

13. Ad tertium respondetur, quòd licèt Papa per certitudinem causæ scire non possit illum, quem canonizat, habuisse charitatem, hoc tamen scit ex illius operibus, & factis, & euidentia miraculorum, & hoc sufficit in hoc iudicio, in quo tenetur iudicare secundùm præsentem iustitiam, vel secundùm S. Thom. *in d. quodlib. 9. art. vlt.* respondetur, quòd Summus Pontifex potest certificari de statu alicuius per instinctum Spiritus sancti, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

14. Ad quartum respondetur, quòd Summus Pontifex in canonizatione Sanctorum non innititur solùm testimoniis hominum, sed diuinæ promissioni, qua Christus pro Petro rogauit, ne fides eius deficeret, vt *Lucæ cap. 2.* facit, quia Ioan. *cap.* 14. promisit, quòd Spiritus adueniens docebit omnem veritatem, ex S. Thom. *d. quodlib. 9.*

Ad

Ad quintum respondetur, huiusmodi 15.
authoritatem non reperiri in operibus sancti Gregorij, quem citat Castellan. *de canon. quæst.* 9. neque in operibus sancti Augustini, quem alij referunt, & admisso, quòd reperiatur, respondetur intelligendam esse de impiis, qui honorantur superbissimis sepulchris, cuius tamen animæ torquentur in gehenna: vel de corporibus Sanctorum non canonizatorum, vel de corporibus fraude aliqua suppositis pro corporibus Sanctorum, vel de Martyribus Donatistarum, qui honorabantur ab hæreticis vt Martyres, cùm re vera animæ torquerentur in inferno, & benè Couarr. *variar. d. lib.* 1. *cap.* 10. respondet, nos venerari multa corpora in terris, quæ existimamus eorum, qui ab Ecclesia fuerunt in Sanctos, & Diuos relati, cùm tamen verè eorum non sint, sed potiùs hominum damnatorum, qui in infernis cruciantur, forsan infidelium, &c. & tamen fallit nos non equidem Ecclesiæ iudicium, sed rerum vicissitudo, ex qua Christiana respublica tot bellis Maurorum, &c. oppressa has illusiones patitur circa Sanctorum corporum venerationem;

nem; censet sanè Ecclesia venerandum, & colendum vt Sanctum, D. Hieronymum, at non decreuit proprio iudicio corpus hoc, quod nos diui Hieronymi esse existimamus, verè corpus illius esse, & postea exemplificat de capite S. Ioannis Baptistæ; quod si decreuisset, standum esset iudicio Ecclesiæ.

CAPVT XI.

Quis possit canonizari.

SVMMARIVM.

1. *Omnes siue Martyres, siue Confessores possunt canonizari.*
2. *Sancti veteris Testamenti possunt canonizari, & n. 3. 4. & 11.*
   Sed contrà n. 6. & seqq.
5. *Pontifices mandarunt venerationem exhiberi Sanctis veteris Testamenti.*
9. *Canonizatio requirit plenitudinē gratiæ.*
12. *Infidelis natus ex parentibus infidelibus conuersus ad fidem potest canonizari.*
13. *Fidelis natus ex fidelibus.*

14. *Homo,*

14. *Homo, qui aliquando peccauit.*
15. *Sancti noui Testamenti.*
16. *An posit canonizari ille, cui non potest appropriari Officium Sanctorum.*
17. *An infantes baptizati, & statim mortui, sint canonizandi, & n.19.*
18. *Speciale est in sanctis Innocentibus, vt fuerint canonizati.*

B. Simonis Tridentini miracula, ibid.

OMnes siue Martyres, siue Confessores, de quorum sanctitate vitæ constat per miracula, reuelationes, vel alio legitimo modo, Sanctorum catalogo à Summo Pontifice possunt adscribi. 1

Sancti veteris Testamenti canonizari possunt. nam publicè venerantur Sanctos septem Fratres Machabæos cum matre, de quibus 2. *Machabæor. cap.* 7. & eorum festum celebratur Calendis Augusti. Item etiam S. Hieremiam, S. Danielem Prophetam, quibus sunt ædificata Ecclesiæ, & monasteria, & festum S. Ioannis Baptistæ, & Sanctorum Innocentum, vt *in c.1. de consecr. dist.* 3. & sanctæ Annæ matris Beatissimæ Mariæ Virginis; & S. Iosephi eius viri; & Venetiis colitur Sanctus Iob, 2

Hieremias,Simeon,Prophetæ,& Moyses, & Zacharias Propheta pater sancti Ioannis Baptistæ, & probatur ex inuocatione dd.Sanctorum, quæ fit in commendatione animæ morientium, & ex Cantico Ambrosij, ibi, *Te Prophetarum laudabilis numerus*,& patet ex Officio omnium Sanctorum, & letaniis, ibi, *Omnes sancti Patriarchæ,& Prophetæ*; quos igitur Ecclesia publicè veneratur,vel populo præponuntur imitandi, potest etiam Ecclesia canonizare, ex Panuino *in relatione sancti Bonauenturæ,in præmissis in fine*,quem refert etiam Castellanus *quæst.* 4. §. *quæro, an Sancti*.

3. Secundò probatur ex illo Ecclesi.c.44. *Laudemus viros gloriosos*,vbi Ecclesiasticus plures Sanctos veteris Testamenti canonizauit, vt dixi de antiquitate canonizationis, & ponderat Innoc.*in cap.1.in princip.de reliq.& vener. Sanctor.* quem cæteri communiter sequuntur.

4. Tertiò,quia si in Sanctis veteris Testamenti concurrat sanctitas vitæ, vnà cum miraculis, ratio suadet vt ipsi sicut Sancti noui Testamenti sint canonizandi. *cap. translato,de constit.*

Quar

Quartò, quia licèt Summi Pontifices 5.
non canonizauerint aliquem ex Sanctis veteris Testamenti, nihilominus mandarunt cultum exhiberi in Ecclesia vniuersali, qui Sanctis canonizatis exhiberi consueuit, vt de sancta Anna, cuius diem festum indixit Gregorius XIII. *in const.* 87. de sancto Iosepho, vt *in Bulla Gregorij XV.* de visitatione B. Mariæ Virginis, cuius festum Bonifacius IX. instituit.

Sed contrarium alij censuerunt, Au- 6.
gustinus Triumphus *de potest. Eccles. q.* 17. *cap.* 2. Ioann. Viguer. *instit theolog. cap.* 10. *de virtute fidei* §. 3. *num.* 14. *in fine.*

Primò, quia qui à Deo tanquam Supe- 7.
riore, est canonizatus, & approbatus, non eget ab hominibus approbari, seu canonizari: sed plures, qui ante Incarnationem Christi vixerunt, fuerunt in pluribus Scripturæ locis à Christo approbati. igitur.

Secundò, quia causa semper præcedit 8.
effectum suum, & non sequitur; sed causa, & fundamentum omnium Sanctorum est Christus; nullus ergo debet canonizari, qui fuerit ante Christi natiuitatem.

9. Tertiò, quia canonizatio Sanctorum requirit plenitudinem gratiæ; Sancti autem Patres veteris Testamenti non fuerunt in tempore plenitudinis gratiæ. igitur.

10. Quartò, quia claritas diuinæ visionis eis fuit clausa, nondum soluto pretio humanæ naturæ per mortem Christi, hoc est, nondum erat propalata Sanctorum via. Alias etiam rationes adducit Viguerius *vbi suprà*, & Turrecrem *in cap.1.num.15. de consecr.distinct.3.* ad declarandum, quare Occidentalis Ecclesia celebret dies festos aliquorum veteris Testamenti Sanctorum, ad quos legentes remitto.

11. Prima opinio mihi verior videtur, quia nulla affertur ratio, quæ concludat Summum Pontificem non debere, vel non posse aliquem ex Sanctis veteris Testamenti in Sanctorum catalogum solemni etiam ritu referre, & illum vniuersali Ecclesiæ proponere venerandum; licèt enim nullus reperiatur ex veteris Testamenti Sanctis canonizatus, & fundamentum omnium Sanctorum sit Christus; ipse tamen Christus veteres illos beatissimos Patres Sanctos appellauit, & nobis proposuit

posuit imitandos, vt *Tobiæ vltimo*, ibi, *sicut, & sancti Iob,* & alibi; igitur & Summus Pontifex Christum imitatus potest eosdem appellare Sanctos, & publico ritu Sanctos declarare, & populo proponere venerandos, & comprobatur ex eo, quòd Summi Pontifices consueuerunt indicere dies festos in honorem aliquorum ex Sanctis veteris Testamenti, quorum tamen festiuitates, propter supradictas rationes, non deberi celebrari, dixerunt idem August. & Turrecremata, vt *suprà* dictum est.

Item infidelis natus ex parentibus infidelibus, conuersus ad fidem potest canonizari, per *cap. eam te, de rescr.* vbi not. *& 61. distinct. cap. Neophitus, & 48. distinct. cap. quoniam, & ibid. not.* postquam scilicet aliquandiu à lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstinuerunt, *cap. Neophiti, de consecr. distinct.* 5. Panuin. *in relat. S. Bonauent. part.* 1. *art.* 8. *in fin.* Et multo magis† fidelis natus ex parentibus infidelibus, vnde S. Hieronym. ait *in vita sancti Hilarionis Abbatis,* quòd cùm haberet parentes idolis deditos, rosa, vt dicitur, de spinis floruit, Castellan. *de canoni-* 12. 13.

 zat.

zat. quæst. 4. versic. quæro quid si constet.

14. Item homo, qui aliquando peccauit, si pœnitentiam egerit, quia non est necesse, quòd canonizandus non peccauerit. *cap. & venit* 45. *de pœnit. distinct.* 1. Collectar. *in cap.* 1. *num.* 2. *de reliq. & vener. Sanctor.* Panuin. *in d. relat. part.* 1. *art.* 9. & facit illud Ioan. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, veritas in nobis non est*; & Prou. 24. *Septies enim cadet iustus, & resurget, impius autem corruet in malum.*

15. Item Sancti noui Testamenti, siue sint Martyres, siue Confessores, possunt canonizari, & ita facere consueuit Romana Ecclesia, vt *in lib.* 1. *sacrar. cæremon. sect.* 6.

16. Ille tamen, cui non potest appropriari Officium commune Sanctorum aliquorum, canonizari non debet, sicut & cui non potest competere definitio, non debet posse competere & definitum. *l. mortis causa capitur. ff. de donat. caus. mort.* vt loquitur Panuin. *in relat. S. Bonauent. in princ.* Sed hoc dictum videtur sine fundamento, tum quia nullibi cauetur, quòd in honorem canonizati necessariò recitari debeat Officium, licèt consueuerit recitari,

tari, tum quia si Officium commune appropriari non potest, poterit Officium particulare de nouo componi, prout fieri consueuit.

Infantes baptizati,& in continenti mortui,canonizandi non sunt, quia in eis non fecit multam gloriam Dominus,licèt Ecclesia teneat eos esse in vita æterna, *cap. fin. de pœnit. distinct. 7. & cap. illud, de consecrat. distinct. 4.* Innoc. *in cap. 1. num. 3. de reliq. & vener. Sanct.* Hostien. *num. 6. vers. fides enim, & num.* 10. Ioan. Andr. *num.* 4. Butr. *in fin.* Castell. *de canon. Sanct. quæst. 4. in princ.* Maluet. *eod. tract. dub. 3. num. 63.* Signius *de reliq. Sanct. cap. 6.* † Speciale tamen est in Innocentibus, vt fuerint canonizati,qui vice Christi mortui sunt, secundùm Hostien. *vbi suprà, num.* 10. & Ioan. Andreæ, Butr. & alios; sicut etiam speciale esset,inquit, *vbi suprà*, Maluetius in B. Simone Tridentino si canonizaretur, qui adhuc puerulus à Iudæis in opprobrium Christi, & Christianæ Religionis à Iudæis crudeliter interfectus est, in quo mirabilia Christus in dies ostendit; nam eius capilli incisi, qui adhuc miraculosè supersunt per spatium vnius diei in

17.

18.

longi

longitudinem crescunt, qua erant antequam inciderentur, nec non eius carnes oleum emittunt clarissimum, quod ipse vidi.
19. † Sed ipse crediderim, infantes, & pueros, post quorum felicem obitum Deus operatur miracula, posse canonizari, quia tunc in eis magnam gloriam fecit Dominus,& concurrit sanctitas vitæ,quæ per miracula ad eius inuocationem facta clariùs demonstratur, ad *cap. cessante, de regul. iur. in 6.* & hæc duo sufficiunt ad canonizationem, vt latiùs infrà dicetur.

CAPVT XII.

Ad quem Ordinem Sancti consueuerint canonizari.

SVMMARIVM.

1. *Martyr ad Ordinem Martyris, Confessor ad Ordinem Confessoris,Virgo,Apostolus, Doctor ad eorum Ordinem canonizari debent.*
2. *In ferendis dignitatibus habenda est ratio personæ.*
3. *Non Apostolus non potest canonizari ad Ordinem*

Ordinem Apostolorum; vide & n.6.
4. *Ecclesia militans est exemplata à triumphante,*
5. *In Ecclesia triumphante habetur ratio meritorum, & dignitatis.*
6. *Barnabas socius Apostolorum.*

INnoc. Hostien. & alij *in cap.* 1. *de reliq. & venerat. Sanct.* concorditer docent, quòd si canonizandus est Martyr, consueuit canonizari ad Ordinem Martyrum, si Confessor, ad Ordinem Confessorum Pontificum, vel non Pontificum: si Virgo, ad Ordinem Virginum, si non Virgo, àd Ordinem non Virginum, si Apostolus, ad Ordinem Apostolorum, si Doctor, ad Ordinem Doctorum; quia vnusquisque canonizari debet ad Ordinem, & dignitatem sibi competentem. Et ratio est, quia † in conferendis dignitatibus debet haberi ratio gradus, & dignitatis personæ, *cap. de multa, in fin. de præbend. cap. statuimus,* vbi gloss. *de maiorit. & obed. cap. ius militare,* 1. *distinct. in fin.* Quamobrem † non Apostolus non debet canonizari ad dignitatem, & Ordinem Apostolorum. Primò, quia ipsi fuerunt

1.
2.
3.

in doctrina à Christo illustrati. Secundò, quia ab eodem fuerunt vocati, & Apostoli appellati. Tertiò fuerunt per ipsum super totum Orbem iudices, & Principes appellati. Quartò, quia Christus duodecim solùm elegit, quos & Apostolos nominauit, licèt quoad sanctitatis meritum possit canonizari. S. August. *lib. 2. de Baptismo contra Donatistas*, relatus *in cap. puto, 2. quæst. 7.* vbi quòd B. Cyprianus quantum attinet ad Martyrij gloriam Sancto Petro Apostolo comparatur, qui tamen fuit canonizatus ad Ordinem Martyrum, & non ad Ordinem Apostolorum. Augustin. de Ancona *de potest. Eccles. quæst. 16. art. 4.* quem refert Panuinius *in relat. sancti Bonauenturæ in princ.* & sequitur. Castellan. *quæst. 1. §. posita.* Mouentur ex eo, quòd
4. † Ecclesia militans fuit exemplata diuinitus à triumphante, vt est glos. *in Clem. ad nostram, de hæret. verb. Ecclesiæ*, Ioan. in Apocalyps. cap. 21. *Vidi Hierusalem sanctam, nouam, descendentem de cœlo*, & *Exod.* 25. Moysi dictum est, quòd omnia faceret secundùm exemplar sibi monstratum
5. in Monte. Sed † in Ecclesia triumphante habetur ratio dignitatis, & meritorum, vt
in

in cap. gloriosus, de reliq. & vener. Sanct. in 6. ibi, *illos tamen vt dignis digna rependat, potioribus attollit insignius dignitatum, & præmiorum vberiori retributione prosequitur, quos digniores agnoscit, & commendat ingentior excellentia meritorum,* ergo idem fieri debet in Ecclesia militante.

Non obstat, quòd Barnabas, qui non fuit Apostolus, fuerit per Ecclesiam ad Ordinem Apostolorum canonizatus, & Officium Apostoli pro ipso recitetur; quia, secundùm Augustinum de Ancona *d. art. 4. in responsione ad primum*, Barnabas fuit socius Apostolorum Pauli prædicatione, & vocatione: prædicatione quidem; vt ad Galatas 2. *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ societatis.* Vocatione; quia datus est Paulo in socium Apostolatus à Deo, vt scribitur *Actorum* 13. ibi, *Segregate mihi Barnabam, & Paulum in opus, ad quod assumpsi eos:* propter hanc ergo societatem diuino glutino copulatam impendit illi Ecclesiæ honorem, quem aliis Apostolis tribuit. 6.

CAPVT

CAPVT XIII.

De Baptismo.

SVMMARIVM.

1. *Canonizandus debet esse baptizatus.*
2. *Baptismus viuentis debet probari.*
3. *Si dubitatur de Baptismo paruuli, debet baptizari.*
4. *Defunctus præsumitur baptizatus, & num.7.*
5. *Baptismus præsumptionibus probatur, & ibi vide præsumptiones.*
6. *Natus ex parentibus Christianis, & inter Christianos versatus, præsumitur baptizatus.*
8. *Baptismus probatur ex vnius testimonio in homine Christiano, non autem in pagano.*
9. *Non est necessarius Baptismus fluminis ad canonizationem.*
10. *In Martyre sufficit Baptismus sanguinis.*
11. *Martyr non baptizatus si resurgeret est baptizandus.*

IN superioribus determinatum est, quis possit canonizare, & quis canonizari; videndum superest de iis, quæ requiruntur ad hoc, vt aliquis possit canonizari. Et primò agetur de Baptismo. Secundò de sanctitate vitæ, seu principalibus virtutibus. Tertiò de miraculis. Requiritur igitur, vt † is, qui petitur canonizari, sit 1.
baptizatus, quia nemo sine Baptismo saluari potest. *cap. firmissimè, de consecr. dist.* 4. & nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in Regnum cœlorum, *cap. maiores, de Baptism.* & quia super hoc nulla cadit dubitatio, de Baptismi probatione videndum est.

Et quidem † si ageretur de Baptismo 2.
viuentis, ille deberet clarè probari, quia in viuente Baptismus non præsumitur. *cap. paruulos* 110. & *ibi* gloss. *verb. ratio, de consecr. distinct.* 4. & gloss. *in cap. si eos* 148. *verb. contendimus, de consecr. ead. distinct.* 4. Turrecrem. *in d. cap. paruulos, cap. si eos, in princ. & cap. presbyteri, vers. Respondeo dicendum*, Lucas de Penna *in l. vnica, num.* 3. *vers.* 23. *C. de quæstion. lib.* 12. Affl. *in constit. Regni lib.* 1. *rubr.* 27. *num.* 68. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 4. *num.* 1. Menoch. *eod.*

3. *tract.præsum.* 14. *num.* 8. *lib.* 6. Ideóque † si dubitetur de Baptismo paruuli, potest, & debet baptizari, *d.cap.paruulos*, *cap.placuit*, *& cap.cùm itaque*, *de consecr. dist.* 4. Tamen
4. † quia agitur de Baptismo hominis iam defuncti, non est necessaria probatio Baptismi, quia defunctus præsumitur baptizatus, Gloss. *in cap.si eos*, *de consecr. dist.* 4. *& in cap. presbyteri* 11. *verb. & consecretur*, *dist.* 68. vbi quærit causam quare credatur dicenti se baptizatum, non autem dicenti se ordinatum, & *ibid.* Archid. *num.* 1. gloss. *in cap. Apostolica* 2. *de presbyter. non baptizatis*, Turrecrem. *in d.c.si eos*, *in princ.* Affl. *in constit. Neapol. incip. si damna clandestina*, *rubr.* 27. *num.* 8. *lib.* 1. Panuin. *in re-*
5. *lat.S.Bonauent.part.* 1. *art.* 8. vbi, quòd † si non potest apertè probari, sufficit præsumptiua probatio, præsertim in Religioso, & promoto ad Episcopatum, ac etiam ad Cardinalatum. Castell. *de canoniz. q.* 4. §. *quæro iuxta præmissa*, & innuit Rota *in relat.B.Thomæ de Villanoua*, *in tit.de fide*, *& in relatione S.Isidori*, *in tit.de natiuit.* Aretin. *consil.* 128. *in princ.* vbi quòd in loco, in quo pueri consueuerunt baptizari intra tres dies, præsumitur quis baptizatus

intra

intra tres dies, licèt aliqui baptizati fuerint post decem dies, per *l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert. petat.*

Et huiusmodi præsumptio corroboratur ex eo, quòd quis natus sit ex parentibus Christianis, & inter Christianos fideliter versatus, & vitam egerit secundùm Christianorum consuetudinem, & vitam, iuxta text. *in cap. veniens, in fin. de presbyt. non baptiz.* Hostiens. *in summ. eod. tit. § fin.* Iacobus Simonetta *in relat. sancti Francisci de Paula vers. Præterea fol.* 37. vbi quòd huiusmodi præsumptio est probatio; & Rota *in d. relatione sancti Isidori, & B. Thomæ*; & ratio est, quia à communiter accidentibus, etiam ea, quæ facti sunt, præsumuntur. Bald. *in l. incendium, in fin. ff. si cert. pet.* Iason *in l. sciendum, num. 2. ff. de verbor. oblig.* 6.

Neque obstat conclusio, quòd qualitates extrinsecæ, prout est Baptismus, non præsumuntur, quia huiusmodi generalis conclusio non procedit in Baptismo, qui de iure præsumitur, vt *in d. cap. veniens, & d. cap. si eos*; & ratio est secundùm gloss. *in d. cap. presbyteri 68. dist.* vt suffragia Ecclesiæ prosint homini iam mortuo, iuxta *cap.* 7.

animæ, *& cap. non æstimemus* 13. *quæst*. 2.

8. Probatur autem Baptismus ex vnius testimonio, gloss. *in cap. placuit* 111. *verb. testentur, de consecr. dist* 4. *& cap. presbyteri, vers. & consecrentur, vers. Item quare non creditur, distinct*. 68. vbi quærit causam, quare credatur dicenti se baptizatum, non autem dicenti se ordinatum. *cap. itaque* 112. & *ibi* gloss. *verb. qui testimonio, de consecr. dist*. 4. vbi quòd hoc intelligitur de Christiano, non autem de homine Iudęo, vel pagano, Turrecrem. *in cap. paruulos, num*. 1. *de consecr. dist*. 4. Mascard. *de probat. concl*. 63. *num*. 1. qui aliòs refert, Simonett. *in relat. S. Francisci de Paula, in vers. Sed admisso, fol*. 43.

9. Non tamen est necessarius Baptismus fluminis, sed sufficit Baptismus flaminis in canonizando, quia si constat de sanctitate, & quòd in fide, & Christi nominis confessione perseuerauerit, Baptismo flaminis intelligitur baptizatus, & à vinculo peccati originalis liberatus, etiam si antea non fuisset baptizatus Baptismo fluminis, ad text. *in cap*. 2. *de presb. non baptiz*.

10. Sicuti in Martyre sufficit Baptismus sanguinis, sanctus Thom. 2. 2. *quæst*. 124.

art.2.ad 1. Triumph. *de potest. Eccles.q.16. art.3. in resp. ad* 3. Licèt † si Martyr non 11.
baptizatus resurgeret, esset baptizandus. Syluest. *in summ. verb. Martyrium, vers. nam Martyr,* vbi etiam, quòd non baptizatus si nolens Christum negare interficiatur, tanquam Martyr venerandus est, Panuinus *in relat. S. Bonauent. part.2. art.2. in fin.* vbi quòd Martyr etiam sine Baptismo, scilicet fluminis, potest canonizari, & refert S. August. *in Epistol.* 108. *ad Seleucianum tom.* 2. Castellan. *de canon. Sanctor. quæst.* 5. *in princ. per cap. Baptismi vicem, & cap. catechumenum, de consecr. distinct.* 4. vbi quòd per sanguinis effusionem censetur sublata omnis macula, adeò quòd si antea non erat baptizatus, sanguinis Baptismo intelligitur baptizatus, & addit, quòd tales, qui in fine baptizantur, Purgatorium non sentiunt. *cap. fin. de pœnitent. distinct.* 7.

13 CAPVT

CAPVT XIV.

De Sanctitate.

SVMMARIVM.

1. *Dictio* Sanctum, *quid importet.*
2. *Canonizatio fundatur in sanctitate vitæ.*
3. *Sanctitas quid sit.*
4. *Sanctus quis dicatur.*
5. *Sanctitas quomodo probetur.*
6. *Testes de publica voce, & fama super sanctitate deponentes, in facto recenti plenè non probant.*
7. *In antiquis, & antiquissimis sanctitas probatur per testes de publica voce, & fama.*
8. *Præsertim concurrentibus adminiculis.*
9. *Tempus 60. annorum dicitur antiquum in teste.*
10. *Per scripturas, & chronicas probatur sanctitas.*
11. *Præsertim concurrente fama.*
12. *Et obseruantia.*
13. *An in causa canonizationis adhibenda sit fides chronicis.*

14. *Chro*

14. *Chronicis multum defertur, & creditur arbitrio iudicis, & n. 15.*
16. *Miracula sunt signa sanctitatis.*
17. *Incorruptio corporis.*
18. *Putredo vnde proueniat.*
19. *Odor suauis è corpore defuncti emanans est signum sanctitatis.*
20. *Item liquor odoriferus.*
21. *Conuersatio cum Angelis.*
22. *Splendor, seu fulgor in corpore fulgens.*
23. *Splendor, seu claritas animæ gloriosæ an posit videri, & num. 24.*
25. *Harmonia cælestis audita in loco, vbi est defuncti corpus.*
26. *Raptus, seu ecstasis.*
27. *Eleuatio è terra.*
28. *Donum prophetiæ.*
Reuelationes diuinæ sunt signa sanctitatis, ibid.
29. *Et quid sit reuelatio diuina.*
30. *Reuelationes diuinæ discernuntur à falsis per septem signa.*
31. *Signum sanctitatis est, quòd res animatæ, seu inanimatæ obediant, vt aues, lapides, & similia.*
32. *Vel quòd consolidentur aquæ.*
33. *Martyrium probat sanctitatem.*

34. Et quid sit martyrium.

35. Ebullitio sanguinis, & fluxus eiusdẽ è corpore defuncto, flexibilitas corporis, augmentatio capillorum, vel vnguiũ, sunt signa sanctitatis, & num. 36. & 37.

38. Locutio vnius linguæ, & quòd audientes intelligant, ac si propria cuiusque lingua loqueretur.

39. Quod fit supra vires totius naturæ creatæ, adscribendum est miraculo.

40. Publicus cultus est argumentũ sanctitatis.

41. Votiuæ tabellæ.

42. Doctrina excellentissima.

1. Sanctum idem esse, quod sacrum, & religiosum, Trebatius Iurisconsultus definiuit, cui & sacra eloquia abundè consonant; nam quod est in Esdra, *Vos sancti estis Deo, & vasa sancta,* &c. & in libris Regum: *Non habeo panes laicos ad manum, sed panem tantùm sanctum*; & in Psalmis: *Extollite manus vestras in sancta*, ad sacrum, & religiosum refertur, & ad hunc intellectum Poëta locutus est:

Tuque ô sanctissima vates.

Sacram n. Sibyllam vocat; in quo sensu nulli dubium est, quòd Romanus Pontifex,

ſex, & ipſi reliqui ſanctificare vel homines, vel res alias poſſint, qui Sacerdotes idcircò dicuntur, quia ſacra dant, réſque ſanctificant, vt eſt illud Exodi, *Facies veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem.* Secundo modo ſanctum dicimus; quod neque corrumpi, neque violari debet, quemadmodum ſanctas leges, & ſanctos appellamus Legatos, ſanctum populis per ſecula nomen; leges autem edere, & Legatos conſtituere non ſolùm Pontifices, ſed Reges, & populi cõſueuerunt. Tertiò modo, & preſſiùs, & honorificentiùs hoc nomẽ accipiẽdo id dicemus Sanctum, quod mundum, purúmque ſit, quod beatum, quod immutabile, & alio modo ad diuinitatem videtur accedere, ſicuti in Leuitico legimus, *eſtote Sancti, quia ego Sanctus ſum*, & in Sapientia, *Sanctis tuis maxima erit lux*, & in Prouerbiis, *noui ſcientiam Sanctorum*, & illud, *non dabis Sanctum tuum videre corruptionem*, & apud Maronem,

—— Túque ô ſanctiſsima coniux,
Felix morte tua; & iterum,
Sãcta ad vos anima, atq; iſtius neſcia culpæ,
Deſcendam.

Et Ennius, teste Cicerone, iure suo Sanctos appellat Poëtas tãquam diuino quodam Spiritu grandia canant. In hisce sensibus fatemur, inquit Pius II. loquens de sancta Catherina Senensi, cùm de eius canonizatione ageret, neque nostrum esse, neque mortalis cuiuspiam sanctificare quempiam, est enim homo sui arbitrij, neque inuitus quisquam bonus est, aut sanctus. Cùm tamen Sancti canonizantur, sanctitatis vocabulum ad beatitudinem refertur, & immutabilitatem, & quandam quodammodo diuinitatem, quas res nemo præstare potest, nisi solus Deus.

2. Actus igitur canonizationis fundatur in sanctitate, seu excellentia vitæ illius, qui debet canonizari, vt *in cap. venerabili, de testib.* vbi Butr. & Bellam. *num.*2. Aret. & Fel. *num.*1. & Bald. *num.* 1. & Doctores communiter notant *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* Innoc. *num.*1. Hostien. *n.* 5. Ioan. Andr. *num.*4. Anchar. *num.*5. & alij qui declarant illud Eccles. cap. 44. *Laudemus viros gloriosos parentes nostros*, qua etiam auctoritate moti requirunt in canonizando vti fundamentum excellentiam,

tiam, seu sanctitatem vitæ, † quæ nihil 3.
est aliud, secundùm S. Dionys. *cap.12. de diuin. nominib.* quàm ab omni immunditia libera, & perfecta, & omninò immaculata munditia; & secundùm S. Thom. 2. 2. *quæst.81. art.8. in resp. ad primum*, est quædam generalis virtus complectens omnium virtutum actus, quos per imperium ordinat in bonum diuinum, hoc est, refert in Deum omnium virtutum opera, Maluet. *de canon. Sanct. dub.1. n.5.* Auditores Rotæ *in relat. B. Thomæ de Villanoua in miracul. post mortem*, & in aliis.
Sicut † Sanctus dicitur ille, qui in singu- 4.
lis virtutibus excellit, seu excellentiam habet, secundùm Collectar. *in cap.1. in princ. de reliq. & vener. Sanct.* Ideóque † si 5.
testes in facto recenti de certa scientia, & visu deponant, quòd canonizandus habuerit fidem, spem, & charitatem, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam, aliásque virtutes annexas, hoc est, quòd in virtutibus se exercuerit, & tales fuerit actus, ex quibus necessariò possit inferri habuisse virtutes fidei, & charitatis, & alias secundùm gradum personæ, de cuius canonizatione tractatur,

videtur

videtur probata sanctitas, quæ ex virtutibus conflatur, & constat.

6. Sed si deponant de publica voce, & fama in facto recenti, probatio non erit plena, sed semiplena, vt post glos. *in l.* 3. §. *lege Iulia. ff. de testib.* Bart. *in l. de minore.* §. *tormenta. ff. de quæst.* Canonist. *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* concludit Simonett. *in relatione sancti Francisci de Paula, vers. plurimum quoque, fol.* 31. qui etiam *vers. fama, fol.* 45. concludit facere plenã probationem, & *infrà* dicam de miraculis, *c.* 18.

7. In antiquis verò, & antiquissimis plenè probatur per testes de publica voce, & fama, *l. si arbiter. ff. de probat. cap. cùm causam,* vbi Doctor. *de probat.* Innoc. *in c. veniens, de verb. signif.* Roman. *cons.* 424. *n.* 5. Specul. *de prob.* §. 1. *vers. hoc nota.* Felyn. *in cap.* 2. *n.* 4. *de rescript. & in cap.* 1. *num.* 16. *de testib.* vbi latè Dec. *in cap.* 1. *n.* 43. *de appell.* vbi latè Rota *decis.* 571. *n.* 7. *part.* 1. *diuers.* & apud Verall. *decis.* 344. *n.* 3. *& decis.* 347. *n.* 4. *p.* 3. præser-
8. tim † si concurrant adminicula. Rota *in relat. sancti Hiacinthi, cap.* 2. *vers. & quamuis fol.* 24. *& in relat. B. Petri de Alcantara, p.* 3. 1. *&* 2. *mirac.* & authores mox citandi.

9. Tempus autem antiquum in teste, secundùm

cundùm Rotæ opinionem, dicitur 60. annorum. Veral. *dec.5. n.3. & decis.298. p.3.* Put. *decis.506. lib.*10. Seraph. *dec.75.* Rota *in relat. B. Thomæ de Villanoua, in tit. de fid. in princ. & in d. relat. B. Petri in primo mirac.*

Ac etiam per antiquas ſcripturas, ſeu chronicas, quibus eſt adhibenda fides. *l. cenſus, de probat. cap.* 1. *in fine,* ibi, *tum propter hiſtoriam*, vbi gloſ. *de ſacr. Vnct.* gloſ. & Doctor. *in cap. venerabilem, in princ. verb. tranſtulit, de elect. in cap. inter dilectos, verb. magis, de fide inſtr. in Clem.*1. *verb. Vrbano, & verb. Orationes, de reliq. & vener. Sanct. in Clem.*1. *verb. Bononia, de magiſtris,* facit *cap. ſanctæ, verſ. Item chronica Euſebij* 15. *diſt.* Bartol. *in l.*1. *num.*22. *ff. ſi cert. pet.* vbi quòd ſi chronicis à noſtris antiquis creditum eſt, & nos credere debemus ſicut aliis libris antiquis, Iaſ. *ibid. num.*25. Dec. *num.*28. Bald. *in cap. inter dilectos, de fid. inſtrum.* vbi dicit recurri ad chronicas, ſi nomen Imperatoris eſt incertum. Soc. *regul.* 238. *fallen.*2. *incip. liber, ſeu regula.* Natt. *conſ.* 636. *n.*91. *lib.*3. Dec. *conſ.*21. *n.*29. *lib.*1. Ioan. Andr. *in cap.*1. *de reliq. & vener. Sanct. in* 6. vbi teſtatur reperiiſſe in quadam legenda, quòd S. Hieronymus fuit Presbyter 10.

Card.

Card. S. Anastasiæ, Abb. *in cap. cùm causam, num.* 1. *de testib.* Felyn. *in cap. ad audientiam, num.* 15. *concl.* 9. *de præscr.* Bellam. *dec.* 70. *num.* 3. Rot. *in relatione sancti Leopoldi ab Austria in* 10. *fundamento*, §. 4. *in relat. sancti Hiacinthi, cap.* 3. *versic. nec prædictorum, fol.* 28. *& versic. nam quamuis, fol.* 22. vbi quòd Leo Papa III. canonizauit S. Succibertum, motus in primis libro vitæ d. Sancti per Marcellinum Presbyterum conscripto, *in relatione sancti Bonauent. part.* 3. *art.* 8. *in relatione sancti Raimundi, part.* 2. *versic.* 3. *cum supradictis in relat. B. Corsini, part.* 4. §. 1. *in princ. in relat. sancti Ignatij de charitate, vers. in eundem*
11. *finem.* † Præsertim si concurrat fama, & communis hominum reputatio. Bellam. *dec.* 70. *incip. Adminicula, num.* 3. Hostien, Abb. & alij *in cap. cùm causam, de probat.* Rot. *in d. relatione sancti Raimundi, part.* 1.
12. *art.* 5. vbi ponderat adminicula; † & temporis obseruantia, quòd scilicet longo tempore chronicæ vt authenticæ receptæ, & seruatæ fuerint. Ioan. Andr. *in add. ad Specul. de instrum. edit. §. nunc dicendum versic. priuatorum.* Panuin. *in relat. sancti Bonauent. part.* 2. *art.* 8. sicuti videmus in libris

libris Platonis *l.2.ff.de nundinis*, & Aristotelis *in l.si pater.ff. de solut.* & Hippocratis *in l. septimo mense.ff. de statu hominum*, & de scripturis antiquis incisis in ære, vel marmore, *cap.sanè*, vbi glos. *verb.schismaticis 24. quæst.2.* & glos. *in cap.cùm causam, de probat.* & Speculat. *vbi suprà, vers. nono*, per Bart. *in l.1.ff.de albo scribend.* & not. *in l. monumentorum. C.de relig.& sumpt. funer.*

Verùm, quòd † in causa canonizatio- 13.
nis adhibenda sit fides chronicis arbitrio Domini Papæ, & Collegij Cardinalium, concludit Panuin. *in relat. sancti Bonauent. part.2.art.8.in princ.* quē refert Castellan. *de canon. quæst.7. §. quæro, an in canonizatione*, per text. *in cap. vnic. in fin. de sacr. Vnct. & cap. venerabilem, de elect.* & Rot. consueuit dicere, † multum esse deferen- 14.
dum chronicis in causa canonizationis, vt *in relat. sancti Hiacinthi, vbi suprà, cap. 3.* Ideóque † crediderim huiusmodi proba- 15.
tionem relinquendam esse arbitrio iudicum, scilicet sacræ Rotæ Auditorum, qui processus examinant, & sacræ Rituum Congregationi, qui ponderatis facti circunstantiis referant D. Papæ, quid in re tam ardua censeant statuendum.

Item

16. Item ſanctitas probatur per miracula, ſeu miracula ſunt ſigna ſanctitatis, propter influentiam virtutis in facientem miracula, ſeu in impetrantem. S. Thom. *part.1. ſummæ quæſt.*110. *art.*4. *ad* 1. *&* 2.2. *quæſt.*178. *art.*2. *in corp.* Triumph. *de poteſt. Eccleſ. quæſt.*15. *art.*4. *verſ.*2. *illis, & quæſt.*16. *art.*3. *ad* 2. Bellamer. *in cap. nec mirum n.*10. 26. *quæſt.*5. *& in cap. venerabili num.* 5. & *ibid.* Anchar. *in* 2. *notab. de teſtib.* Molfeſ. *conſ.*46. *num.*42. *&* 43. & infrà de miraculis dicam. Rota *in relat. S. Hiacinthi de miraculis, verſ. Quibus addimus, fol.*35. *in relat. B. Paſchalis Bailon in* 2. *miracul.* & in aliis. Ideoque

17. Signum ſanctitatis eſt incorruptio corporis vltra conſuetum naturæ curſum. S. Auguſtin. *in confeſſ. lib.*9. *cap.*7. Rot. *in relat. B. Paſchalis Bailon in* 3. *miracul. in relat. S. Iſidori in* 1. *miracul. poſt mortem*, vbi plura exempla afferuntur, *in relat. S. Thereſiæ de miracul. in tit. de exhum. corpor. propè fin. in relatione ſancti Xauerij in* 1. *miracul. poſt mortem*, cuius corpus per aliquot annos perſeuerauit incorruptum; & ratio eſt, quia corpus poſt mortem eſt putrefactioni ſubiectum, vt de ſe patet, & S. Thom. *q.*51. *art.*3.

art.3.& 4.in corp.in 3.sent. dist.21. quæst.1. art.2.& 4. & opusc. 2. cap.134. † & statim 18.
post mortem, cùm sit compositum ex contrariis, incipit resolui. S. Thom. *in opusc.2.cap.152.*& ad putredinem disponitur, quia exhalante calido naturali, superuenit calor extraneus, qui putredinem causat. S.Thom. *d.art.3. in 2.argum. & in resp.ad 2.argum.* dicit, quòd corpus Christi quantum ad conditionem naturæ passibilis putrefactibile fuit, licèt non quantum ad meritum putrefactionis, quod est peccatum, & hæc putrefactio, & corruptio prouenit homini vltra infirmitatem naturæ in pœnam peccati primi Parentis. S.Thom. *d.part.3. quæst.51. art.3. in principio.*

Item odor suauis è corpore defuncti 19.
emanans est signum sanctitatis. Iacob. de Graff. *cons. lib.5. de sent. excomm. cons.17. num.30.vers.rursus.* Rota *in relatione B.Paschalis Bailon in 3.miracul.in fin.in relatione S.Isidori in 1.miracul. post mortem*, vbi hoc probat, *in relatione S.Theresiæ in 3.miraculo post mortem*, vbi referuntur exempla, & probatur ex sancto Gregorio *in homil.38.* vbi ipsa corporis fragrantia, & odoris sua-

uitas ostendit in illo corpore authorem suauitatis existere, & ex S. Thom. *part.* 3. *quæst.* 83. *art.* 5. *ad* 2. vbi ait, Bonus odor pertinet ad repræsentandum effectum gratiæ, quæ sicut bono odore Christus plenus fuit, secundùm illud Genes. 27. *Ecce odor filij mei, sicut odor agni pleni*, etiam à Christo deriuatur ad suos fideles, & amicos, iuxta illud ad Corinth. *secundùm odorem notitiæ suæ sparsit per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo*; & sancta Mater Ecclesia canit, *Sancti tui Domine florebunt sicut lilium, & sicut odor balsami erunt ante te; in relatione B. Bertrandi in 6. miraculo, in relatione sancti Xauerij in 2. mirac. post mortem.*

20. Item liquor odoriferus emanans è corpore Beati, est signum sanctitatis, maximè si per longum tempus fluat, & ex eo curentur infirmi. Rota *in relatione B. Paschalis Baylon in 2. mirac. post mortem,* vbi similia exempla referuntur, *in relatione B. Corsini, part.* 2. §. 3. vbi de manna prodeunte ex corpore sancti Nicolai Baren.

21. Item conuersatio cum Angelis est signum sanctitatis. Rota *in relatione sancti Raymundi part. 2. art. 2. vers. prædictis omnibus;*

bus; *in relatione sanctæ Franciscæ part. 2. art.*14. de Angelo seruæ Dei Protectore, *in relatione S. Isidori, de sanctitate in genere, vers.*4. *argumentum*, vbi duo Angeli orabant pro ipso, dum Missam audiret.

Item splendor, seu fulgor in facie re- 22.
lucens dum viueret canonizandus, datur à Deo in signum specialis amoris, & magnæ reuerentiæ apud homines, vt *in relatione sancti Ignatij in tit. de temperantia, vers.*2. *fulgor*, ex Tostato *in Exodum c.*34. *in relatione B. Bertrandi in* 4. *mirac.* & multo magis si splendor in facie canonizandi visus fuerit post mortem, tunc enim est clarius indicium sanctitatis, vt de splendore, seu luce prodeunte ex ore B. Bertrandi, dum expiraret, & de splendore viso in eius cadauere, qui totum cubiculum illustrabat, dixit Rota *in relat. B. Ludouici Bertrandi in* 3. *&* 4. *miracul.* & de splendore ossium Iacob. de Graff. *cons. lib.*5. *de sent. excomm. cons.*17. *num.*30. *vers. eo magis*, siue dictus splendor, seu claritas fuerit similis illi, quæ visa est à Iudæis in vultu Moysis *Exod. cap.*34. vel illi, quem aliqui affirmant fuisse visum in vultu B. Virginis à conceptu vsque ad partum,

&c in aliis ſanctis viris, vt de S. Bernardo legitur *in eius vita* apud Surium *lib.3.c.1.* ſiue fuerit claritas animæ glorioſæ ad cœlum aſcendentis.

23. Non obſtat, quòd claritas corporis glorioſæ percipi non poſſit ab oculo non glorificato: ſicut enim claritas naturalis ab oculo naturali percipitur, ita claritas glorioſa ab oculo glorificato; quia claritas corporum Beatorum eſt verè claritas ſenſibilis; & licèt non ſit naturalis, poteſt ſentiri, & videri ab oculo non glorificato, ſicut claritas naturalis. Abulenſ. *in Matth.cap.17.quæſt.31.ad 4.arg.*

24. Et comprobatur, quia ſancti Apoſtoli fuerunt preſentes quando Chriſtus transfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies eius ſicut Sol, & tamen ſplendor ille Chriſti ſe transfigurantis, quem viderunt Apoſtoli, erat claritas, qualis eſt illa, qua glorificantur corpora Beatorum, vt *in eadem quæſt.33.*affirmat Abulen.

25. Item harmonia cœleſtis audita in loco, vbi defuncti corpus poſt mortem adſeruatur, eſt ſignum ſanctitatis. Rot. *in relat. B.Bertrandi miracul.5.*

26. Item ſignum ſanctitatis eſt ecſtaſis, ſeu raptus,

raptus, quando ſcilicet quis Spiritu diui-
no eleuatur ad aliqua ſupernaturalia,
cum abſtractione à ſenſibus, iuxta illud
Ezech. 8. *Spiritus eleuauit me inter cœlum, & terram, & adduxit me in Hieruſalem in viſione Dei.* S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 175. *art.* 1. *in corpor.* & *ibi ad* 2. dicit, quod raptus non eſt contra naturam, ſed ſupra facultatem naturæ, & *art.* 2. *in corpore* ponit, in quo differat ecſtaſis à raptu.

Item eleuatio à terra eſt ſignum ſan- 27.
ctitatis illius, qui eleuatur, & ratio eſt,
quia talis eleuatio à terra non poteſt fieri
ab ipſo corpore, quod cum ſit graue, tendit deorſum, & eſt contra inclinationem naturæ, vt not. S. Thom. *part.* 3. *quæſt.* 57. *art.* 3. *ad* 2. *de Aſcenſ. Chriſti.* Nec ab ipſa anima, quia anima mouet vnam partem per aliam, ita vt pars immota ſemper innitatur alicui ſolido, in quo ſuſtentetur corpus, vnde S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 175. *art.* 5. *ad* 2. ait, quod potentia animæ virtute naturali, non eleuatur ſupra modum conuenientem eſſentiæ eius, non ab Angelis malis, quia hoc non præſumitur, quando conſtat aliunde de ſanctitate illius, qui eleuatur, vel aliunde conſtat ex

circunſtantiis, vt quia eleuatur, dum orat, vel Miſſæ ſacrificium celebrat, vt dixit Rota *in relatione S. Xauerij in* 4. *mirac.* vel quia talis eleuatio operatur, vt videntes fidem Catholicã amplectantur, vel alium bonum effectum, qui tendat in ſalutem animarum. Reſtat igitur, vt potuerit fieri ab Angelis bonis; ſed hi, cùm in rebus humanis ſe non immiſceant, niſi ſpecialiter mittantur à Deo, concludendum eſt huiuſmodi eleuationem, ſiue fuerit facta ab Angelis ex inſtinctu diuino, ſiue ab ipſo Deo, eſſe miraculoſam.

28. Itém ſignum ſanctitatis eſt donum prophetiæ, quando ſcilicet datur propter propriã mentis illuſtrationem. nam quando ſic datur, Spiritus ſanctus per gratiam gratum facientem transfert ſe in animas eorum, quibus datur amicos Dei, eos conſtituendo, tangendo affectum eorum per charitatem, ſicut tangit intellectum per propheticam veritatem. Triumph. *de poteſt. Eccleſ. quæſt.* 35. *art.* 5. & latè Rota *in relat. B. Paſchalis, ſub tit. de Proph.* S. Thom. 2.2. *q.* 172. *art.* 4. *ad* 1.

29. Et pariter reuelationes diuinæ ſunt ſigna ſanctitatis, cùm earum ſit auctor Spiritus

Spiritus ſanctus. S.Thom. 2.2. *quæſt.*172. *art.6.ad* 1.ex S.Auguſtin.*lib.*12.*cap.*19. *ſuper Geneſim.*Toſtat.*in Matth.cap.*23.*q.*244. *litt.D. part.6.* Antiochus Brondus *in Apocalypſ.diſput.*2.*quæſt.*1. *in* 1.*fundament.* vbi varias ſacræ Scripturæ auctoritates adducit, & per text. † Reuelatio autem nihil 29.
eſt aliud, quàm inſpiratio cognitionis illuminantis animam in ignotis, ſecundùm Vgonem *in tract.de ſcientia animæ Christi*, vel eſt manifeſtatio alicuius veritatis, mediante aliquo lumine, vt declarat Antiochus Brondus *in Apocalypſ. diſp.*2.*quæſt.*1. *in* 1.*fundam.*

Ad diſcernendum verò reuelationes 30.
diuinas à diabolicis deceptionibus, plura ſigna afferuntur à Theologis. Primum eſt, ſi graues, expertes, viri ſapientes, ſpirituales ita iudicant. Secundum, ſi reuelatio efficit hominem humilem, flexibilem, & diſciplinatum, iuxta illud Prouerb.3. *cum ſimplicibus eſt ſermocinatio Dei.* Tertium eſt puritas, & integritas veritatis eorum, quæ reuelantur; quando enim reuelationes per totum continent veritatem, ſine admiſtione alicuius falſitatis, non eſt dubium, quin ſint à Spiritu ſancto, qui

doctor, & inspirator est veritatis. Quartum si reuelatio reperitur conformis diuinis Scripturis, & Sanctorum sententiis, & exemplis, arguitur esse reuelatio Spiritus Dei: si autem dissonat, & discordat ab eis, suspecta habenda est talis reuelatio. Quintum si persona, cui factæ sunt reuelationes, est approbatæ sanctitatis, vt benè hæc omnia explicat Cardin. Turrecrem. *in defensorio reuelat. sanctæ Brigidæ per Sotum.* Sextum mentis illustratio & amoris diuini inflammatio, vt notat Gonsaluus Durantus *in notis ad reuelationes sanctæ Brigidæ lib.*1. *cap.*4. *num.* 2. *& lib.*4. *cap.*78.*num.*2. ex S. Bernard. Sennon. 5. *in Cantic.* vbi, Reuelatio, inquit, quæ per Spiritum sanctum fit, non solùm illustrat ad agnitionem, verùm accendit etiam ad amorem. Septimò si reuelatio terminatur in lætitia mentali mouente illum, cui fit reuelatio ad amorem virtutis, vt latè explicat Antiochus Brondus *in Apocalyps. disput.* 2. *quæst.* 3. præsertim *in secunda assertione.*

31. Item signum sanctitatis est, quòd aues canentes ad imperium hominis sileant, vel quòd congregentur, & canant, vel quòd

quòd piſces extra fluuium, vel mare caput erigant, vt huiuſmodi obediant, vel quòd figuræ factæ ex ligno, lapide, auro, vel argento, aliáque materia, moueantur, vel ambulent, ſicut legitur de duobus Angelis ligneis, qui, iubente B. Iacobo de Marchia incenſum Domino offerebant, vel quòd lapides moueantur de vno in alium locum, ſicuti legitur eueniſſe ad preces ſancti Benedicti, & alia ſimilia. Panuin. *in relat. S. Bonauenturæ part.* 2. *quæſt.* 6. *in fin.* vbi quòd non eſt contra rationem miraculi, ſi miraculum fiat in re inanimata †, vel quòd conſolidentur aquæ, & ho- 32.
minem ſuper illas ambulantem ſuſtineant, vt legitur de ſancto Raymundo, qui pallium extendit ſupra mare, & accepto baculo, quem manu geſtabat, ſigno ſe Crucis muniens ſuper illud pallium aſcendit, & è portu de Sollar Barcinonen. transfretauit, vt *in eius relat. part.* 2. *art.* 10.

Item martyrium paſſum pro defenſio- 33.
ne fidei eſt ſignum, ſeu potiùs cauſa ſanctitatis, Triumph. *de poteſt. Eccleſ. quæſt.* 16. *artic.* 3. *ad* 2. Viguer. *in inſtit. theolog. cap.* 6. §. 1. *verſic.* 1. vbi ſic illud definit,

34. † martyrium eſt voluntaria mortis perpeſſio, ſiue tolerantia propter fidem Chriſti, vel alium virtutis actum in Deum relatum, & deinde latè explicat Sylueſt. *in ſum. verb. martyrium,* S.Thom. *2. 2. q. 124. art. 1. & 3. in corp.*

35. Item ſunt ſigna ſanctitatis ebullitio ſanguinis, vt notum eſt de ſanguine ſan-
36. cti Ianuarij in ciuitate Neapolitana, † fluxibilitas corporis, ſcilicet, quòd corpus defuncti poſſit in quamcunque partem flecti, ſicuti ſi viueret, vt legitur de corpore beati Iacobi de Marchia, ſanguis fluens è corpore illius, qui longè antè erat defunctus. Rota *in relatione ſancti Xauerij in 4. miracul. poſt mortem,* vt etiam legitur eueniſſe triduò poſt mortem in corpore ſerui Dei Andreæ Auellini Cle-
37. rici Regularis. Vnguium, † vel capillorum continua, vt accidit in viuentibus, augmentatio, vt legitur euenire in corpore B. Catherinæ Bonon. & in corpore Pueri à Iudæis interfecti in ciuitate Tridentina, vt retuli *ſuprà cap. 11. n. 18.*

38. Item ſignum eſt ſanctitatis, quòd quis loquens lingua ſua materna intelligatur ab aſtātibus diuerſarum linguarum, ac ſi loque

loqueretur in lingua eorum, v. g. quòd Armeni audiant verba, ac si loquens esset Armenus, Indi audiant eadem verba, ac si loquens esset Indus, & sic de singulis, vt locuti sunt Apostoli Actor. *cap.2.* S. Thom.2.2.*q.*176.*art.*1. *ad* 2.& hoc donum linguarum plures habuerunt, quos refert Thom. Bozius *de sign. Eccles. lib. 6. cap. 5.*

Et horum vniuersalis ratio est, quia cùm quodlibet ex supradictis sit supra vires totius naturæ creatæ, miraculo est ascribendum. S. Thom. *part.*1.*quæst.*110. *art.*4.*&* 2.2. *quæst.*105.*art.*8. & *ibi* Bagnes, *& quæst.*178.*art.*2. Idem S. Thom. contra Gentiles *lib.* 3. *cap.* 100. Rota *in relatione sanctæ Franciscæ part.* 3. *vers.*4. *in relatione S.Caroli part.* 3. *de miracul. in relat. B.Corsini part.*2. §. 7. *in relatione sancti Hiacinthi de miracul.vers.Hinc ergo,fol.*42. Panuin. *in relatione sancti Bonauenturæ part.* 2. *artic.* 1. glos. *in c.*1.*verb.Sedis Apostolicæ, de reliq.& vener. Sanctor. in* 6.& dixi *in quæst.*6.*art.*1. *vers.illa etiam qualitas.* 39.

Item publicus cultus est argumentum sanctitatis, Rota *in relatione sancti Hiacinthi, vers.Et quamuis, in relatione sancti Raymundi* 40.

mundi part.2.art.2.verſ. Quæ continuata, in relatione B. Corſini part.4. §.1. verſ. Inſuper adeſt, in relatione ſancti Caroli part.2.arg.24. in fin. in relatione ſancti Ignatij de Temperantia propè finem; in relatione ſancti Iſidori de ſanctitate in genere, verſ. quæ ferè omnia.

41. † Et de votiuis tabellis ad ſepulchrum appenſis Rota *in relatione ſancti Hiacinthi de miraculis, verſ. Iſtis miraculis fol.38. in relatione S. Ignatij de Temperantia, verſ.5. con-*

42. *tinuata*, &c. † Doctrina excellentiſſima, & regimen œconomicum, atque politicum rectè adminiſtratum maximum affert teſtimonium ſanctitatis, vt de ſancto Bonauentura loquens probat in eius relatione Panuin. *part.1.art.2.& art.5.*

CAPVT XV.

De virtutibus theologalibus, & cardinalibus.

SVMMARIVM.

1. *De quibus virtutibus debeant teſtes deponere in probanda ſanctitate, & n.9.*

2. *Quid*

2. *Quid sit fides.*
3. *Quid sit spes.*
4. *Charitas.*
5. *Prudentia.*
6. *Iustitia.*
7. *Fortitudo.*
8. *Temperantia.*
10. *Non est necesse, quòd canonizandus se exercuerit in omnibus virtutibus.*

TEstes in processibus beatificationis, 1.
seu canonizationis, ad effectum probandi sanctitatem illius, qui petitur canonizari de singulis virtutibus, seu eorum actibus interrogari consueuerunt, & specialiter de virtutibus theologicis, quibus Deum colimus, secundùm S. Augustinum *in Enchir. cap. 2. & 3.* & S. Thom. 2. 2. *quæst. 18. art. 4. & quæst. 26. art. 3. in corp. & de virtutibus cardinal.* quæ debent esse in homine ad diuina se trahente, & in diuinam similitudinem tendente, itaut prudentia omnia mundana diuinorum contemplatione despiciat, omnémque animæ cogitationem in diuina sola dirigat; temperantia verò relinquat quantum natura patitur, quæ corporis vsus requirit; forti

fortitudo talis sit, vt anima non terreatur propter excessum è corpore, & accessum ad superna; iustitia verò, vt tota anima consentiat ad huiusmodi propositi viam, secundùm S. Thom. 1.2. *quæst.*61. *art.* 5. *in corp.* his enim plenè probatis remanent etiam probatæ cæteræ virtutes, quæ virtutibus cardinalibus tanquam partes integrales, vel subiectiuæ deseruiunt, vt declarat S. Thom. 2.2. qui *à quæst.* 1. *ad* 48. disputat de theologicis, & *à* 48. de cardinalibus, & S. Anton. *in sum. part.* 4. *tract.* 2. *cap.* 1. *cum seq.* Sunt enim fontes bonarum operationum, & solidum mentis nostræ fundamentum sustinent, & in his totius boni operis structura consurgit. S. Gregor. 2. *mor. cap.* 36. *in princ.*

2. Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium, S. Paul. *ad Hebr. cap.* 11. S. Thom. 2.2. *quæst.* 4. *art.* 1. Magister sent. *in* 3. *distinct.* 23. S. Bonaeuent. *ibid. art.* 1. *quæst.* 5. S. Antonin. 4. *part. tit.* 8. *cap.* 2. hoc est, fides est habitus mentis quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum non apparentibus assentire. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 4. *art.* 1. S. Augustin. *in Ioan. tractat.* 79. *tit.* 9. vel, vt habe

habetur in Concilio Trident. *cap.* 8. *seß* 6. humanæ salutis initium, & fundamentum, & radix iustificationis, & totius Christianæ perfectionis semen, ex sancto Ambrosio *cap.* 3. 1. *ad Corinth.* & secundùm S. Dionysium *de diuin. nom. cap.* 7. fides est lumen mediatè, & sine omni adminiculo creato, locans credentes in prima veritate, & veritatem in ipsis, & sequitur B. Albertus Magn. *in sum. part.* 2. *tract* 8. *quæst.* 32. *art.* 2. *membr.* 5. *col. vlt.* vbi illam declarat.

Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis proueniens ex diuino auxilio. Magister *in* 3. *sent. dist.* 26. *cap.* 1. quod colligitur ex illo S. Pauli 1. ad Timoth. cap. 1. *Scio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare.* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 17. *art.* 2. Perald. *in* 1. *part. sum. virtutum, cap.* 1. *de spe.* Asten. *in sum. lib.* 2. *tit.* 61. *artic.* 1. S. Anton. *in sum. part.* 4. *tit.* 7. §. 2. *in princ.* vel secundùm Ioan. Chrysost. *homil. in epist.* 1. *ad Corinth.* 13. *tit.* 4. Spes est futuræ pollicitationis religiosus assensus promissæ gloriæ, deuota intentio, Sanctorum destinata sublimitas, bonorum expectatio futurorum; spes, inquam, 3.

est cognitio fidei, credulitatis propinquitas, destinatum præmissorum tempus, futura expectatio meritorum, & colligitur ex Psalm. 36. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & pasceris in diuitiis eius.*

4. Charitas est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, vel in Deo. Magist. *in 3. sent. distinct. 27.* S. Bonauent. *ibid. in 1. dub.* S. Anton. *p. 4. tit. 6. cap. 1. §. 3.* Rayner. *in Pantalog. verb. charitas, cap. 2.* Syluest. *in sum. verb. charitas, in princ.* Angel. Rossel. Tabien. *eod. verb.* Viguer. *de virtut. charit. cap. 12. in princ.* Asten. *in sum. lib. 2. tit. 62. art. 1.* Perald. *in sum. part. 1. cap. 1.* & est mater, & radix omnium virtutum. S. Thom. *part. 2. quæst. 62. artic. 4. in corp. & 2. 2. quæst. 23. art. 8. ad 3. & quæst. 186. art. 7. ad 1.* Vel secundùm S. Ioan. Chrysost. *in hom. ad Corinth. tom. 4.* Charitas, qua Deum proximúmque diligimus, virtus est, signum fidei bonorum omnium, mater perficitur in cœlo, quæritur in sæculo, inuenitur in Regno.

5. Prudentia est recta ratio agibilium, quæ finem, & eius cognitionem præsupponit, ex quo tanquã ex principio rationem

nem mediorum ad finem ſumit S.Thom. *2.2.quæſt.*47. *art.*14. *in ſolut.* S.Anton.*p.*4. *ſum. tit.* 2. *cap.* 1. §. 3. Rayner. *in Pantalog. verb. prudentia, cap.*2. Vinc. Epiſc. Beluacenſis 3. *part. ſpecul. moral. lib. diſtinct.* 35. *ad* 11. vel ſecundùm eundem S. Thom.2. 2.*quæſt.*65. *art.*2. Prudentia Chriſtiana eſt virtus infuſa, qua homo diſponit,& ordinat media, & actiones ad conſequendum vltimum finem ſupernaturalem, ſcilicet æternam beatitudinem ad honorem, & gloriam Dei, & ſalutem animarum.

Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens. S. Thom. 2.2.*quæſt.*58.*art.*1. Ariſt. 5.*Ethicor. cap.*1. & Iuſtinian. *in* §. 1. *Inſtit. de iuſt. & iur.* & ſecundùm Gabr. *lib.* 3. *diſtinct.* 34. *quæſt.*1.*art.*1. & eſt virtus dirigens appetitum, vt ſe benè habeat in ordine ad alterum, quod fit dupliciter; vt eſt videre apud ipſum; vel, ſecundùm Corteſium *lib.* 3. *ſent. diſtinct.* 8. eſt vitiorum libripendix, quæ hominum actiones ad perpendiculum,& amuſſim dirigit. 6.

Fortitudo eſt virtus tollens impedimenta, quæ repellunt voluntatem ab eo, quod eſt ſecundùm rationem propter dif- 7.

ficile. S. Thom. 2.2. *quæst.*123. *art.* 1. 3. 4. *&* 5. *in corpor. & quæst.*124. *art.* 2. *in corp.* Vel eſt virtus animi, qua labores,& pericula conſtanter ſuſcipiuntur , & perficiuntur , propter finem ſupernaturalem. S.Thom.2.2.*quæſt.*28. *art.*1. & ſecundùm Ciceron. 4. *Tuſculan. quæſt.* Fortitudo eſt ſcientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo , ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore.

8. Temperantia eſt virtus moderans , & refrænans hominis appetitum in iis , quæ maximè dictum appetitum alliciunt , vt ſunt delectationes , tactus, cibi venereorum, & per conſequens frænat triſtitiam, quæ prouenit ex defectu , & abſentia talium delectabilium. S. Thom. 2. 2. *q.* 41. *artic.* 1. vel eſt moderatio , & temperies, quàm ratio facit.Idem S.Thom.2.2.*q.*141. *art.* 1. S.Anton. *in ſum. part.* 4. *tit.* 4. *cap.* 1. *in princ.* & S. Auguſtin. *de liber. arbitr.* eſt affectio coërcens, & cohibens appetitum ab his, quæ turpiter appetuntur,& ſecundùm Magiſtrum *lib.*3. *ſent. diſtinct.*33.eſt dominium rationis in libidinem , & in alios animi motus;vel eſt virtus animi refrænans motus in nos impetum facientes,

tes, vt sic nihil cupiamus, & secundùm Gersonem *part. 3. in rescript. term. ad theolog. vtil.* Temperantia est habitus laudabilis inclinans animam; vt affectiones, & operationes inde sequentes moderatæ sint, & ordinatæ secundùm medium, quoad nos, prout recta ratio determinabit.

Et licèt Canonistæ expressè non di- 9.
cant inquirẽdum esse de virtutibus theologicis, & virtutibus cardinalibus, tamen in effectu, & substantia idem dicunt, dum communiter dicunt, inquirendum esse num anteacta vita canonizandi testimonium præbeat pro laboribus multis, moribus castis, actibus strenuis, & maximè quæri debere de simplicitate, humilitate, miraculis, celebri fama, & sanctitate, & an persecutiones passus fuerit ex charitate. Doct. *in cap.* 1. *de reliq. & venerat. Sanct.* glos. *in cap. vnic. eod. tit. in* 6. S. Anton. *in sum. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 8. §. 1. Goffred. *in sum. n.* 2. *de reliq. & vener. Sanct.* Host. *in sum. eod. tit. vers. Et notat.* Alberic. *in dictionar. verb. & canonizatio*, Cassaneus *in catalog. glor. mundi, part.* 3. *consid.* 59. Triumph. *de potest. Eccles. quæst.* 15. *&* 16. Panuin. *in relat. S. Bonauent. part.* 1. Maluet.

*de canon. Sanctor. dub.*3. *num.*4. Castellan. *quæst.*5. *in princ.* Ioan. Baptista Signius *in reliquiar.* seu *de reliq. & vener. Sanct. cap.*4. Dominicus Ansossius *de reliq. cultu.* §.23. *num.*27. Mascard. *de prob. concl.*262. *num.*4. *& seq.* Azor. *instit. moral. part.*12. *lib.*5. *c.*6. *vers. septimò quæritur*, Tuscus *in repertor. verb. canonizatio, n.*7.

10. Non tamen est necesse, quòd canonizandus in singulis virtutibus se exercuerit, sed satis est quòd se exercuerit in iis, de quibus oblata sibi fuit occasio, *de pœnit. dist.*2. §. *quærendum.* Collect. *in c.*1. *de reliq. & vener. Sanct.* Panuin. *in relat. S. Bonau. p.*1. *q.*4. *&* 9. *in princ.* Simonett. *in relat. S. Francisci de Paula, vers. postremo, fol.*39. Castell. *de canon. quæst.*5. *in princ.* vbi citat Ægidium Bellamer. *in cap.* 1. *quæst.* 11. *de reliq. & vener. Sanctor.* & patet ex relationibus, quas Rotæ Auditores super sanctitate vitæ, & miraculis canonizandi, seu beatificandi offerunt Summo Pontifici, in quibus non fit relatio sigillatim de omnibus virtutibus, sed de illis, in quibus secundùm gradum suæ personæ se exercuit canonizandus, vt *in relatione B. Corsini, p.* 1. *& p.*3. §. 2. *vers. secundo, in relatione sancti*

Bonauen

Bonauenturæ, in relatione B. Thomæ Archiepiscopi Valentini, B. Bertrandi, B. Paschalis, sancti Isidori, sanctæ Theresiæ, B. Aloysij, & aliorum. Nam Eremitis, & Anacoretis corona ab Ecclesia donatur, vt 2. *quæst. 7. cap. sancta quoque rusticitas*, qui tamen per solitudinem, & eremum charitatis opera in alios effundere non potuerunt; nec etiam patientiam in persecutione propter Deum habuisse probari possunt, cùm malorum hominum vexationes, & molestias passi non fuerint. Idem quoque probatur in Religiosis claustralibus, & monialibus, quibus opera iustitiæ facere, eleemosynas indigentibus dare nequaquam concessum fuit, & tamen sanctitatis præmia consequuntur, vt patet *in cap. vidua 20. quæst. 1. & in cap. sanctimonialis*, & habetur *in cap. Ioannes, de Regular.*

mundi part.2.art.2.vers. Quæ continuata, in relatione B. Corsini part.4. §.1. vers. Insuper adest, in relatione sancti Caroli part.2.arg.24. in fin. in relatione sancti Ignatij de Temperantia propè finem; in relatione sancti Isidori, de sanctitate in genere, vers. quæ ferè omnia.
41. † Et de votiuis tabellis ad sepulchrum appensis Rota *in relatione sancti Hiacinthi de miraculis, vers. Istis miraculis fol.38. in relatione S. Ignatij de Temperantia, vers.5. con-*
42. *tinuata*, &c. † Doctrina excellentissima, & regimen œconomicum, atque politicum rectè administratum maximum affert testimonium sanctitatis, vt de sancto Bonauentura loquens probat in eius relatione Panuin. *part.1.art.2.& art.5.*

CAPVT XV.

De virtutibus theologalibus, & cardinalibus.

SVMMARIVM.

1. *De quibus virtutibus debeant testes deponere in probanda sanctitate, & n.9.*

2. *Quid*

2. *Quid sit fides.*
3. *Quid sit spes.*
4. *Charitas.*
5. *Prudentia.*
6. *Iustitia.*
7. *Fortitudo.*
8. *Temperantia.*
10. *Non est necesse, quòd canonizandus se exercuerit in omnibus virtutibus.*

TEstes in processibus beatificationis, seu canonizationis, ad effectum probandi sanctitatem illius, qui petitur canonizari de singulis virtutibus, seu eorum actibus interrogari consueuerunt, & specialiter de virtutibus theologicis, quibus Deum colimus, secundùm S. Augustinum *in Enchir. cap.2. & 3.* & S. Thom. 2.2. *quæst.18. art.4. & quæst.26. art.3. in corp. & de virtutibus cardinal.* quæ debent esse in homine ad diuina se trahente, & in diuinam similitudinem tendente, itaut prudentia omnia mundana diuinorum contemplatione despiciat, omnémque animæ cogitationem in diuina sola dirigat; temperantia verò relinquat quantum natura patitur, quæ corporis vsus requirit; 1.

forti

fortitudó talis ſit,vt anima non terreatur propter exceſſum è corpore, & acceſſum ad ſuperna; iuſtitia verò, vt tota anima conſentiat ad huiuſmodi propoſiti viam, ſecundùm S. Thom. 1.2. *quæſt.*61. *art.*5.*in corp.* his enim plenè probatis remanent etiam probatæ cæteræ virtutes, quæ virtutibus cardinalibus tanquam partes integrales, vel ſubiectiuæ deſeruiunt, vt declarat S. Thom. 2.2. qui *à quæſt.*1. *ad* 48. diſputat de theologicis, & *à* 48. de cardinalibus, & S. Anton. *in ſum. part.*4. *tract.*2. *cap.*1. *cum ſeq.* Sunt enim fontes bonarum operationum, & ſolidum mentis noſtræ fundamentum ſuſtinent, & in his totius boni operis ſtructura conſurgit. S. Gregor. 2.*mor.cap.*36.*in princ.*

2. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium, S. Paul. *ad Hebr.cap.*11. S. Thom. 2.2.*quæſt.*4. *art.*1. Magiſter ſent. *in* 3.*diſtinct.*23. S. Boneauent. *ibid. art.* 1. *quæſt.* 5. S. Antonin. 4. *part. tit.*8. *cap.*2. hoc eſt, fides eſt habitus mentis quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum non apparentibus aſſentire. S. Thom. 2.2. *quæſt.*4. *art.*1. S. Auguſtin. *in Ioan. tractat.*79. *tit.*9. vel, vt

habe

habetur in Concilio Trident. *cap.* 8. *seß* 6. humanæ salutis initium, & fundamentum, & radix iustificationis, & totius Christianæ perfectionis semen, ex sancto Ambrosio *cap.* 3. 1. *ad Corinth.* & secundùm S. Dionysium *de diuin. nom. cap.* 7. fides est lumen mediatè, & sine omni adminiculo creato, locans credentes in prima veritate, & veritatem in ipsis, & sequitur B. Albertus Magn. *in sum. part.* 2. *tract.* 8. *quæst.* 32. *art.* 2. *membr.* 5. *col. vlt.* vbi illam declarat.

Spes est certa expectatio futuræ beatitudinis proueniens ex diuino auxilio. Magister *in* 3. *sent. dist.* 26. *cap.* 1. quod colligitur ex illo S. Pauli 1. ad Timoth. cap. 1. *Scio, cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare.* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 17. *art.* 2. Perald. *in* 1. *part. sum. virtutum, cap.* 1. *de spe.* Asten. *in sum. lib.* 2. *tit.* 61. *artic.* 1. S. Anton. *in sum. part.* 4. *tit.* 7. §. 2. *in princ.* vel secundùm Ioan. Chrysost. *homil. in epist.* 1. *ad Corinth.* 13. *tit.* 4. Spes est futuræ pollicitationis religiosus assensus promissæ gloriæ, deuota intentio, Sanctorum destinata sublimitas, bonorum expectatio futurorum; spes, inquam, 3.

est

est cognitio fidei, credulitatis propinquitas, destinatum præmissorum tempus, futura expectatio meritorum, & colligitur ex Psalm. 36. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & pasceris in diuitiis eius.*

4. Charitas est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, vel in Deo. Magist. *in 3. sent. distinct. 27.* S. Bonauent. *ibid. in 1. dub.* S. Anton. *p. 4. tit. 6. cap. 1. §. 3.* Rayner. *in Pantalog. verb. charitas, cap. 2.* Syluest. *in sum. verb. charitas, in princ.* Angel. Rossel. Tabien. *eod. verb.* Viguer. *de virtut. charit. cap. 12. in princ.* Asten. *in sum. lib. 2. tit. 62. art. 1.* Perald. *in sum. part. 1. cap. 1.* & est mater, & radix omnium virtutum. S. Thom. *part. 2. quæst. 62. artic. 4. in corp. & 2. 2. quæst. 23. art. 8. ad 3. & quæst. 186. art. 7. ad* 1. Vel secundùm S. Ioan. Chrysost. *in hom. ad Corinth. tom.* 4. Charitas, qua Deum proximúmque diligimus, virtus est, signum fidei bonorum omnium, mater perficitur in cœlo, quæritur in sæculo, inuenitur in Regno.

5. Prudentia est recta ratio agibilium, quæ finem, & eius cognitionem præsupponit, ex quo tanquã ex principio rationem

nem mediorum ad finem sumit S. Thom. *2.2. quæst. 47. art. 14. in solut.* S. Anton. *p. 4. sum. tit. 2. cap.* 1. §. 3. Rayner. *in Pantalog. verb. prudentia, cap. 2.* Vinc. Episc. Beluacensis *3. part. specul. moral. lib. distinct.* 35. *ad* 11. vel secundùm eundem S. Thom. *2. 2. quæst. 65. art. 2.* Prudentia Christiana est virtus infusa, qua homo disponit, & ordinat media, & actiones ad consequendum vltimum finem supernaturalem, scilicet æternam beatitudinem ad honorem, & gloriam Dei, & salutem animarum.

Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. S. 6.
Thom. *2. 2. quæst. 58. art. 1.* Arist. *5. Ethicor. cap. 1.* & Iustinian. *in* §. 1. *Instit. de iust. & iur.* & secundùm Gabr. *lib. 3. distinct.* 34. *quæst. 1. art. 1.* & est virtus dirigens appetitum, vt se benè habeat in ordine ad alterum, quod fit dupliciter; vt est videre apud ipsum; vel, secundùm Cortesium *lib. 3. sent. distinct.* 8. est vitiorum libripendix, quæ hominum actiones ad perpendiculum, & amussim dirigit.

Fortitudo est virtus tollens impedimenta, quæ repellunt voluntatem ab eo, 7.
quod est secundùm rationem propter difficile.

ficile. S. Thom. 2.2. *quæst.*123. *art.* 1. 3. 4. *&* 5. *in corpor. & quæst.* 124. *art.* 2. *in corp.* Vel eſt virtus animi, qua labores,& pericula conſtanter ſuſcipiuntur, & perficiuntur, propter finem ſupernaturalem. S.Thom.2.2.*quæſt.*28. *art.*1. & ſecundùm Ciceron. 4. *Tuſculan. quæſt.* Fortitudo eſt ſcientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiendo, ac perferendo, ſummæ legi parens ſine timore.

8. Temperantia eſt virtus moderans, & refrænans hominis appetitum in iis, quæ maximè dictum appetitum alliciunt, vt ſunt delectationes, tactus, cibi venereorum, & per conſequens frænat triſtitiam, quæ prouenit ex defectu, & abſentia talium delectabilium. S. Thom. 2. 2. *q.* 41. *artic.* 1. vel eſt moderatio, & temperies, quam ratio facit. Idem S.Thom.2.2.*q.*141. *art.* 1. S.Anton. *in ſum. part.* 4. *tit.*4. *cap.*1. *in princ.* & S. Auguſtin. *de liber. arbitr.* eſt affectio coërcens, & cohibens appetitum ab his, quæ turpiter appetuntur,& ſecundùm Magiſtrum *lib.*3. *ſent. diſtinct.*33. eſt dominium rationis in libidinem, & in alios animi motus; vel eſt virtus animi refrænans motus in nos impetum facientes,

tes, vt ſic nihil cupiamus, & ſecundùm Gerſonem *part. 3. in reſcript. term. ad theolog. vtil.* Temperantia eſt habitus laudabilis inclinans animam; vt affectiones, & operationes inde ſequentes moderatæ ſint, & ordinatæ ſecundùm medium, quoad nos, prout recta ratio determinabit.

Et licèt Canoniſtæ expreſsè non dicant inquirẽdum eſſe de virtutibus theologicis, & virtutibus cardinalibus, tamen in effectu, & ſubſtantia idem dicunt, dum communiter dicunt, inquirendum eſſe num anteacta vita canonizandi teſtimonium præbeat pro laboribus multis, moribus caſtis, actibus ſtrenuis, & maximè quæri debere de ſimplicitate, humilitate, miraculis, celebri fama, & ſanctitate, & an perſecutiones paſſus fuerit ex charitate. Doct. *in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct.* gloſ. *in cap. vnic. eod. tit. in 6.* S. Anton. *in ſum. part. 3. tit. 12. cap. 8.* §. 1. Goffred. *in ſum. n. 2. de reliq. & vener. Sanct.* Hoſt. *in ſum. eod. tit. verſ. Et notat.* Alberic. *in dictionar. verb. & canonizatio*, Caſſaneus *in catalog. glor. mundi, part. 3. conſid. 59.* Triumph. *de poteſt. Eccleſ. quæſt. 15. & 16.* Panuin. *in relat. S. Bonauent. part. 1.* Maluet. 9.

*de canon. Sanctor. dub.*3. *num.*4. Castellan. *quæst.*5. *in princ.* Ioan. Baptista Signius *in reliquiar.* seu *de reliq. & vener. Sanct. cap.*4. Dominicus Ansossius *de reliq. cultu.* §.23. *num.*27. Mascard. *de prob. concl.*262. *num.*4. *& seq.* Azor. *instit. moral. part.*12. *lib.*5. *c.*6. *vers. septimò quæritur*, Tuscus *in repertor. verb. canonizatio, n.*7.

10. Non tamen est necesse, quòd canonizandus in singulis virtutibus se exercuerit, sed satis est quòd se exercuerit in iis, de quibus oblata sibi fuit occasio, *de pœnit. dist.*2. §. *quærendum.* Collect. *in c.*1. *de reliq. & vener. Sanct.* Panuin. *in relat. S. Bonau. p.*1. *q.*4. *&* 9. *in princ.* Simonett. *in relat. S. Francisci de Paula, vers. postremo, fol.*39. Castell. *de canon. quæst.* 5. *in princ.* vbi citat Ægidium Bellamer. *in cap.* 1. *quæst.* 11. *de reliq. & vener. Sanctor.* & patet ex relationibus, quas Rotæ Auditores super sanctitate vitæ, & miraculis canonizandi, seu beatificandi offerunt Summo Pontifici, in quibus non fit relatio sigillatim de omnibus virtutibus, sed de illis, in quibus secundùm gradum suæ personæ se exercuit canonizandus, vt *in relatione B. Corsini, p.* 1. *& p.*3. §. 2. *vers. secundo, in relatione sancti*

Bonauen

Benauenturæ, in relatione B. Thomæ Archiepiſcopi Valentini, B. Bertrandi, B. Paſchalis, ſancti Iſidori, ſanctæ Thereſiæ, B. Aloyſij, & aliorum. Nam Eremitis, & Anacoretis corona ab Eccleſia donatur, vt 2. *quæſt.* 7. *cap. ſancta quoque ruſticitas*, qui tamen per ſolitudinem, & eremum charitatis opera in alios effundere non potuerunt, nec etiam patientiam in perſecutione propter Deum habuiſſe probari poſſunt, cùm malorum hominum vexationes, & moleſtias paſſi non fuerint. Idem quoque probatur in Religioſis clauſtralibus, & monialibus, quibus opera iuſtitiæ facere, eleemoſynas indigentibus dare nequaquam conceſſum fuit, & tamen ſanctitatis præmia conſequuntur, vt patet *in cap. vidua* 20. *quæſt.* 1. *& in cap. ſanctimonialis*, & habetur *in cap. Ioannes, de Regular.*

CAPVT XVI.

De miraculis. Quid, & quotuplex sit miraculum.

SVMMARIVM.

1. *Miraculum, mirabile, signum, prodigium, & virtus inter se differunt.*
2. *Miraculum latè sumptum quid sit.*
3. *Strictè sumptum.*
4. *Quid sit miraculum.*
5. *Qualitates, seu differentiæ miraculi declarantur.*
6. *Miraculorum quot sint ordines, duo, vel tres, seu quotupliciter excedant vires naturæ, & n.7.*

1. MIraculum, mirabile, signum, prodigium, & virtus inter se differunt, vt videre est apud B. Albertum Magnum *in summa theolog. part.2. tract.8. quæst.32. art.2. part.1.* S. Thom. 2.2. *quæst.*178. *art.*1. *ad* 1. Tostat. *in Exodum cap.7. quæst.*11. & Rota
2. *in relatione B. Corsini part.2.* §.8. Et † miraculum latè, & impropriè sumptum, accipitur

pitur pro omni eo, quod rarò contingit, vt *in Authen. de consulib. vers. & post illud; & in l. si maior. C. de legit. hæred.* † Strictè ve- 3.
rò sumptum accipitur pro facto, quod naturæ vires excedit, vt *in cap. cùm Martha. § quæsiuisti, de celebr. Miss. & in cap. cùm ex iniuncto, de hæretic. & in cap. re vera, de consecr. distinct. 2. & in l. 1. C. de off. Præf. Prætor.* Afflict. ibi, *vidimus venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis pœnas suas mirabiliter loquebantur.* Vnde Archid. *in cap. nec mirum, num. 26. quæst. 1.* † Miraculum, 4.
inquit, dicitur factum mirum, & verè est miraculum mirum, quod supra facultates, siue vires naturæ, vel quoad factum, vel quoad modum; & *in cap. teneamus. 1. quæst. 1. num. 1.* dicit miraculum esse secundùm leges, quod rarò accidit; & secundùm alios, Miraculum est quicquid excedit humanæ naturæ industriam. Felyn. *in cap. venerabili, num. 1. de testib.* dicit secundùm Baldum id esse miraculum, quod non potest fieri per hominem virtute humana, & Castell. *de canon. quæst. 6. §. quæro quid sit miraculum;* Miraculum est, inquit, mirum factum supra vires naturæ creatæ. Magist. *sentent. in 2. sent. distinct. 18.*

Miraculum eſt, inquit, opus diuinæ potentiæ oſtenſiuum, & *ibidem* declarat Albert. Magnus *art.* 3. qui vult poſſe ſuſtineri definitionem ſi addatur particula *tantùm*, id eſt, miraculum, &c. oſtenſiuum tantùm. S. Auguſtin. *de vtilit. credendi c.* 16. *tom.* 6. miraculum ſic definit, Eſt quid arduum, & inſolitum vltra ſpem, & facultatem admirantis exiſtens, ſequitur Alenſis *in ſumm. part.* 2. *quæſt.* 24. *memb.* 5. Gabr. 2. *ſent. diſt.* 8. *quæſt.* 2. *art.* 4. *dub.* 1. S. Bonau. *in compend. theolog. verit. lib.* 1. *cap.* 28. S. Thom. *part.* 1. *quæſt.* 105. *art.* 7. *ad* 2. *&* 1. 2. *quæſt.* 113. *art.* 10. *in corp.* Viguer. *in inſtit. theolog. cap.* 9. §. 2. *verſ.* 1. *tit. de miracul. defin. & eſſentia, fol.* 103. B. Albert. Magn. *in ſumm. theolog. tract.* 8. *quæſt.* 32. *art.* 1. in ſolutione argumentorum, vbi definitio-
5. nem explicans, ſic loquitur. † Quatuor differentiæ ponuntur in definitione miraculi, quarum duæ primæ miraculo conueniunt ſecundùm eſſe miraculi, & ſecundùm id quod eſt miraculi, quæ ſunt (arduum, & inſolitum,) & dicitur *arduum*, quod ſuprà potentiam, ſiue facultatem naturæ in poteſtate altioris cauſæ locatum eſt. Et dicitur *inſolitum*, quòd præter

naturæ

naturæ curſum ſolitum producitur in eſſe, & illæ duæ differentiæ cauſæ ſunt ſequentium duarum, ſupple quòd ſit vltra ſpem, & facultatem admirantis, quæ deſcribunt miraculum ſecundùm quod ſubiacet admirationi admirantis. Et eius, quod eſt *præter ſpem*, cauſa eſt illa, quod eſt arduum, ex hoc enim, quod locatur in altiori cauſa, quàm natura ſit, præter ſpem eſt admirantis, præter ſpem dico naturæ, hoc eſt, quam concipit aliquis ex potentiis naturalibus. Ab eo, quod dicitur *inſolitum*, cauſatur illa, quæ eſt præter ſpem admirantis, & intelligitur communiter facultas de virtute operatiua, & de virtute cognitiua, admirans enim de virtute operatiua non poteſt niſi in illud, quod eſt de ſolito curſu naturæ; ſimiliter cùm omnis noſtra cognitio ſit de ente, & formetur ab ipſo, nec cognoſcamus aliquid perfectè niſi cuius cauſam cognoſcimus, & quoniam illius eſt cauſa, & quoniam impoſſibile eſt aliter ſe habere id, quod eſt præter ſolitum curſum naturæ per cauſam, non poſſumus cognoſcere per cognitionem naturalem, & ita cùm miraculum ſit non ſolito curſu, nec cognitiua,

nec virtute operatiua, possumus in illud; sed vtroque modo deficimus ab ipso, & *in 2. sent. dist.* 18. *art.* 3. Hinc S. Thom. *part.* 1. *quaest.* 105. *art.* 9. miraculum ait, dici quasi plenum admiratione, quod scilicet habet causam omnibus occultam; effectus verò manifestos, & sequitur Bart. *in tract. testimonior. in vers. Qualitas sine substantia.*

6. Dicitur autem miraculum naturae vires excedere duplici modo, secundùm aliquos Canonistas, vt est Archid. *in cap. nec mirum*, 26. *quaest.* 5. quem sequitur *ibidem* Bellam. *num.* 3. primò quoad factum, secundò quoad modum facti. In primo gradu reponunt id, quod legitur ad preces Gregorij Neocaesariensis montem quendam retractum locum dedisse Basilicae construendae, & lapidem de horto translatum ad preces sancti Benedicti, & quòd caecus sit illuminatus, & mortuus resuscitatus. In secundo gradu reponunt, quòd febricitans in instanti fiat sanus ad inuocationem Dei per intercessionem alicuius Sancti. Aegid. Roman. *in 2. sentent. distinct.* 12. *quaest.* 2. *dub.* 13. Miracula omnia, inquit, vel sunt supra naturam, vel contra naturam, & idem asserit S. Bona-

uentura

uentura *in compend. theol. veritatis lib.*1. *cap.*18.

B. Albertus Magnus *in summ. Theolog.* 7. *part.*2.*tract.*81.*quæst.*32. *art.*2. *membr.*2. *ad fin.* postquam dixisset miraculum fieri secundùm modum transmutationis materiæ, & materiam transmutari secundùm formam substantialem tantùm, docet hanc transmutationem fieri tripliciter. Primò scilicet remanente in materia impotentia ad miraculum, vt quòd B. Virgo concepit, & peperit remanens Virgo, virginitas enim permanẽs dicit impotentiam ad naturalem conceptum, & partum. Secundò fit cum transmutatione formæ, tamen priùs collata potentia naturæ, vt quòd cæcus videat, claudus ambulet, leprosus mundetur, mortuus resurgat, priùs tamen accepta potentia ad hos actus per reintegrationem naturæ corruptæ. Tertiò autem fit cum transmutatione materiæ ex se ipsa ex sola potestate multiplicantis, sicut saturatio quinque millium hominum ex quinque panibus quos Deus potestate sua in se ipsis sine additamento exteriori multiplicauit.

Sed clariùs rem explicat S. Thom.

quem

quem magis communiter cæteri sequuntur, *part.* 1. *quæst.* 105. *art.* 8. *in corp.* vbi docet miraculum dici per comparationem ad facultatem naturæ, quam excedit, & cùm aliquid excedat facultatem naturæ tripliciter, triplex constituit genus miraculorum. Vno modo quantum ad substantiam facti, sicut quòd duo corpora sint simul, vel quòd Sol retrocedat, aut quòd corpus humanum glorificetur. Secundo modo aliquid excedit facultatem naturæ, non quantum ad id, quod fit, sed quantum ad id, in quo fit; sicuti resuscitatio mortuorum, & illuminatio cæcorum, potest enim natura causare vitam, sed non in mortuo, & potest præstare visum, sed non in cæco. Tertiò excedit aliquid facultatem naturæ quantum ad modum, & ordinem faciendi, sicuti cùm aliquis per virtutem diuinam à febre curatur absque curatione, & consueto processu naturæ in talibus, vt cùm statim aër diuina virtute in pluuiam densatur absque naturalibus causis, & idem docet 1. 2. *quæst.* 113. *art.* 10. *in corpor.* & *lib.* 3. *contra Gentil. cap.* 101. & Caietan. & Bagnes *d. quæst.* 105. *art.* 8. Bartol. *in tract. testimon.* *vers.*

vers. Qualitas, num. 57. Maluet. *de canoniz. Sanct. dub.* 3. *num.* 25. Rota *in relat. S. Hiacinthi in tit. de miracul. vers. sed nobis magis, fol.* 33. *in relat. S. Franciscæ, part.* 3. *art.* 1. *vers. Quartò præmittendum est, in relatione S. Raimundi, part.* 2. *art.* 6. vbi quòd hanc distinctionem licèt non sit specifica, & essentialis, sed accidentalis, tum quia est apertior, & clariùs Auctores Rotæ illam amplexi sunt *in relat. B. Corsini, part.* 2. §. 7. *in relat. B. Thomæ de Villanoua de miracul. post mortem, in princ. in relatione sanctæ Theresiæ, in primo mirac. vers. minus facit*, vbi reprobat Bartolum, qui in tertio ordine miraculorum collocat miraculum de multiplicatione pànis.

CAPVT XVII.

De requisitis ad miracula.

SVMMARIVM.

1. *Requisita miraculi, & per totum.*
Ad miraculum requiritur, quòd sit ex Deo, & non ex arte, vel ope Dæmonum, ibid.

2. *Quòd*

2. *Quòd sit præter ordinem totius naturæ creatæ.*
3. *Quòd non fiat ex vi verborum, sed ex merito sancti hominis.*
4. *Quomodo Sancti dicãtur facere miracula.*
5. *Solus Deus facit miracula.*
6. *An sit necesse, quòd fiat ad corroboratio-nem fidei, & num. 7.*
8. *An sit necesse, quòd fiat in instanti, & num. seq.*
14. *Et quando dicatur factum in instanti.*
Miraculum dicitur factum in instanti, si in instanti sublata est malitia morbi, licèt perfecta sanitas fuerit subsecuta, ibid. & num. 15.
15. *Non est contra rationem miraculi, si remaneat in sanato debilitas, tumor, seu durities, cicatrix, & n. seq.*
19. *Non est contra rationem miraculi, si interueniat dolor, licèt maius iudicetur miraculum si dolor non interueniat.*
20. *Non est contra rationem miraculi, si fiat cum ministerio naturæ, quod non est proportionatum ad producendum illum effectum.*
21. *Miraculi vim non tollunt remedia post sanationem adhibita.*

22. *Non*

22. *Non est contra rationem miraculi, si sanatus de proximo reincidat in infirmitatem.*

23. *An infirmitas præsumatur reuersa ex præcedenti morbo.*

24. *Non est contra rationem miraculi, si fiat cum tarditate, vel ad maximam distantiam, vel si fiat à peccatore, vel ab eo, qui est in Purgatorio, vel in hominem inuitum, vel in aliis rebus animatis, vel inanimatis.*

AD naturam, & essentiam veri miraculi requiritur, quòd sit ex Deo, seu meritis, vel precibus alicuius Sancti impetretur à Deo. nam si ex arte contingat, vel Dæmonum ope fiat, non poterit verè dici miraculum, quamuis mirum, vel prodigiosum opus sit: talia fuerũt opera Magorum Pharaonis facta ad æmulationem Moysis, quæ inter miracula non reponuntur. S. Thom. *part.* 1. *quæst.* 110. *art.* 4. *&* 2. 2. *quæst.* 178. *artic.* 2. Cassan. *in catalog. glor. mundi, part.* 3. *consid.* 49. *versic. primo, quod ex Deo*, glos. *in cap. vnic. de reliq. & vener. Sanct. in* 6. Hostien. *in summ. eod. tit.* Castellan. *de canon. quæst.* 6. *in princ.* & co- 1.

lumba

lumba in aëra volans, quam dicitur fecisse Architas Tarentinus, vt refert Gellius *noctium Atticar. lib.* 10. *cap.* 12. & Petrus Crinitus *de honesta disciplin. lib.*17. *cap.*12. Et serpentes æneì sibilantes, & aues garrientes, quæ miraculorum instar fabricabat Boëtius magni nominis Philosophus, vt testatur Cassiod. *lib.* 1. *variar. epist.* 45. Hæc enim opera mirabilia, quæ quandocunque, vel per Dæmones, vel per Magos, seu Dæmoniacos virtute aliquarum naturalium causarum occultè adhibitarum fiunt, licèt quandoque verè facta sint, non tamen habent rationem veri miraculi, sed potiùs sunt, & dicuntur præstigia. Archid. *in cap.nec mirum* 4.26,*quæst.*5; Maluet. *de canoniz. Sanct. dub.* 3. *num.*39. S.Thom.2.2. *quæst.*178. *art.*2. *& lib.*3. *contra Gentes, cap.*103. *&* 104.

2. Secundò requiritur ad miraculum, quòd sit præter ordinem naturæ, non tamen sufficit ad rationem miraculi, si aliquid fiat præter ordinem alicuius particularis naturæ, quia sic cùm aliquis proiiceret lapidem sursum, miraculum faceret, cùm hoc sit præter ordinem naturæ lapidis, sed debet esse præter ordinem to-

tius

tius naturæ creatæ, quod ſolus Deus facere poteſt. nam quicquid facit Angelus, vel quælibet alia creatura virtute propria, ſecundùm ordinem naturæ creatæ fit, & ita non eſt miraculũ, vt explicat S. Thom. *part.* 1. *ſumm. quæſt.* 110. *art.* 4. & hanc qualitatem requiri ad rationem veri miraculi, docent Theologi, & Canoniſtæ. Idem S. Thom. *vbi ſuprà, &* 2. 2. *quæſt.* 178. *art.* 1. *&* 2. gloſ. *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct. lib.* 6. *in verſ. Sedis Apoſtolicæ, circa finem, verſ. ſecundò, quòd ſit.* Archid. *in cap. nec mirum* 26. *quæſt.* 5. *verſ. Et dicitur miraculum*, quem ſequitur *ibid.* Bellam. *num.* 3. *verſ. Et dicitur,* Canoniſtæ *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanctor.* vbi Hoſtien. *paulò ante med. verſ. oportet etiam.* Ioan. Andr. *num.* 4. *verſ. & nota ſecundùm Innocentium.* Anton. de Butr. *num.* 7. *verſic. Per hoc quod dicit.* Anchar. *n.* 5. *verſ. oportet etiam.* Collectar. *num.* 4. *verſ. eſt etiam ſciendum*, Ioan. Monach. *in cap.* 1. *num.* 2. *verſ. ſi dico in facto, de confeſſ. in* 6. Troilus Maluet. *de canon. Sanct. dub.* 3. *num.* 4. Caſtell. *eod. tract. q.* 6. Hoſtien. *in ſum. de reliq. & vener. Sanctor. num.* 2. *verſ. ſecundò, quòd ſit*, Abb. *in cap. cùm Marthæ, num.* 7. *verſ. nota ibi, de celebr.*

Miss. Bellam. *in cap. venerabili, de testib. num. 3. vers. secundum est,* Cassan. *in catalog. glor. mundi, part. 3. consid. 49. vers. secundò requiritur.*

Tertiò requiritur, quòd non ex vi verborum à Christo Domino institutorum, sed meritò sancti hominis fiat, nam panis, & vinum potestate, & virtute diuinorum verborũ in sacramento Eucharistiæ transsubstantiantur in corpus, & sanguinem Domini Nostri Iesu Christi, *cap. cum Marthæ, de celebratione Missarum,* quæ transsubstantiatio licèt sit supra omnem naturam humanam, non tamen dicitur miraculum, de quo disseritur, quia non fit merito Sacerdotis celebrantis, sed virtute diuinorum verborum à Christo Domino institutorum. S. Thom. *part. 1. quæst.* 110. *art. 4. & 2. 2. quæst. 178. art. 2.* vbi optimè explicat hanc qualitatem gloss. *in d. cap. vnic. de reliq. & vener. Sanct. lib. 6. in vers. Sedis Apostolicæ, circa fin. vers. 3. quod non ex vi,* Bellam. *in d. cap. vniuersali, num. 3. de testib. vers. tertium est.* Hostien. *in summ. de reliq. & vener. Sanct. num. 3.* Maluet. *de canoniz. dub. 3. num. 41. vers. tertiò requiritur.* Iacobus Castell. *eod. tract. quæst. 6. in princ.*

Alphonsus

Alphonsus Castrus *lib.* 10. *aduersùs hæreses, in verb. miraculum*, & alij suprà citati.
†Et hac ratione per Sanctos miracula fieri dicuntur, quoniam Deus ad eorum inuocationem, seu per eorum merita miracula dignatur operari, qui quasi instrumentaliter miracula dicuntur facere, cùm Deus vtatur instrumentaliter vel interiori motu hominis, vel eius locutione, vel aliquo exteriori actu, seu aliquo contactu corporali. nam principaliter miracula Deus facit, &, simpliciter loquendo, † solus Deus facit vera miracula. S. Thom. *p.* 1. *quæst.* 110. *&* 1. 2. *quæst.* 111 *art.* 4. *in corp. & quæst.* 113. *art.* 10. *in corp. &* 2. 2. *q.* 178. *art.* 1. *ad primum, & part.* 3. *quæst.* 43. *art.* 2. *in corp. & art.* 4. *in corp. & ad* 3. *& quæst.* 78. *art.* 4. *ad* 2. Augustin. de Ancona *de potest. Eccles. quæst.* 17. *art.* 3. *ad* 3. *argum.* Maluet. *de canon. Sanct. dub.* 3. *num.* 42. Castell. *eod. tract. quæst.* 6. *in princ. & vers. Quæro quid sit miraculum*, Panuin. *in relat. S. Bonauent. part.* 2. *art.* 3. *vers. Deus tamen*, Rota *in relat. S. Raimundi, part.* 2. *art.* 4. *in relat. B. Corsini, part.* 2. §. 9.

4.

5.

6. Quartò requiritur, secundùm aliquos Doctores, quòd miraculum fiat ad fidei

M 2 Catho

Catholicæ corroborationem. Gloss. *in d. cap. vnic. de reliq. & vener. Sanct. lib. 6.* Hostien. *in sum eod. tit. num. 3. vers. quartum est,* Bellam. *in cap. nec mirum 26. q. 5. num. 8. circa finem, vers. ad quintum dicendum,* vbi explicat quare operatio miraculorum attribuatur fidei, & quomodo miracula dicantur ordinari ad fidei corroborationem, Cassan. *in catalog. gloriæ mundi, part. 3. consid. 49.* Maluet. *de canoniz. dub. 3. num. 41. vers. 4. & vltimo.* Castellan. *eod. tract. q. 6. in princ.*

7. Cæterùm S. Thom. óptimus docendi Magister 2.2. *q.* 178. *art.* 2. declarat Deum operari vera miracula ad hominum vtilitatem, ob duplicem finem. Primò, ad veritatis prædicatæ confirmationem. Secundò, ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quem Deus vult proponere in exemplum. Primò modo miracula fieri possunt à quocumque; qui veram fidem prædicat; & inuocat nomen Christi, quod interdum per malos etiam fit. Nam inuocatio nominis Christi hoc agit, vt homines Deum honorent, ad cuius inuocationem fiunt miracula: secundo autem modo non fiunt miracula, nisi à Sanctis,

ad

ad quorum sanctitatem denuntiandam miracula fiunt, & Bellam. *in cap. venerabili num. 7. & 8. & in cap. nec mirum 26. quæst. 5. num. 10 vers. operatur enim ea Deus.* iam si in operante miracula vitæ sanctimonia reperiatur, eius etiam merito miracula fieri credentur, Albert. Magnus *in summ. theolog. tract. 8. quæst. 30. post responsionem ad argumenta.* S. Bonauent. *in compend. theolog. lib. 1. cap. 28. num. 7.* Goffred. *in summ. de reliq. & vener. Sanct. num. 3.* Maluet. *de canon. dub. 3. num. 44.* Cassan. *in Catalog. gloriæ mundi, consider. 49. part. 3. vers. Secundò vt dixi.* Mascard. *de prob. concl. 262. num. 25. & seq.* Dominicus Ansoss. *de reliq. cultu. §. 23. num. 31. & seq.* Molfes. *cons. 46. n. 45.* vbi quòd non est necesse, vt miraculum fiat ad fidei corroborationem. Panuin. *in relat. S. Bonauent. part. 2. art. 1. & 4.* Rota *in relatione sancti Raimundi part. 2. art. 4. in relatione sancti Hiacinthi de mirac. in princip. fol. 30. in relatione B. Corsini part. 2. per cap. relatum, de pœnit. distinct. 2. in relatione sancti Caroli part. 3. in princ. in relatione B. Paschalis Bailon de miracul. in fin.*

Quintò requiritur, quòd miraculum fiat in instanti, Actuum Apostol. cap. 3. 8.

& apprehensa manu eius dextera alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius, & plantæ;& cap.9.*& ait illi Petrus: Ænea, sanat te Dominus Iesus Christus, surge, & sterne tibi, & continuò surrexit.* Matthæi cap.9. *Et facta est salua mulier ex illa hora,* & cap. 15. *fiat tibi sicut vis, & saluata est filia eius ex illa hora*, & cap. 17. *& curatus est puer ex illa hora*,& cap.8. iuxta princip. *Volo mundari, & confestim mundata est lepra eius*,& cap.20.in fin. *Iesus tetigit oculos eorum, & confestim viderunt*. Marci cap.5. ibi,*& confestim exiccatus est*, & Marci 10. in fin. *& confestim vidit*, & cap.7. ibi, *& statim apertæ sunt aures.* Lucæ 8. ad fin. *& tetigit fimbriam vestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius*, & cap. 7. *Adolescens tibi dico, Surge, & resedit, qui erat mortuus*, & cap.5. vbi quòd confestim lepra discessit ab eo. Ioannis cap. 11. iuxta finem, *Lazare veni foras, & statim prodiit qui mortuus fuerat*,& cap.5. in princ. *& statim sanus factus est homo. cap. ad eius verò 5. distinct. cap. multiplex, de pænit. distinct.*1. vbi quòd apud Deum non est mora, vnde S.Ambrosius, Nescit, inquit, Spiritus sanctus tarda molimina, & hanc opinionem

nem tuetur Tostatus *in Matth.cap.8.q.15.* & Rota *in relatione S. Raimundi part. 2. art.5.in relatione S. Caroli part.3. in princip.* vbi quòd hæc sententia est verior, *in relatione B.Corsini part.2. vers. Controuersia est, in relat. B.Paschalis Bailon in 4. mirac. & in relatione sanctæ Theresiæ in 2. miraculo*, dixit, quòd sanatio, quæ fit in instanti, maximè concernit miraculum.

Contrariam sententiam tenent communiter Canonistæ, ex *cap.10. Exodi*, vbi extensa Moysis virga Dominus induxit ventum vrentem, & extensis in cœlum manibus factæ sunt tenebræ in vniuersa terra Ægypti; & *cap.* 14. vbi Moyses eleuata virga mare diuisit, vt filij Israel graderentur in medio mari per siccum, & 3.*Regum cap.17.* vbi narratur, quòd Elias tribus vicibus super puerum expandit se, atque mensus est, & 4. *Regum cap.*4. vbi Elisæus incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri, at ille reuersus deambulabat in domo semel huc, atque illuc, & ascendit, & incubuit super eum, 9.

& oscitauit puer septies, aperuitque oculos, & *Marci cap.* 8. vbi Dominus apprehensa manu cæci, &c. expuit in oculos eius, & videbat homines, velut arbores ambulantes; deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre, & restitutus est, ita vt clarè videret omnia. Gloss. *in cap.* 8. *Matthæi* dicit, quem vno verbo statim curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicat, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat, Archid. *in cap. nec mirum* 26. *quæst.* 5. *num.* 8. Bellam. *num.* 5. *vers. sed quæro.* Castellan. *de canonizat. quæst.* 6. §. *Quæro an sit.* Panuin. *in relat. S. Bonauent. part.* 2. *art.* 5. Martin. Lauden. *de canon. sancti Bernardini, vers. est etiam miraculum,* Molfes. *cons.* 46. *num.* 53. *& seq.* Simonett. *in relat. sancti Francisci de Paula, circa fin. vers. sed profectò in his, fol.* 46. *in relatione S. Didaci in miraculo facto in persona D. Mariæ de la Penuala, & in relatione S. Hiacinthi de mirac. vers. fit miraculum, fol.* 43.

Sed ego distinguebam, hanc secundam opinionem posse procedere in illis miracu

miraculis, quæ fiunt contra naturam, vtputa quòd viſus cæco à natura reſtituatur; natura enim poteſt præſtare viſum, ſed non in cæco, nec paulatim, nec in inſtanti, quia de priuatione ad habitum non datur regreſſus, vel in illis miraculis, quæ attentis facti circumſtantiis natura non poteſt operari, nec paulatim, nec in inſtanti. Primam verò opinionem procedere in factis, quæ paulatim natura poteſt operari, vtputa in reſtituenda ſanitate febricitanti, in parturiendo cum paruo, vel nullo dolore, in tremoribus corporis ſanandis, & ſimilibus, &c. etenim ſi quis febri corripiatur, etiam ſi per dies, & annos decubuerit, poteſt nihilominus paulatim febri liberari, & rectam conſequi valetudinem, ſi hæc eadem ſanatio diceretur fuiſſe miraculoſa, quia ægrotus ad alicuius Sancti preces confugiſſet, eíque vouiſſet ſe aliquid facturum, ſi priſtinam valetudinem recuperaſſet, certè poſſet dubitari, an ſanatio ſit miraculoſa, & æquus iudex in dubio inclinaret pro ſanatione non miraculoſa, quia ad hoc, vt aliquod factum dicatur verè miraculum, neceſſe eſt, vt illud ſit ſupra vires totius

naturæ creatæ: probabile autem est dictam sanationem paulatim à natura ortum habuisse, cùm natura sanitatem restituere possit, & in eo instanti, seu tempore, quo dicitur miraculosè sanatus, poterat naturaliter sanari: vnde sequitur, quòd sanatio fieri debeat in instanti ad hoc, vt cognoscatur an fuerit miraculosa, vel naturalis. nam vix alio signo cognosci potest an sanatio facta sit per miraculum, quàm ex eo, quòd facta est in instanti, & hoc nisi facti circumstantiæ contrarium suadeant, vt etiam aduertit Molfes. *cons. 46. num. 56. vers. Ita dicamus*, & hanc distinctionem innuit Maluet. *de canonizat. Sanct. in 3. dub. num. 51. in fin.* vbi ait: Et hæc procedunt in miraculis, quæ fiunt contra naturam, sed vt illud quod fieri potest naturaliter, dicatur miraculum, necesse est, quòd in continenti fiat, latè dixi *suprà post princ.* & sequitur Rota *in relat. B. Corsini part. 2. in princ.*

11. Retenta opinione, quòd miraculum fieri debeat in instanti, ad authoritates in contrarium allatas respondetur non posse ex illis elici, quòd aliquod miraculum fuerit factum successiuè, & *ad c. 8. Marci*, &

& glossam respondet Tostat. *in Matth. cap.8. quæst.15.* his verbis. Sed etiam dicendum est, quòd hîc non fuit successio, sed solùm fuit pluralitas miraculorum. nam voluit Christus per vnum miraculum ei dare visum obscurum, cùm potuisset dare clarum, & ista actio fuit subita; & per aliud miraculum voluit perficere visum eius, itaut clarè videret, & etiam hoc subitò factum est, ideo nullum miraculum factum est in successione, sed fuit quædam diuisio miraculi, scilicet, quòd id, quod poterat fieri per vnum miraculum, factum est per duo.

Retenta verò opinione contraria ad miracula Christi, respondet Maluet. *d.dub.3.num.51.* his verbis: Vel aliter, & fortè non malè dici potest, quòd ideò Christi miracula statim operabuntur effectum. nam ea impetrando personaliter faciebat, volens se ostendere filium Dei: vnde si in tempore, & non in continenti sortita fuissent effectum, potuissent gentes, quæ dubitabant, immo non credebant, quòd esset filius Dei, multo magis non credere, & dicere quòd illud accidisset non virtute, ac eius mandato, sed 12.

potiùs

potiùs nutu,& voluntate Dei,vel alio respectu, vtputa, quia esset Propheta, vel vir sanctus, precibus cuius ipse Deus motus esset:vt ergo fides Christiana haberet initium ab ipso tanquam Dei filio, & multiplicaret, non autẽ deficeret, voluit de se fortiora signa facere, quàm posset, & per cõsequens subita,& instãtanea,&c. hodie verò siue in propria persona, siue alicuius Sancti ipse faciat miracula, non est necessarium, quòd statim sortiantur effectum. nam cessat ratio, quæ erat tempore Christi, cùm fides Christiana nunc non incipiat,nec Christus sit corporaliter in mundo,sicuti tunc erat; cessante ergo hodie illa ratione, non erunt necessaria miracula subita,&c.Et hæc procedunt in miraculis,quæ fiunt contra naturam.

13. Quando autem dicatur miraculum incontinenti,vel in instanti factum,relinquendum est iudicis arbitrio, qui debet arbitrari qualitatem febris, an scilicet sit magna,vel parua, vel tertiana, vel continua, vel quartana, quæ cum difficultate solet recedere,& an febricitans sit infans, aut iuuenis, aut senex, aut taliter grauatus,vt Medici desperarint de eius salute, omissis

omiſſis iis, quæ de varia ſignificatione dictionis *incontinenti, mox, protinus, illicò,& in inſtanti*, habentur apud Iuriſconſultos, & de quibus latè Maluet. *d.dub.*3.*n.*26.

Ideóque iudex arbitrabitur miraculum factum eſſe in inſtanti, quando in inſtanti ſublata eſt malitia morbi, quæ naturaliter tolli non poterat, licèt effectus perfectæ ſanitatis ſucceſſu alicuius temporis ſubſequi videatur, vt aduertit Rota *in relatione ſancti Franciſci de Paula*, *art.* 6. *mirac.* 5. *in fin. in relat. S.Raymundi, part.*2. *art.*5. *in relat. ſancti Caroli, part.*3. *in princ. & mirac.*13. *in relat. B.Corſini, part.*2.§.4.*in princ. in relatione ſancti Ignatij in* 4. *mirac.* & benè Rota *in d. relat. ſancti Raymundi*, Verum eſt, inquit, in his vulneribus, ſeu infirmitatibus, quæ vel à principio in ſuo genere lethalia ſunt, vel ex ſubſecutis accidentibus lethalia efficiuntur, ita vt neceſſariò mortem ſint allatura, vel aliàs per naturam curari non poſſunt, quales ſunt inueteratæ paralyſes, & membrorum, ſeu neruorum contractiones, quando per miraculum ſanantur, totam vim, & naturam miraculi in eo conſiſtere, vt virtute diuina in inſtanti auferatur illa malitia vulneris, 14.

ris, vel infirmitatis, quæ necessarium interitum afferebat, & virtute medicamentorum, vel beneficio naturæ auferri non
15. poterat, vel sanari. Cætera † verò quæ beneficio naturæ recuperari possunt, qualia sunt, conglutinatio labiorum, vulneris, obductio cicatricis, liberatio ab imbecillitate, seu recuperatio virium, & firmitatis, & alia huiusmodi, non est necessarium fieri in instanti, & quamuis fiat seruato consueto naturæ ordine, non faciunt cessare miraculum.

16. E' supradictis infertur non esse contra rationem miraculi, neque aliquid de natura veri miraculi diminuere, si in miraculosè sanato remaneat debilitas corporis, vel membrorum, vt aduertit Rot. *in relat. sancti Raymundi, part. 2. art. 5. in relatione sancti Caroli part. 3. vers. Et licèt*, vbi de imbecillitate, & lassitudine, *in relatione B. Corsini, part. 2. §. 4. vers. Quod tamen diximus, in relat. sancti Isidori in 7. mirac. post mortem*, & in aliis.

17. Sicut nec tollit, aut diminuit aliquid de miraculo tumor, seu durities remanens in homine miraculosè sanato ex apostemate, vt *in relat. S. Theresiæ in vltimo*

mo miraculo post mortem; vel cicatrix remanens post vulnus. Rota *in d.relat.sancti Raymundi, & B. Corsini locis citatis*, vbi de cicatrice, lassitudine, & similibus, *in relat. sancti Caroli, part. 3. de miraculis, vers. Et licèt quandoque, in relat. sanctæ Theresiæ in vltimo mirac. in relatione B. Bertrandi in miraculo sanationis strumosæ fœminæ*, & in aliis.

Item non est contra rationem miraculi, si in liberatione alicuius dolor interueniat, aut miraculum fiat cum dolore illius, qui miraculosè sanatur, vt colligitur ex *Marci cap. 9.* vbi de puero vexato à spiritu surdo, & muto, qui ad præceptum Domini exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus est, & *in vita sancti Francisci tit. de intelligentia Scripturarum*, dicitur: Signo itaque Crucis super eum facto, statim qui contractus iacuerat surrexit sanus, & in Dei laudem prorumpens: Ego, inquit, sum liberatus: insonuerunt autem ossa renum eius audientibus multis, veluti cùm ligna sicca franguntur, vt refert Archid. *in cap. nec mirum 26. quæst. 5. num. 9.* Bellam. 18.

ibid.

*ibid.num.6.*Panuin.*in relat.sanctæ Bonauenturæ, part.2.art.6.*Castellan.*de canon.Sanct. q.7.§. quæro, an sit contra rationem.*Maluet. *eod.tract.dub.3.num.52.* Martin.Laudensis *in allegatione, seu tractatu de canon. sancti Bernardini, versic. Rursus Archidiac.* Collectar. *in cap.1. num.7. de reliq. & vener. Sanctor.* Molfes. *cons.46. num.57.* Rota *in relat. S. Francisci de Paula, ad fin.vers.Quod autem, fol.46. in relat. S.Caroli, p.3. mirac.2. in relat.B.Corsini, p.2. §.6. in relat.B.Paschalis Bailon in 7. mirac. in relat. sanctæ Theresiæ art.4. in 11. mirac. post mortem, in relat. B. Bertrandi in mirac. sanationis strumosæ fœminæ.*

19. Communis † tamen natura miraculi est, vt inquit Maluetius *vbi suprà*, vt fiat sine dolore illius, in quo fit, vt videre est in quamplurimis Christi miraculis, qui cùm solus dicatur facere miracula, credendum est, vt ea faciat magis liberè, ac maiori digna admiratione ac perfectione, quàm fieri possit, cùm eius omnia opera sint perfectissima.

20. Similiter non est contra rationem miraculi si fiat cum aliquo ministerio, aut adiutorio naturæ, vel cum aliquo medicamento

camento humano, vt patet *lib. 4. Reg. cap. 5.* de Eliseo, qui misit Naaman Principem militiæ Regis Syriæ leprosum ad lauandum septies in Iordane, & *eod. lib. 4. cap. 4.* vbi Eliseus incubuit super puerum iam mortuum, posuitque os suum super os eius, &c. & incuruauit se super eum, & *Ioan. cap. 9.* vbi Christus fecit lutum ex sputo, & leniuit lutum super oculos cæci à natiuitate, visúmque restituit, vt tenet Panuin. *in d. relat. S. Bonauenturæ, part. 2. art. 6.* & Castellan. *d. quæst. 6.* Rota *in relatione sancti Francisci de Paula, in fin. & in relatione B. Corsini, part. 2. §. 5.* vbi docet inspiciendum esse, an illud remedium esset aliquo modo proportionabile, non tollit vim miraculi, ac proinde nec puluis, qua Dominus Noster vsus est in illuminatione cæci, nec non pallium, quo vsus fuit S. Franciscus de Paula, & sanctus Raymundus in transfretando mari vim miraculi sustulerunt, quia nullam habebant proportionem vel ad visum restituendum, vel ad mare transfretandum.
Et † multò minus tollunt vim miraculi, 21.
si post sanationem miraculosam adhibitæ fuerint aliqua remedia ad tollendas mor-
 bi

bi reliquias. Rot. *in relat. B. Bertrandi in miraculo ſanationis à dyſenteria, & hernia,* & vt in alio *à paralypſi.* Et patet ex illo *Eſaiæ cap.*38. Ezechias ad mortem ægrotauit, & quia vulnus erat lethale, niſi diuina miſericordia ſubueniſſet, omninò mortuus fuiſſet Ezechias; & quamuis per miraculum fuerit liberatus, non tamen confeſtim ſanatus eſt vulnus, ſed adhibitis medicamentis; ait enim *ibid.* Scriptura: *Et iuſsit Eſaias, vt tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur.*

22. Vlteriùs non eſt contra rationem miraculi ſi ſanatus de proximo reincidat in eundem, aut alium morbum, vt patet de ſancta Petronilla, quæ à ſancto Petro eius patre ſanata eſt, ad effectum, vt diſcumbentibus miniſtraret. Panuin. *d. part.* 2. *art.* 6. Caſtellan. *d. quæſt.* 6. §. *Quæro, an ſit contra rationem miraculi ſi ſanatus,* Molfeſ. *conſ.* 46. *num.* 58. Rota *in relatione ſancti Franciſci de Paula in fin. fol.* 47. & ratio eſt, quia ea, quæ poſt miraculum accidunt, non tollunt veritatem miraculi iam patrati.

23. Quòd ſi obiiciatur ex Bart. *in l. maritus,*

num. 4.

*num.*4. *ff. locati,* quòd in dubio infirmitas de proximo reuersa præsumitur ex prima causa procedere, adeò, quòd Medico non debeat solui salarium, *cap. diuortium, de pœnit. distinct.*1. cum aliis per Ioan. Andr. allatis *in regula contractus, num.*5. *de regul. iur. in* 6. Respondetur id procedere in sanatis secundùm cursum naturæ humanæ, & adhibitis medicamentis; tunc enim, quia certò cognosci non potest, an verè fuerit sanatus, qui in eandem statim reincidit infirmitatem, præsumitur non sanatus in præiudicium Medici, cui ex pacto debebatur salarium. Sed hæc præsumptio non videtur posse locum habere in eo, qui nullis adhibitis medicamentis fuit miraculosè sanatus; quia miraculum habet manifestum effectum, sed causam omnibus occultam, ex S. Thom, *part.* 1. *quæst.*105. *art.*7. & sic in substantia respondet Castellan. *d.q.*6.

Ioannes Franciscus de Panuin. *in d. relatione S. Bonauent. part.*2. *art.*6. addit non esse contra rationem miraculi, quòd miraculum fiat cum tarditate, & ad maximam instantiam, vt patet de muliere Cananæa, & patet *lib.*2. *Regum, cap.*4. in mi-

raculo de oleo,& de filio Sunamitidis: vel si fiat ab eo, qui adhuc est in Purgatorio, vel si fiat ab eo, qui illud operando peccet, ex glos. *in cap. 20. Num.* vbi quòd Moyses, & Aaron cum percussione virgæ fecerunt effluere aquam de petra, habuerunt inanem gloriam: vel si fiat in hominem inuitum, vel si fiat in sideribus, elementis, auibus cœli, aut piscibus maris, vel animantibus terræ, aut arboribus, aut lapidibus, aut aliis quibuscunque creaturis, ac etiam ad damnationem, & pœnam malorum, vt *Actuum* 5. legitur de Saphira, & Anania, quæ cùm ad essentiam, naturámque miraculi sint conditiones, seu qualitates prorsus extrinsecæ, nec aliquid tollant, vel diminuant de ratione veri miraculi, in eis corroborandis, vel explicandis vlteriùs non immorabor.

CAPVT

CAPVT XVIII.

De probatione miraculorum.

SVMMARIVM.

1. *Miraculum probari non potest directè, vel à priori, sed indirectè, & à posteriori.*
2. *Quòd sit super omnem naturam creatam, adscribitur miraculo.*
3. *Duo testes contestes sufficiunt in probando miraculo.*
4. *Siue sint domestici.*
5. *Siue de vniuersitate.*
6. *Etiam Religiosorum.*
9. *Etiam Monialium.*
7. *Suspicio affectionis ad causam purgatur ex iuramento.*
8. *Religiosi præsumuntur deposuisse de licentia superioris.*

Testis ex voce etiam cognoscitur, d. num. 9.

10. *Reprobatur Vincentius, qui voluit probanda esse omnia miracula per eosdem testes, & num. seq.*

11. *Quilibet actus potest probari per duos testes.*

12. *Miraculum probari potest per duos testes peritos, qui non fuerunt miraculo præsentes.*

13. *Item probatur per duos testes, quorum duo probent præcedentem infirmitatem, & duo alij de sanctitate sequuta eadem, vel sequenti die.*

14. *Si vnus testis deponit se audiuisse principium Missæ, & alter finem, probatur Missæ celebratio.*

15. *Si duo testes probant de vno latere, & alij duo de alio, probatur consanguinitas.*

16. *Præscriptio probatur per duos testes deponentes de primo quinquennio, & alios duos de alio quinquennio.*

17. *Miraculum aliquando probatur per vnum testem.*

18. *Quando ex natura rei non potest aliunde probari.*

19. *Testi dicenti in sua persona patratum esse miraculum creditur.*

Coniugi deponenti contra se creditur ad effectum separationis ibid.

20. *Vnicus testis concurrentibus adminiculis probat.*

21. *Si, verbi gratia, concurrat publica vox, & fama, & communis reputatio, & n. 22.*
23. *Vel versemur in probando miraculo antiquitus facto. Contrà n. 24.*
25. *Causa canonizationis potius æquiparatur causæ ciuili, quàm criminali.*
26. *In causa canonizationis non agitur de præiudicio alicuius.*
27. *An miraculum sit probatum, si cum dicto testis concurrit assertio ipsius Sancti.*
28. *Miracula in genere probantur ex historiis, publica voce, & fama, concursu populi ad sepulchrum, ex votiuis tabellis, & testibus singularibus.*
29. *Sine miraculis in specie probatis Sedes Apostolica non consueuit canonizare.*
30. *Regulariter loquendo non sufficit dictum vnius testis, vel testium singularium ad probandum miraculum.*
31. *Vnicus testis probat semiplenè.*
32. *Tantum valet vnicus testis, quantum mille singulares.*

Miraculum non potest directè, seu 1.
à priori, vel per rerum principia probari, quia subiectum, in quo Deus operatur miraculum, non habet rerum

principia, hoc est, differentiam & speciem, nec habet causam aliquam præexistentem, vel aliquam qualitatem permanentem, à qua procedant miracula, vt declarat S. Thom. 2.2. *quæst.*178. *art.*1. *ad* 1. *argum.* nec potest visu, vel sensu directè cognosci, sed potest probari à posteriori, seu per indirectam probationem, & per necessariam consequentiam, & ratiocinationem, ex eo enim quòd video aliquid fuisse factum, & constat non potuisse fieri ex causa, vel arte aliqua naturali, in necessariam consequentiam, & indirectè probatur fuisse factum à causa altioris ordinis, & supernaturali, quæ dicitur indirecta probatio, vt explicat Bald. *in cap.*3. *loco* 5. *num.* 10. *de probat.* Vbi ait, quòd directa probatio est illa, quæ sine vllo medio attingit proprium finem, vt est probatio visus, tactus, & gustus, & aliorum sensuum, qui percipiunt rem prout in se est. Sed probatio indirecta fit per rationem argumentandi, & fit per antecedens, & consequens; antecedens est illud, per quod fit probatio; consequens id, quod est probandum. e.g. si volo probare quòd in paruo loco non sit nisi vnum corpus,

arguam

arguam sic: In hoc loco est Titius; ergo non est Seius. Consequentia probatur ex loci angustia, & arctitudine. *l. si vt certo. §. si duobus. ff. commodat.* Item sedit hîc Titius; ergo non Seius. *l.* 3. §. *ex contrario. ff. de acquir. poss.* Pari modo si probare voluero Thomam à natiuitate cæcum, fuisse miraculosè sanatum, arguam sic: Thomas erat cæcus, natura non potest præstare visum cæco; igitur visus restitutus est à Deo, qui est supra naturam, & solus potest cæco à natiuitate præstare visum. S. Thom. *part.* 1. *quæst.* 105. *art.* 8. Item si voluero probare vulnus fuisse miraculosè sanatum, arguam sic: Vulnus quod Ioseph habebat in crure, statim sanatum est facto signo Crucis; sed natura non potest sanare vulnus in instanti, sed solùm in tempore, & per varias alterationes, & operationes, *cap. fin. in fin. de pœnitent. dist.* 7. *cap. ipsa pietas*, 23. *quæst.* 4. Igitur sanatio non prouenit à natura, & per consequens adscribenda est miraculo. Idem dicendum est in febricitante, qui statim sanatus est, vel in extinctione ignis, qui adurens materiam aptam ad combustionem, vel signo Crucis, vel tactu reliquia-

rum, vel alio modo ad preces alicuius sancti viri statim extinctus est. Et hæc in substantia docent Canonistæ, Archid. *in cap. nec mirum, num.6. in fin. 26. quæst.5.* Ioan. Andr. *in cap. 1. num... de confessis in 6.* & *ibidem* Geminian. *n.8.* Ioan. Monach. *num.52.* Maluet. *de canoniz. dub.3. num.55.* Castell. *eod. tract. quæst.7. in princ.* qui referunt Archidiaconum. Martinus Laudensis *in quæst. de canonizatione sancti Bernardini vers. Sed dic, quod indirectè potest.* Simonett. *in relatione S. Francisci de Paula, vers. Sed ante omnia, fol.41.* Panuin. *in relatione S. Bonauent. part.2. art.4.* Rota *in relat. sancti Raymundi part.2. art.8. & in relatione S. Theresiæ de mirac. art.1.* dum iisdem ferè verbis affirmant miraculum non posse directè probari, quia subiectum, in quo fit, principia non habet, sed indirectè potest, quia cùm reperiam miraculum, quod naturæ vires excedat, vel quoad factum, vel quoad modum, & hoc constat esse factum non ex causa naturali, habeo indirectè, & consecutiuè esse factum ex
2. causa supernaturali. Quod † verò fit ex causa supernaturali supra vires totius naturæ creatæ, miraculo est tribuendum.

S.Thom.

S.Thom. *part.1. ſummæ quæſt.*105. *art.*8. *in corp.& quæſt.*110. *art.*4. *&* 2.2. *quæſt.* 178. *art.*2. Gloſſ. *in cap.vnic. verſ. Sedis Apoſtolicæ, de reliq.& vener.Sanct. in* 6. Doctor. *in cap.nec mirum,*26. *quæſt.*5. vbi Archid. *n.*6. Bellam. *num.*3. & alij, Collectar. *in cap.*1. *num.*5. *de reliq.& vener.Sanctor.* Gemin. *in cap.*1. *num.*7. *de confeſſ.in* 6. & *ibidem* Ioan. Monach. *num.*52. Panuin. Simonett. Caſtellan. Malüet. *locis ſuprà citatis.* Rot. *in relatione S.Hiacinthi de miracul.verſ. hic ergo, fol.* 4. *in relatione B.Corſini part.*3. §.2. *verſ.primo videre, in relat. ſancti Raymundi part.*2. *art.*8.

Ad hanc igitur indirectam miraculi probationem, ſeu ad probandum miraculum, duo teſtes conteſtes, & idonei, regulariter loquendo, ſufficiunt, *c.in omni, & cap.licèt, de teſtib.* Collectar. *in cap.* 1. *de reliq.& vener.Sanct. num.*6. *verſ. contra tamen hanc ſententiam*, Felyn. *in cap. licet ex quadam* 47. *num.*21. *verſ.primo caſu, de teſtib.* Gabr. *de teſtib.concl.*2. *num.*59. Panuin. *in relatione S. Bonauenturæ part.* 2. *art.*4. *ad fin.* Caſtellan. *de canon.quæſt.*7. §. *quæro, probatur per duos teſtes*, Rota *in relatione ſancti Raymundi part.* 2. *art.* 8. *in relatione ſancti*

Iſidori

Isidori in 4. mirac. post mortem, in relatione sancti Ignatij in 1. mirac. vers. hoc factum, in relatione B. Andreæ Auellini in 1. & 13. mirac. & alibi.

4. Etiam si testes sint domestici, vbi agitur de probando aliquo facto domestico, Molfes. *cons.* 46. *num.* 77. vel eius Religionis, in qua vixit, & decessit ille Sanctus, de cuius canonizatione agitur. Abb. *in cap. venerabili, num.* 1. *de testib.* Collectar. *in c.* 1. *num.* 5. *de reliq. & vener. Sanct.* Rota *in relatione sancti Hiacinthi de miraculis, vers. nec istis testib. sancti Corsini part.* 3. §. 2. *in princ. B. Beltrandi in miraculo multiplicationis pa-*
5 *nis.* Ex regula generali quòd † testes de vniuersitate admittuntur ad testimonium dicendum pro illa, quando de eorum singulari, & particulari commodo non agitur. Bald. *in cap. insuper, num.* 3. Felyn. *ibid. num.* 1. *vers. Est enim regula, de testib.* Rota *in Narnien. Confinium* 5. *Martij* 1604. *&* 18. *Decembris* 1606. *coram D. Coccino Rotæ De-*
6. *cano,* quæ † regula procedit etiam in vniuersitate Religiosorum. Gloss. *in Auth. de Monach.* §. *cogitandum,* & gloss. *in l. idonei. ff. de testib.* Bald. *in cap.* 3. *loco, verb. Fratres, de probat.* Dec. *cons.* 62. *in princ.* Afflict.

decis.

decis. 400. *num.*1. *versic. Et ideò Monachus*, Francisc. Curtius *de testib. conclus.* 4. *post num.* 15. Mandel. *cons.* 10. *num.* 2. vbi de Monialibus, Rota *in relatione sanctæ Ecclesiæ de mirac. art.*1. Neque † Religiosorum 7.
vniuersitati obstat suspicio affectionis ad causam, quia illa purgatur per iuramentum. Bald. *in cap. cùm Nuntius, in princ. vers. sed istis*, Felyn. *in d. cap. insuper, n.*1. *vers. Et si dicatur, de probat.* Quòd † si non ap- 8.
paret an deposuerint cum licentia suorum superiorum, illa præsumitur in dubio, si plures Religiosi fuerint examinati. Corn. *consil.* 135. *num.* 33. *lib.* 1. Guidop. *decis.* 517. Siluan. *consil.* 16. *num.* 6. *&* 7. Aretin. *in dicto cap. cùm Nuntius, numero* 11. vbi quòd opinio Abbatis *in cap.* 1. *de iurament. calumn.* seruatur in praxi. Sed † quid si testes de vniuersitate sunt 9.
Moniales, quæ non videntur propter lignum, seu pannum intermedium, dum per iudicem examinantur, an sint idoneæ ad testificandum in causa canonizationis? Et credo, quòd sic, si ex vocis diuersitate dignosci possunt, ita vt certum videatur iudici plures esse Moniales, quæ examinantur, & non vnam, quæ plurium voces imitetur,

imitetur, ex vocis enim diuersitate cognosci potest diuersitas personarum, maximè in longo examine, in quo illa ratio fingendi vocem alterius cessare videtur, propter temporis diuturnitatem, & verborum pluralitatem, & religiosam Monialium mentem, *Exodi cap.* 22. *& iudic. cap.* 18. ibi, *cognoscetis vocem adolescentis*; *& lib.* 1. *Reg. cap.* 27. ibi, *Cognouit Saül vocem Dauid*; *& Genes. cap.* 17. ibi, *Vox quidem Iacob est.* Gloss. *in l.* 2. §. *idem Labeo, el* 1. *verb. audierint. ff. de aqu. pluu. arcen.* Bald. *in l. conuenticula, num.* 8. *vers. Sed ego dico*, vbi quòd talis probatio est sufficiens in casibus, in quibus non requiritur visio. *C. de Episc. & Cler.* Specul. *de teste*, §. *nunc tractandum* 7. *num.* 15. Aymon *cons.* 2. *n.* 4. Felyn. *in cap. cùm causam, num.* 9. *in princ. de testib. & attestat.* & licèt Bart. *in tract. testimoniorum, num.* 27. dicat vocem facere indicium, non autem probare, attamen ipse loquitur in casu, quo vox eiusdem hominis auditur in temporibus valde diuersis, & in diuersis instantiis, & ætatibus, non autem in casu, quo facilè potest fieri comparatio vocis vnius cum voce alterius, & concurrunt aliæ coniecturæ; quinimò

imò Bartol. reprobatur per Baldum *vbi suprà*, & quòd testes deponentes se aliquem cognouisse ad vocem, si concurrunt adminicula, probent etiam in criminalibus, tenet Franc. Casonus *de indic. tract.* 8. *cap.* 1. *num.* 1.

Vnde malè videtur locutus Vincentius *in cap. venerabili, de testib.* qui censuit ad Sanctum canonizandum probandam esse frequentiam miraculorum per eosdem testes, & non sufficere probare per duos testes tali die factum fuisse miraculum ad inuocationem alicuius Sancti, & aliud eadem die, vel sequenti per alios duos testes ad inuocationem eiusdem Sancti, quia diuersa probarent, nec concordarent in idem, neque in eundem actum, §. 1. *Instit. de duob. reis, cap. licèt ex quadam, de testib.* quem refert, & sequi videtur Archid. *in d. cap. nec mirum*, 26. *quæst.* 5. *n.* 7. *vers. & nota*, & *ibid.* Bellam. *num.* 4. & Maluet. *de canon. Sanct. dub.* 3. *num.* 60. 10. 11.

Primò, quia est contra iura, quæ dicunt: In ore duorum, vel trium stat omne verbum, *dicto cap. in omni, de testib.* cum suprà cit.

Secundò,

Secundò, quia si opinioni d. Vincentij locus foret, impossibile esset aliquem Sanctum canonizare, nisi ipse de cuius canonizatione agitur eosdem testes semper secum duceret, qui viderent ipsum facientem miracula, & postea de miraculis testificarentur, quod est valdè absurdum. Tum quia duo testes faciliùs possunt seduci, & falsitates fingi, tum quia pauperes, qui nullos secum possunt adducere, nullo modo possent canonizari.

Tertiò, quia Sancti plura post obitum operantur miracula in diuersis personis, & diuersis locis, vnde secundùm dictam opinionem esset necesse, vt testes, qui viderunt miracula facta in vita, vel qui vident facta post mortem, essent præsentes in pluribus locis eodem ferè tempore, quod naturaliter est impossibile. *l. optimam, C. de contrah. & committ. stipul.*

11. Quartò, quia ad probandum actus specificos non sunt necessarij testes iidem, sed quilibet actus potest per duos testes probari, *cap. licèt ex quadam* 47. *de testib.* vbi gloss. *verb. gradus, vers. hoc concedebat, & in cap. de parentela* 35. *quæst.* 6. Igitur in probandis diuersis miraculis, præsertim

diuerso

diuerſo tempore factis, nõn ſunt neceſſarij teſtes iidem, ſed ſufficit, quòd vnum miraculum probetur per duos, vel tres teſtes, & alterum miraculum per alios teſtes, & cùm in canonizatione Sanctorum nihil ſpeciale ſit, quoad hanc probationem, in iure ſancitum, ſeruanda eſt communis regula, reiecta dicta imaginaria opinione Vincentij, prout illam reiiciunt Collectar. Panuin. Caſtellan. & alij *ſuprà* citati, & Rota *in relatione ſancti Hiacinthi in* 8. *miraculo, verſ. nec contra*, vbi etiam atteſtatur, quòd Sedes Apoſtolica non ſeruat opinionem Vincentij.

Ampliatur concluſio, vt miraculum 12. poſſit probari nõn ſolùm per teſtes, qui fuerunt miraculo præſentes, ſed etiam per duos peritos, e. g. Medicos, vel Chirurgos, qui non fuerunt præſentes miraculo, ſed perſpectis omnibus facti circunſtantiis, de quibus teſtes deponunt, concludant ſanationem, vel factum non potuiſſe fieri ex cauſa naturali, & in neceſſariam conſequentiam cenſeant miraculo eſſe adſcribendam; vt fuit concluſum *in relatione S. Franciſcæ, & S. Caroli, S. Ignatij in* 1. *miraculo, & B. Thomæ Archiepi-*

ſcopi Valentini per Anchar. *conſ.* 330. *n.* 6. Bald. *conſ.* 136. *num.* 4. *verſ. Et ſi dicitur, & conſ.* 237. *ante med. verſ. alia lex, lib.* 2. Clar. *in* §. *homicidium, num.* 43.

13. Secundò miraculum probatur per duos teſtes conteſtes, quorum duo probent præcedentem infirmitatem alicuius incurabilem ſecundùm naturam, vtputa ex aliquo vulnere, vel fractura, & ſimilibus; & alij duo teſtes probent de perfecta ſanatione ſequuta vel eadem die, vel die ſequenti, cum inuocatione, ſeu voto emiſſo ad illum Sanctum, de cuius canonizatione tractatur, vt tenuit Panuin. *in relat. ſancti Bonauent. part.* 2. *artic.* 4. *in fin.* ex gloſ. *in cap. nihilominus* 3. *quæſt.* 9. *verb.*
14. *ſimul. verſ. vel ſi aliqui*, vbi quòd † vnus teſtis deponit ſe audiuiſſe principiū Miſſæ recitatæ à Titio, & alter finem, probatur Titium Miſſam celebraſſe, propter actus continuationem, & ſequitur Caſtellan. *de canoniz. quæſt.* 7. §. *quæro duo teſtes*, & Rota *in relatione B. Andreæ Auellini in* 4. *miraculo, & in relatione B. Caietani Irenæi in* 3. *miracul.* facit gloſ. *in d. cap. licèt ex quadam, de*
15. *teſtib. verb. gradus*, vbi † quòd conſanguinitas remanet probata, ſi duo teſtes probant

bant de vno latere, & alij duo de alio latere, & Bald. *in l. testium, vers. circa primas interrogationes*, vbi † quòd remanet pro- 16.
bata præscriptio decennij, si duo testes probent de primo quinquennio, & alij duo testes de secundo quinquennio, quia hæ duæ probationes coniunguntur, & Panormit. *in d. cap. licèt ex quadam*, vbi quòd si in probando dominio duo testes probent titulum, & duo alij traditionem, elicitur probatio dominij, ex *l. 2. C. de acquir. possess.* Aduertendum tamen est in huiusmodi miraculi probatione, an illa sanatio potuerit fieri, vel contingere ex aliqua causa naturali in illo tempore intermedio inter ægritudinem, & sanationem, ita vt si naturaliter fieri non potuit miraculum, dicatur concludenter probatum.

Tertiò miraculum aliquando proba- 17.
tur per vnicum testem fide dignum. Specul. *in tit. de teste*, § 1. *restat, num.* 1. Nellus *de testib. part.* 1. §. *sed an credatur, num.* 85. Cassan. *ad consuetudines Burgund. rubr.* 1. §. 6. Gabr. *de testib. concl.* 1. & 2. *num.* 59. Gramm. *cons.* 13. *num.* 15. & 16. Iason *in l. properandum.* §. *sin autem. C. de iudic.* Molfes.

 cons. 46.

cons.46. num. 63. *& seq.* Prosper de sancta Cruce *decis.* 182. Rota *in relatione sancti Hiacinthi in* 8.*mirac. vers. occurrunt, fol.* 50. vbi quòd vnico testi fidem adhibuit Leo III. dum S.Succibertum canonizauit, & Innoc. III. *in canonizatione sancti Homoboni*, magnam fidem adhibuit testimonio Osbertij Presbyteri, qui fuerat patrinus dicti Sancti,& Bonifacius IX. in probandis miraculis S. Brigidæ admisit testimonium filiæ, vt refert Panuinus *in relat. sancti Bonauenturæ part.*2.*art.*4. Simonetta
17. *in relat.sancti Francisci de Paula,in fin.*† Ex ea ratione, quia vbi agitur de aliquo probando, & non agitur de præiudicio alterius, statur dicto vnius testis.

18. Quando scilicet ex natura miraculi illud non potest probari, nisi per vnicum testem, vt euenit in reuelationibus,& apparitionibus illius, de cuius canonizatione agitur, & huiusmodi, tunc enim sufficit vnicus testis ad probandam reuelationem, vel sanationem ex apparitione secutam. Rota *in relatione sancti Raymundi, part.*2. *art.*8. *vers. non tamen, in relat.sanctæ Franciscæ, part.*3. *art.*2. *mirac.*8. *& artic.*4. *mirac.*9. *in relat sancti Caroli part.*3 *mirac.*4.

in

in relatione sancti Ignatij mirac.2.& 3.in relatione sanctæ Theresiæ de miraculis tit. de aliquibus mirabilibus. vbi quòd illa; quæ erant probata per testes singulares, iudicarunt Auditores tanquam mirabilia, & notatu digna, *in relatione B.Petri de Alcantara part.2.de aliquibus apparitionibus,in fin. in relat. sancti Didaci, in* §. 10. *in fin.* vbi aliàs, quòd probatio per testes singulares non dicitur plena.

19. Sicuti creditur testi dicenti in sua persona patratum esse miraculum; quando aliter probari non potest, cùm de facto proprio deponat. Castren. *in l. quicumque num.*11.*C. de seru.fugitiu. & cons.*331. *n.*3. *part.*1.Bart.*de testib. num.*57. *ad fin.* Gabr. *de testib.concl.*1.*num.*18.*limit.*3. Simonett. *in relatione sancti Francisci de Paula, vers. vltimo,fol.*45. *in relatione B. Iacobi de Marchia in* 5.*mirac.in relatione B. Andreæ Auellini in* 4. *miraculo.* & vni ex coniugibus deponenti contrà se ad effectum separationis thori creditur; *cap.ex litteris* 5. *de diuort.*vbi Abb.*in* 2.*notabili.* Anch. *num.*4. *cap.intelleximus,de adulteriis; cap.quod Deo* 33.*quæst.*5.gloss.*in cap.super eo* 5. *verb. confessionem, propè fin. de eo, qui cognouit con-*

ſang.vxoris ſuæ, Brunell. *de ſponſal.concl.29. num.2 ,verſ.3. limitatur.* Gabr. *concluſ.161. num.10.lib.1.* Menoch. *de arbitr. lib.2. centur.2.caſu 103. num.7.* Sanch. *de matrimon. lib.2.diſp.45.num.36.*

20. Vel quando cum dicto vnius teſtis concurrunt indicia, & adminicula, ex quibus iudex poteſt animum ſuum informare, quòd teſti ſit credendum. Socin. ſen. *conſ.62.in princ.num.6.lib.1.* Hoſtienſ. *in cap.fin.de ſucceſ.ab inteſt.* Cæſar de Graſſis *deciſ. 3. num. 6. de probat.* Rota *in relat. S.Hiacinthi in 8. miracul. verſ. nec dubium, fol.51. & in relatione ſancti Ignatij mirac.2. in fin.*

21. Vtputa ſi cum dicto vnius teſtis de viſu concurrat publica vox, & fama probata ſaltem per duos teſtes, tunc enim miraculum remanet probatum. Simonett. *in relatione ſancti Franciſci de Paula in fin. verſ.vltimo communis eſt, fol.45.* Rota *in relatione ſancti Hiacinthi, propè finem, verſic. Superioribus annis, in relat. B. Corſini part.3. §.3.ad fin. in relat. ſancti Ignatij 1. miracul.* per gloſſ. *in cap.1.verb.fabam*, & *ibi* Bald. *num.3.* Abb. *num.8.* Dec. *num.64. de appell.* Et ratio eſt, quia publica vox, & fama

etiam

etiam in recentibus facit semiplenam probationem. Bartol. *in l. de minore. §. tormenta, n. 3. vers. Si verò, de quastion.* Butr. *in cap. veniens* il 1. *num.* 1. *vers. si aliter factum esset.* Abb. *num.* 8. *de testib.* Rota *in relatione B. Thomæ de Villanou. in miracul. post titulum de fide, vers. & prædictæ probationes,* &c. *ad fin.* præsertim † si concurrat com- 22.
munis reputatio, quæ etiam facit aliqualem probationem. Alex. *cons.* 51. *num.* 2. & 4. *lib.* 1. Butr. *in cap. transmissa num.* 10. *vers. Quandoque, qui filij sint legitimi.* Rota *in d. relatione B. Thomæ, vbi suprà.* Vel † ver- 23.
semur in probando miraculo antiquitus facto, quo casu sine dubio miraculum probatur per vnicum testem de visu, & duobus, vel pluribus testibus longo pòst tempore examinatis deponẽtibus de publica voce, & fama, *c. veniens* 10. *de testib.* vbi gloss. *verb. illorum,* & ex traditis per Innoc. *in cap. quid per nouale, de verbor. signif.* & Doctor. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Bartol. Butr. & alij *suprà* citati, & dixi *in cap. de sanctitate vitæ num....* Cassad. *decis.* 2. *num.* 23. *de probat.* Put. *decis.* 13. & 21. *de fid. instrum.* & Rota *in relatione sancti Raymundi p.* 2. *art.* 10. *vers. supradictis,* vbi quòd te-

ſtes de publica voce, & fama in antiq. pro-
24. bant miracula †, licèt Caſtellanus *de canoniz. quæſt. 7. §. Quæro quid ſi in caſu*, concludat miraculum non remanere probatum ex dicto vnius teſtis de certa ſcientia, ſi cum illo fama concurrat in facto de recenti, ex ea ratione quòd canonizatio vtpote vna de maioribus cauſis æquiparatur cauſis criminalibus, in quibus ad condemnationem hominis non ſufficit vnicus teſtis, cum fama, per gloſſ. *in d. cap.*
25. *veniens, verb. illorum, de teſtib.* † Sed hæc ratio parum me mouet, quia in iure non parificantur probatio in cauſa canonizationis, & probatio in cauſa criminali, ſed parificatur probationi in cauſa ciuili, licèt cum maxima diligentia procedatur, vt *in cap. venerabili, de teſtib.* Maluet. poſt Aretinum *de canon. dub. 3. num. 65.* Panuin. *in relat. S. Bonauenturæ, part. 2. art. 4. propè prin-*
26. *cip.* Secundò †, quia in cauſa canonizationis non agitur de præiudicio certæ, vel incertæ perſonæ, vel de præiudicio animæ, vel fidei, ſicuti in cauſa hæreſis, vt ad iura per Caſtellanum adducta reſpondens explicat Maluet. *vbi ſuprà numero 68.*

Quid

Quid si cum dicto vnius testis con- 27.
currat etiam assertio ipsius Sancti, qui fecit miraculum, an miraculum censeatur plenè probatum in casu, quo vnicus testis aliàs per se solus non probaret; & videtur dicendum, quòd sic, quia assertio ipsius Sancti, qui fecit miraculum, multum operatur ad miraculi probationem, vt aduertit Rota *in relatione sancti Thomæ à Villanoua, in miraculo posito post titulum de fide, vers. Et prædicta, & in relatione B. Paschalis Bailon tit. de fide, vers. & hanc fidem*, ex auctoritate sacræ Scripturæ, in qua fides adhibetur Iudith de se referenti, quæ in Holofernis cubiculo gesserat, & sancto Paulo 2. *Corinth. cap.* 4. *&* 10. tribulationes suas enarranti, & ex Cōcilio Niceno II. *action.* 4. in quo fuit adhibita fides historiæ sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, in qua multa leguntur, quæ Abbas Zosimus sciuit ex relatione sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, & sancti Gregorij *lib.* 18. *moralium, cap.* 5. *aliàs* 7. Sed crederem nihil posse certò firmari, nisi ponderatis omnibus facti circumstantiis, ideóque relinquendum esse iudicantis religioni, qui omnibus pensatis statuere debeat, quæ & quanta fides ad-

hibenda sit testi, ad *l. testium fides. §. ideoque. ff. de testib.*

28. Vel si ageretur de probando in genere, quòd canonizandus miracula fecisset, tunc enim non solùm ex historicis, & publica voce, & fama, & concursu populi ad sepulchrum, ex votiuis tabellis, & aliis signis censerentur probata miracula in genere, vt aduertitur *in relatione S. Raymundi part. 2. art. 9.* sed etiam ex testibus singularibus, quorum vnus deponeret canonizandum illuminasse cæcos, alter sanasse infirmos, alius suscitasse mortuos. Felyn. *in cap. licèt ex quadam, num. 2. §. 1. casu, vers. Sed ex quo nullus, de testib.* Socin. *in cap. qualiter, & quando num. 583. versic. similiter si volo probare, de accusat.* Rimin. iun. *cons. 7. num. 132.* quem sequitur Mol-

29. fes. *cons. 46. num. 65. 70. & seq.* † Licèt stante huiusmodi generica probatione Sedes Apostolica non consueuerit aliquem canonizare sine aliquibus miraculis in indiuiduo probatis. *cap. venerabili, de testib.* Canonistæ *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanct.* vbi Hostiens. *num. 5. vers. hoc autem secundum, & num. 6.* Ioan. Andr. *n. 4. versic. Et nota secundùm Innoc.* Anchar. *num. 5. vers.*

verſ.ſit etiam iſta probatio, Maluet. *de canoni\ at.Sanct.dub.3.num.63.verſ.vnum ſubiungit.*

Regulariter verò loquendo non ſuffi- 30.
cit dictum vnius teſtis ad probandum miraculum, neque dictum plurium teſtium, qui deponant de diuerſo actu, vel diuerſo miraculo, quia quilibet teſtis remanet in ſuo dicto ſingularis,& de diuerſo facto deponit. Butr. *in cap.cùm oporteat, quæſt.9.num.20.verſ.Vnde dicit,quòd teſtes non probant,de accuſat.*Felyn.*in cap. licèt ex quadam, num.2. verſ.1.caſu, de teſtib.* vbi quòd ſi eſſent mille, non probant, Alex. *conſ.*100. *num.*5. *verſ. Vnde ſi volo probare, lib.*1.*& conſ.*72.*n.*3. *eodem lib. & conſ.*104. *num.*8.*lib.*3.Purpur.*in l.*1.*num.*106.*ff.ſi cert. pet.*Gabr.*de teſtib.concl.*2. *num.*59. *verſ. Secundò limita*,Ripa *in l.admonendi,num.*207. *ff.ſi cert.petat.*Socin.*in cap.qualiter,& quando num.*583.*propè fin.de accuſat.*Archidiac. *in c.nec mirum*, 26.*quæſt.*5.*num.*7. Martin. Lauden.*de canoniz.ſancti Bernardini,verſ. Rurſus verò Vincentius*, Caſtellan. *de canonizat.quæſt.*7.*verſ.Quæro vnus teſtis.* Licèt
† vnicus teſtis,quando ſunt plures depo- 31.
nentes de miraculis,probet ſemiplenè, vt voluit

voluit Felyn. *vbi ſuprà.§.primo caſu, verſic. Cui adde*, & ſubdit, quòd ſi duodecim teſtes deponunt de duodecim miraculis, probant numerum miraculorum, ſcilicet ſex miracula. quod vltimum non placet, quia omnes teſtes ſunt in ſuo dictò ſingulares; & ſi coniungantur; nihilominus
30. ſemper remanent ſingulares, & † tantum valet vnus teſtis, quantum mille, Bald. *in l.iuſiurandi.C.de teſtib.* ad text. *in cap.bonæ, de elect.& in cap.cùm dilecti, & in cap.licèt cauſam, de probat.*

CAPVT XIX.

An ſint neceſſaria miracula ad canonizationem.

SVMMARIVM.

1. *Sola ſanctitas abſque miraculis ſufficit ad canonizationem.*
2. *Eccleſia non conſueuit aliquem canonizare ſine miraculis, quia ſecluſa reuelatione diuina ſanctitas non videtur poſſe probari abſque miraculis.*

Sola

SOla sanctitas vitæ absque miraculis 1.
sufficit ad hoc vt aliquis possit canonizari, vt docet Augustin. de Ancona *de potest. Eccles. quæst.* 15. *art.* 2. ex authoritate S. Leonis *in cap. miramur* 61. *distinct.* Felyn. *in cap. venerabili, num.* 1. *in fin. de testib.* Abb. *ibid. num.* 1. *in princ.* & ad effectum consequendi gloriam, & beatitudinem. & Ecclesia plurimos veneratur, vt in Sanctorum patriam receptos, quos tamen non constat fecisse miracula, vt tenent authores *infrà* citandi.

Sed Ecclesia non consueuit aliquem 2.
canonizare, nisi priùs sibi constiterit de sanctitate vitæ, & miraculis, vt *in lib.* 1. *sacrar. cæremoniar. sect.* 6. quia seclusa reuelatiōne diuina non potest certò cognosci alicuius sanctitas, nisi per euidentiam miraculorum, vel saltem ad maiorem sanctitatis certitudinem, & probari videtur ex text. *in cap. venerabili, de testib.* vbi gloss. *verb. super vita*, Host. *num.* 2. Cardin. *num.* 1. Ioan. Andr. *num.* 4. Imol. *in princ.* Butr. *num.* 2. Bellamer. *num.* 2. *vers. quartò nota*, Aretin. *num.* 1. Felyn. pariter *num.* 1. & Abb. *num.* 1. Guidopap. *num.* 1. Anania *in princ.* Doctores *in cap.* 1. *de reliq. & ve-*

ner.

ner. Sanct. vbi Hoſtien. *num.* 5 *verſ. hoc autem ſecundò.* Innoc. Ioan, Andr. *n.* 4. Butr. *num.* 7. Anchar. *num.* 5. Gloſſ. *in cap. vnic. de reliq. & vener. Sanctor. in* 6. *verb. Sedis Apoſtolicæ*, & *ibid.* Archid. *num.* 5. *& in cap. nec mirum* 26. *quæſt.* 5. *num.* 6. Idem Hoſtien. *in ſumm. de reliq. & vener. Sanct. num.* 3. *verſ. Item quærendum eſt*, Caſſan. *in catalog. glor. mund. part.* 3. *conſid.* 50. Syluest. *in ſumma verb. canonizatio, num.* 1. *quæſt.* 2. *verſ. inquiritur*, Tabiena, & Angel. *eod. verb. num.* 1. Maſcard. *de probat concl.* 262. *num.* 2. *tom.* 1. Molfeſ. *conſil.* 46. *num.* 59. Caſtellan. *de canon. Sanct. quæſt.* 4. *in princ.* Maluet. *eod. tract. dub.* 3. *num.* 1. *& ſeq. & num.* 73. & videre eſt in diplomate canonizationis ſancti Homoboni factæ per Innocentium III. Dominicus Anfoſſius *de reliq. cultu*, §. 24. *n.* 3. & ſæpiùs dixit Rota, vt *in relatione S. Bonauenturæ, part.* 1. *art.* 8. *& 9. in relationibus ſancti Hiacinthi tit. de fide proceſſus, verſ.* 3. *& poſtremum eſt*, *& in* 3. *cap. verſ. Et quantum ad ſanctitatem, & de miraculis. verſ. præmiſſis addimus, fol.* 34. *ſancti Caroli, part.* 2. *in princ. ſancti Raymundi, part.* 2. *art.* 9. *ſancti Iſidori de mirac. in princ. S. Thereſiæ de mirac. in princ. B. Thomæ*

mæ de Villanoua post proœmium, vers. quod autem, B. Aloysij Gonzagæ in fin. proœmij, B. Paschalis Bailon, de mirac. in princ. B. Bertrandi in tit. de mirac. in princ. B. Petri de Alcantara, part. 3. in princ.

CAPVT XIX.

An sint necessaria miracula in vita, & post mortem, & quot.

SVMMARIVM.

1. *Miracula in vita, & post mortem videntur necessaria ad canonizationem.*
2. *Sufficiunt sola miracula post mortem.*
3. *Quæ sunt indubitata signa sanctitatis.*
4. *An miracula in vita sufficiant, & n. 5. & 6.*
7. *Mali faciunt etiam miracula in vita, & num. 8.*
9. *An requiratur, quòd canonizandus fecerit plura miracula, & quot.*

CAnonistæ videntur communiter requirere miracula in vita, & post mortem. Gloss. *in cap. 1. verb. Sedis Apostolicæ, vers.* 1.

verſ. quærendum eſt etiam de miraculis, &c. *de reliq. & vener. Sanctor. in* 6. Bellam. *in cap. venerabili, num.*2. *verſ.*4. *not. de teſtib.* vbi dicit eſſe inquirendum de miraculis etiam in vita. Hoſtien. *ibid. n.* 2. *verſ. Et non ſolùm*, vbi quod debet quæri de miraculis factis etiam poſt mortem, *& in ſum. de reliq. & vener. Sanct. num.* 3. *verſ. Item quærendum eſt*. Goffred. *in ſumm. eod. tit. num.* 2. Sylueſt. *in ſumm. verb. canonizatio, num.*1. *quæſt.*2. Aſtenſis *in ſum. lib.*6. *tit.*29. *de conſecr. Eccleſ. artic.* 5. *verſ. Quæri etiam debet de miraculis*. Caſtell. *de canon. Sanct. quæſt.* 5. *verſ.* 5. *neceſſaria eſſe miracula*. Maſcard. *de probat. concl.* 262. *num.* 42. *&* 49. *tom.*1.

2. Sed contraria ſententia eſt de iure verior, ſcilicet ſufficere ſola miracula poſt mortem, quam docet S. Thom. 2.2. *q.*178. *art.*2. *in corp.* ibi, *vel in vita eorum, vel etiam poſt mortem*. Caſſan. *in catalog. gloriæ mundi, part.* 3. *conſid.*49. *in princ.* Maluet. *de canon. Sanct. dub.* 3. *num.*73. & patet ex diplomate Innocentij III. *in canonizatione ſancti Homoboni*, ibi, *duo tamen*, &c. opera ſcilicet pietatis in vita, & miraculorum ſigna poſt mortem, vt quis reputetur Sanctus

in

in militari Ecclesia requirũtur, Dominic. Ansoss. *de reliq. cultu*, §. 23. *num.* 41. Rota *in relationibus sancti Bonauenturæ p. 2. art. 3. sancti Raymundi part. 2. art. 7. sanctæ Franciscæ part. 3. art. 1. de miraculis in genere, vers. Quintò præmittendum est, sancti Caroli p. 3. in princ. sanctæ Theresiæ de mirac. in princ. S. Hiacinthi tit. de miracul. versic. Cæterùm, sancti Ignatij tit. de miracul.* Et ratio est,
† quia miracula post mortem sunt certa, 3.
& indubitata signa sanctitatis, vt dixi *in cap. de sanctitate*, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 178. *artic.* 1. & propter miraculorum euidentiam potest aliquis canonizari, vt ait Augustin. de Ancona *de potest. Eccles. art.* 4. & mouetur ex illo, quod scribitur *ad Hebr.* 2. vbi quòd Christi veritas, & sanctitas confirmata est, contestante Deo signis, & potentiis, & variis virtutibus.

Secundò miracula facta in vita ex vir- 4.
tute fidei, vel ea quæ Deus operatur ad ostendendum actum aliquem sibi fuisse gratum, non sunt necessaria, nec sufficiunt ad canonizationem, quia non probant per necesse sanctitatem, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 178. *art.* 2. *in corp.* Cassan. *in catalog. glor. mundi, part.* 3. *consid.* 50. Rota *in*

relationibus sancti Raymundi part. 2. art. 7. sancti Bonauent. part. 2. art. 3. B. Corsini p. 2. §. 11. S. Franciscæ part. 3. art. 1. vers. Quintò, sancti Caroli p. 3. vers. veritas est, sancti Hiacinthi cap. 3. vers. Quibus addimus, sancti Isidori de mirac. in princ. S. Theresiæ in princ. processus, B. Bertrandi de miracul. vers. Est igitur.

5. Primò, quia si in vita probanda essent miracula, multi non possent canonizari, qui tamen post mortem miraculis claruerunt. nam multi verè Sancti, vel quia se non obtulit occasio, vel ob eorum humilitatem, qui id non sunt ausi petere à Deo, vel propter occultum Dei iudicium præuidentis id Sanctis suis non expedire, nulla miracula in vita fecerunt.

6. Secundò, quia miracula requiruntur ad hoc, vt certum sit Ecclesiæ iudicium de sanctitate canonizandi, quæ certitudo plenius habetur ex miraculis post mortem editis, quàm ex miraculis editis in vita, quæ etiam mali facere possunt, vt mox dicam.

7. Tertiò, quia miracula in vita faciunt etiam homines perditi, in quibus nulla est excellentia, vel sanctitas vitæ, & hæc vel

ex

ex virtute, vel ex dono aliquo spirituali, vel diabolica suggestione, *cap. teneamus* 56. 1. *quæst.* 1. vbi quòd Magi Pharaonis faciebant miracula similia Moysi; scilicet virgas in serpentes conuerterunt, & aquam in sanguinem,& aquã ranis ebullire fecerunt, *& cap. prophetauit* 79. vbi quòd Saul malus Rex prophetauit cùm Dauid Sanctum persequeretur. Aretin.*in cap. venerabili, num.... de testib.* Abb. *ibid. num*...vbi dicit hoc esse notandum contra quasdam vetulas; quæ sine merito vitæ miracula faciunt,Maluet. *de canon. dub.*3. *num.*24.*&* 73. Castell.*eod.tract. quæst.*4. *& quæst.*6.§. *quæro,quid sit miraculum*;Panuin. *in relat. S.Bonauenturæ part.*2. *art.*2.

Quartò, quia potest stare, quòd Deus faciat miracula in persona alicuius in vita propter eius bonitatem, & postea ille, ob cuius bonitatem ostendendam facta sunt miracula, à recta via defecerit, vel ob defectum fortè fidei superuenientem ex diabolica suggestione damnetur; vt de se patet, & aduertit Maluet. *dicto dub.* 3. *num.* 73. 8.

Quantum attinet ad numerum miraculorum, Canonistæ docẽt requiri,quòd 9.

in multis fuerit glorioſus ille de cuius canonizatione tractatur, iuxta illud Eccleſ. cap.44. *Laudemus viros glorioſos*, &c. *multam gloriam fecit Dominus*, &c. Archid. *in cap. nec mirum. 26. quæſt. 5. num.7. verſ. & nota*, ſecundùm Bellam. *ibid.num.*4. Ioan. Andr.*in cap.* 1. *de reliq. & vener.Sanct.*vbi cæteri Doctores,Maſcard. *de probat. concl.* 262. *num.* 45. Maluet, *de canoniz, dub.* 3. *num.6*. Caſtell. *eod.tract.quæſt*.4.qui,ſicuti Ioan. Andreæ, dicunt requiri quòd canonizandus non in vno, & ſemel tantùm fuerit glorioſus, ſed requiritur, quòd in multis, & multoties,immò continuè eius vita fuerit glorioſa,ſed nullus determinatum numerum explicat. Panuin. *in relat. S.Bonau. p.2.artic.*3, tenet aliqua ſufficere. Auditores Rotæ *in relatione ſancti Hiacinthi de miraculis*, *verſ. Sed hic eſt aduertendum,fol.* 36. tenent poſſe deueniri ad canonizationem duobus,vel tribus miraculis plenè probatis, *& in relatione B.Corſini part. 2. dub.* 10, vbi tamen, quod placet, praxis,quòd debeant expectari plura miracula. Et ratio eſt,quia miracula requiruntur ad certò, & clarè probandum canonizandi ſanctitatem; plura verò mira-
cula

cula ad ſecurius, & certius reddendum Sedis Apoſtolicæ iudicium, quæ probatio, & certitudo, cùm poſſit haberi ex euidentia duorum, vel trium miraculorum, non videtur maior numerus neceſſarius, licèt plura poſt mortem miracula euidentiorem demonſtrent ſanctitatem.

CAPVT XXI.

An in Martyris canonizatione miracula requirantur.

SVMMARIVM.

1. *An miracula ſint neceſſaria in Martyrum canonizatione, per totum.*
   Mandatur capi informatio tam in iure, quàm in Cæremoniali ſuper miraculis, ibid. & n. 2. & 3.
4. *Martyrium eſt commune bonis, & malis.*
5. *Martyrium eſt indubitatum ſignum ſanctitatis.*
6. *Martyrium maximè demonſtrat perfectionem charitatis, & n. 7.*
8. *Cauſa martyrij finaliter, & terminatiuè* eſt

est defensio, & confessio fidei Christianæ.
9. *In officio Martyrum nullibi Ecclesia meminit de miraculis.*
10. *Processus Martyrum faciliùs, & leuiùs expediuntur.*
11. *Tutior est opinio, quæ in Martyrum canonizatione miracula requirit.*
12. Cap. venerabili, de testibus, *& Cæremoniale Romanum loquuntur de Confessore.*
13. *Mori pro defensione veritatis fidei, quæ est causa martyrij extrinseca, & charitas, quæ est causa martyrij meritoria intrinseca, non est communis bonis, & malis.*
14. *Miracula sunt signa sanctitatis, non autem causa sanctitatis sicuti est martyrium.*

QVòd miracula in Martyrum canonizatione sint necessaria, probatur.
1. Primò ex *cap. venerabili, de testib.* in quo mandatur capi informationem super vita, & miraculis canonizandi. ibi, *super vita, & miraculis.*
2. Secundò ex *lib. 1. sect. 6. in princ.* quod genera

generaliter loquitur,& requirit,quòd canonizandus miraculis coruſcauerit; igitur requiruntur miracula tam in Confeſſore,quàm in Martyre.

Tertiò, quia in Martyre requiruntur 3.
ſigna ſanctitatis; ergo requiruntur miracula,quæ ſola reſpectu Martyris videntur eſſe ſigna ſanctitatis.

Quartò, quia martyrium eſt commu- 4.
ne bonis,& malis.*cap.vide* 1.*quæſt.*1. igitur ad hoc, vt certum ſit Eccleſiæ iudicium quòd Martyr paſſus ſit ex bono zelo, & in charitate, ideóque receptus ſit in Patria,neceſſaria ſunt miracula,& hanc opinionem videtur tenere Hoſtienſ. *in ſumma tit.de reliq. & vener. Sanct.*§. *& hæc intelligas*,S.Antonin.*eod.tit:in ſumma part.*3. §. 1. vbi quòd in canonizatione Martyrum quæritur de miraculis, & cauſa,propter quam paſſi ſunt.

Sed quòd miracula non ſint neceſſaria in Martyrum canonizatione probatur.

Primò,quia miracula in canonizatione 5.
exiguntur ab Eccleſia, vt certa ſit de ſanctitate vitæ illius, qui petitur canonizari. nam aliunde non poteſt habere clarum,

& euidens testimonium, nisi ex reuelatione diuina, potuit enim benè & sanctè viuere in publico, & in secreto vitam ducere laxiorem: sed martyrium pro fidei, & libertatis ecclesiasticæ defensione cum charitate susceptum, est indubitatum sanctitatis testimonium, cùm martyrium plenam pariat liberationem à pœna, & culpa, *cap. Catechumenum*, 35. *de consecrat. distinct.* 4. igitur miracula non sunt necessaria in Martyrum canonizatione ad probandam Martyris sanctitatem.

6. Secundò, quia martyrium inter omnes actus virtuosos maximè demonstrat perfectionem charitatis, iuxta illud sancti Pauli ad Colossenses 3. *Charitas est vinculum perfectionis*, & Ioannis cap. 15. *maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis*, & ostendit signum euidens, quòd ipse Martyr manet in Deo, & Deus in eo, iuxta illud Ioannis cap. 1. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, manet in Deo, & Deus in eo*; vnde cùm Martyr moriendo pro Christo ostendat signum maximæ charitatis, & quòd in illa permanserit, S. Thom. *in 3. part. quæst.* 68. *art.* 1. *in conclus. & art.* 2. *in corp.*

corp. non eſt opus quòd eius ſanctitas miraculis probetur, ideóque D. Ambroſ. *in ſermon.* 14. *ante finem*, Martyres, inquit, Principes fidei ſunt, interceſſores mundi, Præcones Regni, cohæredes Dei; ergo in illis, quibus ſupradicta conueniunt, non ſunt neceſſaria miracula ad oſtendendum, quòd æterna beatitudine perfruantur, cùm ſint cohæredes Dei.

Tertiò ex Matthæi cap. 10. *Qui me confeſſus fuerit in terra coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo*; ſed Martyr patiendo confitetur Chriſtum coram hominibus; ergo & Chriſtus confitetur Martyrem coram Patre æterno; non eſt igitur opus aliis miraculiis ad probandum Martyrem fuiſſe receptum in Patria, cùm pro confeſſione Chriſti, & illius fidei mortem ſubierit. 7.

Quartò, quia cauſa martyrij finaliter, & terminatiuè eſt defenſio, & confeſſio veritatis fidei Chriſtianæ, & eorum quæ annectuntur fidei; talis ergo cauſa debet eſſe motiua canonizationis illius, qui debet pro Martyre venerari, qua exiſtente abſque aliqua diſcuſſione debet pro Martyre venerari, & canonizari, quia manen- 8.

te causa, quæ est pati pro defensione fidei, debet manere effectus, scilicet canonizari, & venerari.

9. Quintò, quia nullibi videtur cautum in iure, quòd in canonizatione Martyris requirantur miracula, immò in officio Martyrum nullibi Ecclesia mentionem facit de miraculis, vt patet ex Hymnis, & Responsoriis, & S. Ioannes Baptista canonizatus est ab Ecclesia, quem tamen non constat fecisse miracula.

10. Accedit supradictis, quòd Doctores communiter tradunt processus, & canonizationes Martyrum faciliùs, & leuiùs expediri. Hostiens. *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* Ioan. Andr. *ibidem*, Cassan. *in catalog. gloriæ mundi.* §. 3. *consid.* 50. *vers. Dicit tamen.* Alber. *in diction. verb. canonizatio*, Martinus Lauden. *in allegatione pro canonizatione sancti Bernardini vers. hic autem ordo*, & Doctores communiter, & hanc opinionem tenet Augustinus de Ancona *de Eccles. potest. quæst.* 16. *art.* 3. *in resp. ad* 2. Franciscus de Panuin. *in relatione sancti Bonauenturæ part.* 2. *art.* 2. quem sequitur Rodulphus Episcopus Senogallien. in vita eiusdem Bonauenturæ *lib.* 1. *historiæ Seraphi*

Seraphicæ fol. 94. Angel. Roccha *de canoniz. Sanct. cap.* 35. Aloyſius Turrian. *in tract. de fide diſput.* 17. *dub.* 2. Molfeſ. *conſ.* 46. *n.* 61. Auditores Rotæ *in relatione viginti ſex Martyrum in Iaponia art.* 3.

Vtraque opinio eſt vera, ſed prima tu- 11.
tior, vt etiam tenet Caſtell. *de canon. q.* 5. *num.* 23. nec ſecunda fortè in praxi admitteretur, niſi cum martyrio ſecluſis miraculis aliquid aliud prodigioſum accidiſſet, vtputa ſi ſtante ſereno cœlo tempeſtas, & fulgura ſtatim orta eſſent in loco, in quo Martyr patiebatur, vel aquarum diluuium, vel ſi viſi fuiſſent radij, ſeu ſplendores circa caput Martyris vti radij Beatorum, vel alia ſigna, vtputa Cometæ, Terræmotus circa tempus martyrij, apparitio corporis Martyris in alio loco diuerſo à loco Martyrij, prout dicitur eueniſſe in vno ex viginti ſex Martyribus in Regno Iaponico, vt in relatione facta Sanctiſſimo D. N. Vrbano VIII. in fine, vel aliud quidpiam ſimile accidiſſet.

Retenta igitur ſecunda opinione ad 12.
c. venerabili, & Cæremoniale Romanum, reſpondetur, quòd dictum cap. loquitur de Confeſſore, non autem de Martyre,

&

& in iisdem terminis intelligendum est loqui Cæremoniale Romanum ad hoc, vt sit conforme dispositioni iuris communis, à quo recipit interpretationem, *l.* 1. §. *lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid.* vbi Doctor.

13. Non obstat, quòd martyrium sit commune bonis, & malis, quia causa martyrij non est communis omnibus. nam confessio fidei Christianæ, & mori pro defensione veritatis fidei, quod est causa martyrij extrinseca finaliter terminatiuè, non est communis omnibus; similiter charitas, quæ est causa martyrij meritoria intrinseca efficienter imperatiuè, quia ipsa imperat opus martyrij meritoriè, non est omnibus communis, vt respondet Augustin. de Ancona *d. art.* 3. Ideóque licitum esse se offerre martyrio, quando multorum salus conseruatur, immò esse de præcepto docet S. Thom. 2. 2. *quæst.* 125. *art.* 1. *ad* 3. Syluest. *in summ. verb. Martyrium*, Nauarr. *in summ. cap.* 11. *num.* 40. Sanchez *in summ. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 15. *in relat. B. Paschalis Bailon tit. de fide, vers. & hanc fidem.*

14. Sicuti non obstat, quòd signa sanctitatis requiruntur tam in canonizatione Martyris, quàm Confessoris: miracula autem

autem ſunt vera ſigna ſanctitatis, quia reſpondetur, miracula quidem eſſe vera ſigna ſanctitatis, non autem eſſe per ſe cauſam ſanctitatis, cùm facere miracula conueniat tam bonis, quàm malis; ſed pati pro Chriſto, & pro confeſſione fidei, & defenſione libertatis eccleſiaſticæ, eſt per ſe cauſa ſanctitatis, vnde iſta cauſa exiſtente abſque aliquo ſigno miraculoſo, poteſt aliquis pro Martyre canonizari.

CAPVT XXII.

De veneratione Sanctorum canonizatorum, beatificatorum, & adhuc non approbatorum à Romano Pontifice.

SVMMARIVM.

1. *Non licet ſolemnem aliquem cultum, aut publicum exhibere defuncto non canonizato, aut non beatificato.*
2. *Actus, qui denotant publicum cultum.*
3. *Non licet feſtum celebrare, & abſtinere ab operibus manualibus.*

4. *Nec*

4. *Nec votiuas tabellas, aut aliquid simile in loco vbi corpus sepultum est affigere.*
5. *An liceat manus osculari.*
6. *Licet tamen in secreto preces porrigere.*
7. *Quis dicatur solemnis, & publicus cultus.*
8. *Text.* in cap. 1. & 2. de venerat. Sanct. *quem cultum prohibeat.*
9. Publicè, *dictio quid significet.*
10. *Concilium Trident. de quo cultu publico loquatur.*
11. *An Sanctis non approbatis fuerit exhibitus cultus publicus.*
Quibus cultus publicus ex tacita dispensatione possit exhiberi, ibid.
12. *Prohibitio ne exhibeatur veneratio publica defuncto non approbato, non arctat probationes.*
13. *Sanctis ab Ecclesia approbatis potest exhiberi publicus cultus.*
14. *Qui actus denotent publicum cultum.*
15. *Beatificatis ea veneratio potest exhiberi quam Summus Pontifex determinat.*
16. *Illis, de quorum expressa approbatione non constat, poterit exhiberi ille cultus, qui communiter, & à tempore immemorabili consueuit exhiberi.*

17. *Bulla*

17. *Bulla Vrbani V. Archiepiscopo Rauennatensi.*
18. *Eiusdem alia Bulla Episcopis Ducatus Britanniæ.*
19. *Decretum Illustrissimorum Cardinalium generalium Inquisitorum super publico cultu.*

NOn licet solemnem aliquem cultum, aut publicum exhibere defuncto non canonizato, seu non beatificato, *cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanctor.* vbi Innoc. *num.* 3. *in fin. vers. Item non negamus,* Host. *num.* 11. Abb. *num.* 3. *notab.* 2. *vers. & hoc intelligo, & cap.* 2. *eod. tit.* & vtrobique communiter Doct. gloss. *in cap. vnic. verb. Sedis Apostolicæ, vers. Dicimus enim, eod. tit. lib.* 6. & *ibi* Anchar. *in fin.* Carbo *in summ. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 17. *vers.* 3. *dictum,* Sanctus Antonin. *in summ. part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 8. §. 1. Bertrand. *consil.* 285. *per tot. volum.* 3. *part.* 2. seu *volum.* 6. vbi consuluit contra Fratres loci Balriaci, & concludit consulendum esse Romanum Pontificem, etiam si ille, qui colitur, sit depictus cum diademate, & illi sit Altare, vel Ecclesia dicata. Bellarmin. *de Sanctor. beatitud. controu.* 7. *general.* 1.

*neral. cap.*10. *lib.*1. & sequitur Luisius Turrianus *in* 2. 2. *sancti Thomæ disp.*17. *dub.*11. Philiarc. *de offic. Sacerdot. tom.*1. *part.*2. *lib.*3. *cap.*9. *vers. Tertiò circa*, vbi explicat Concil. Trident. *sess.* 25. *de inuoc. Sanct.* latissimè Penia olim Rotæ Decanus *in q. de præcauenda hominum mortuorum venerat. ante Romani Pontificis approbationem.*

2. Hinc fit non licere solemnes, aut publicas preces porrigere, aut in Letaniis, vel Martyrologio describere, aut canere Missam.

Nec templa, aut altaria erigere, aut sepulchra extruere cum Angelorum comitatu, miraculorum delineatione, vel simili signo.

Nec ornare Ecclesias, & ad eas inuitare fideles.

Aut defuncti sepulturam visitantibus quædam signa plumbea tradere, sicut euntibus ad sepulchra Sanctorum.

Nec cereos, aut lampadas ad eius corpus accendere.

Nec in die obitus in diuinis Officiis solemniter efferre.

Nec pingere imaginem cum miraculis, seu reuelationibus, vel cum diademate,

mate, siue radiis, & laureola, seu cum claritate, vel lumine veniente desuper, cùm hæc claritas videatur apponi ad significandum, quòd ille, qui est depictus cum tali lumine, sit in gloria, vel ad denotandum peculiare aliquod signum, quo Deus ostenderit defuncti sanctitatem.

Aut in templis, oratoriis, sacristia, vel aliquo loco publico affigere imaginem.

Nec defuncti vestes, carnes, aut capillos in frusta publicè scindere, vel tanquam reliquias asseruare, vel eas applicare ad depellendas infirmitates.

Nec publicè tangere coronis, siue Rosariis corpus defuncti, quia huiusmodi cultus est ordinatus ex consuetudine Ecclesiæ in honorem Sanctorum approbatorum.

Nec ieiunium in vniuersitate, Collegio, monasterio, vel Conuentu in defuncti memoriam indicere.

Vel in die obitus pulsare campanas.

Vel festum celebrare, ab operibus manualibus abstinendo, vt in Bullis Vrbani V. infrà ponendis, & ea die lætari peculiariter, & Deo vacare in memoriam eius, quamuis in eius memoriam Deo 3.

vacare, & peculiariter lætari licitum esse affirment Bellarmin. *d. cap.* 10. *de Sanctor. beatitud.* & Carbo *in sum. summ. tom.* 3. *lib.* 1. *vers. octauum*, Sanchez *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 8. quorum tamen sententia ex dicta Vrbani V. Bulla, & ex traditis per Peniam *in dicta eius quæst. n.* 32. 38. & 40. reprobatur.

4. Nec votiuas tabellas, & alia huiusmodi in loco vbi corpus sepultum est affigere in signum gratiæ receptæ, quia huiusmodi tabellæ, & donaria affiguntur in testimonium sanctitatis, & in memoriam gratiæ quam illas affigens intercessione, & precibus illius defuncti impetrasse se credit à Deo, & est quædam publica veneratio, vt tenuit Rota *in relatione sancti Caroli in* 2. *part. argum.* 14. licèt Viguerius *in instit. theologic. tit. de virtute fidei, cap.* 10. §. 1. & Andreas Molfesius *cons.* 45. *n.* 33. affirment posse vota, seu promissa in signum miraculi circa sepulchrum priuatim, & non publicè affigi, non tamen licere ea Sacerdotibus solemniter recipere, aut publicare, sicuti licitum est de canonizatis.

5. Licet cessante scandalo defuncti manus

nus osculari, quia osculatio manus est actus indifferens, nec directè arguit cultum, aut venerationem, vel sanctitatem, cùm fieri possit propter amorem, quòd si osculatio fieret, vel fieri crederetur ad sanctitatem denotandam, crederem non licere pedes, aut manus defuncti publicè osculari, nisi defunctus esset Summus Pontifex, cui etiam mortuo licet pedes osculari, vel talis persona, cui ille cultus, qui à populo exhibetur, post mortem exhibebatur dum viueret, supradicta probantur ex authoritate text. *in cap.* 1. *& 2. de reliq. & vener. Sanct.* ex Breuibus Vrbani V. Datum apud Montem Flasconem Calendis Septembr. & 17. Calendis Octobris anno 6. ex decreto sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habitæ coram S. D. N. Vrbano VIII. die 12. Octobris 1625. & ex traditis per Peniam *in eius quæst. de præcauenda hominum mortuorum veneratione.*

Sicuti etiam licet in secreto alicui defuncto, quem Sanctum credit, preces porrigere, vt pro se apud Deum intercedat. Glos. *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct. in* 6. ibi, *dicimus enim, & in cap.* 1. *eod. tit.* 6.

Innoc.*num.*3. Hostien.*num.*11.Ioan.Andr. *in cap.*2.*num.*3. Anchar. *n.*2. Card.Zabarella *num.*2. *notab.*4. Butr.*num.*6. Syluest. *in summ quæst.*1. *num.*1. Tabiena *in tit.de canoniz. num* 2.*quæst.*1. Armilla *eod.tit.n.*1. Asten.*in summ.lib.*6.*part.*2.*tit.*29.*de consecr. Eccles. vel Altar.* §.5. Castellan.*de canoniz. quæst.* 9. *in princ.* Cardin. Tusc, *in repert. verb. canonizatio. n.*10. Author Repertorij Inquisitorum *verb. canonizatus.*

7. Pro solemni autem, & publico cultu intelligendus est ille cultus, qui sit publicus ratione loci, vtputa si fiat in loco publico, seu coram aliis: vel ratione personæ, vtputa si cultus exhibeatur à persona, quæ sit minister Ecclesiæ in loco publico, vel priuato; vel sit talis cultus, qui ex eius natura, seu institutione Ecclesiæ solùm Sanctis canonizatis debetur, vt est recitatio diuini Officij, vel Missæ celebratio.

Quod probatur ex textu *in Clem.cedit, de Iudæis, & Sarrac.* qui textus vtitur dictione *publicè*, id est, palàm, & improbat omnem venerationem, & cultũ Mahometi, etiam ratione loci, cùm prohibeat Principibus sæcularibus, in quorũ dominio Sarraceni

morantur, ne permittant publicè inuocare Mahometum, aut ad eius sepulchrum peregrinari, & deducitur ex text. *in cap. 1. & 2. de reliq. & vener. Sanct.* in quibus simpliciter omnibus prohibetur, ne venerentur, aut colant aliquem defunctum pro Sancto, etiam si per illum miracula fierent, & constituitur regula negatiua, ibi, *illum ergò non præsumatis de cætero colere*, &c. *& in cap. 2.* ibi, *inuentas autem de nouo reliquias nemo publicè venerari præsumat*; quæ cùm sit per verba indefinita, æquipollet vniuersali. Gloss. *in l. iuris gentium. §. & verb. Sed si fraudandi. ff. de pact.* Dec. *in l. 1. num. 12. ff. de regul. iur.* Aym. *cons.* 809. *num.* 4. *vers. quintò potens.* Vnde qui dicit posse deferri defunctis non canonizatis, vel beatificatis, vel aliàs ab Ecclesia approbatis aliquem peculiarem cultum, vel cultum in loco publico, teneretur hoc probare, cùm sit fundamentum suæ intentionis. *cap. placuit 2. quæst. 5. cap. accusator. 6. quæst. 5. l. ei incumbit, & l. verius ff. de probat. l. actor. C. eod. tit.* ideóque benè Tuscus *in repert. verb. canonizatio n. 14.* dixit etiã in dubio authoritatem Papæ esse necessariam in hac materia.

8. Et quamuis Doctores interpretentur textus *in cap.* 1. *&* 2. prohibere publicum cultum, non autem ſecretum, iidem tamen affirmant publicum cultum habito reſpectu ad locum in quo ſit non poſſe deferri Sancto nondum ab Eccleſia approbato, & contrà diſtinguunt publicum à priuato ratione loci. Abb. *vbi ſuprà*, ibi, *ſecus autem in occulto*, Card. ibi, *ſecreto ergo licet*, Anchar. ibi, *in ſecreto ergo*, Tuſcus ibi, *priuatim, & ſecretò*, Repertorium Inquiſitorum, ibi, *publicè, & palàm*, Caſtellan. *d. quæſt.* 9. *in princ.* & legitur *in cap.* 2. ibi, *pu-*
9. *blicè venerari*, quod verbum † *publicè*, ſecundùm veram ſignificationem, & ex ſubiecta materia importat idem, ac palàm, & prohibet cultum in loco publico, licèt illum permittat in ſecreto loco, vt *ſuprà* dictum eſt. Vnde non eſt admittenda eorum opinio, qui volunt in dictis textibus prohiberi publicum cultum, id eſt, cultum, qui fit à perſona publica nomine Eccleſiæ, vtputa Sacerdote, vel alio Eccleſiæ miniſtro; non autem cultum, qui fit ab hominibus in loco publico, quia hoc eſt vim inferre textui, qui *in cap.* 1. prohibet omnibus illis, qui defunctum

venera

venerabantur, ne in posterum vllum defunctum ampliùs venerentur sine auctoritate Sedis Apostolicæ. quæ verba non sunt restricta ad Sacerdotes, vel alios Ecclesiæ ministros, sed sunt generalia, & comprehendunt quemcumque de populo, imò nec est verisimile, quòd soli Ecclesiæ ministri, & non alij venerarentur defunctum.

Et hodie habemus Concil. Tridentin. 10.
sess.25.in tit.de inuocat. venerat. & reliquiis Sanctorum,& sacris imaginibus,in quo clarè prohibetur cultus publicus ratione loci, qui patet omnibus, ibi, *statuit nemini licere vllo in loco,vel Ecclesia etiam exempta, vllam insolitam ponere,vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo*; & subditur,*ita tamen,vt nihil, inconsulto Romano Pontifice, nouum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur*, cui est conforme decretum sanctæ Inquisitionis *infrà* ponendum.

Non obstat,quòd multi ex his actibus, 11.
quos *suprà* dictum est non exhiberi de-

functis antiquitus Martyribus, & Sanctis non canonizatis deferebantur à populo, vt sunt luminum accensio, sepulchri erectio, & similia, quia non quærimus quid factum fuerit antiquitus ad corpora Martyrum, & quid actum fuerit ante constitutiones contentas *in dictis cap.* 1. *&* 2. *de reliq. & vener. Sanct.* sed quid post dictas constitutiones de iure fieri debeat, seclusa omni consuetudine, ex qua fortè alicui defuncto cultus aliquis publicus exhibetur cum tacita dispensatione Sedis Apostolicæ, ex Molfes. *conf.* 45. *num.* 10.

12. Neque etiam obstat, quòd hæc opinio arctet, & restringat probationes circa sanctitatem vitæ; & miracula hominis defuncti; quia immò consulit esse agendum, & obseruandum, quod iubet Ecclesia, nec arctat probationes, non quoad probandam sanctitatem vitæ, cùm ante obitum hæc cognita fuerit, & super ea possint testes exāminari, nec quoad miracula facta post obitum, cùm possit adiri Ordinarius loci, vel Sedes Apostolica ad hoc, vt super miraculis capiat informationem, vt etiam cautum est in decreto sanctæ Inquisitionis *infrà* posito.

Secunda

Secunda conclusio, licet Sanctis ab 13.
Ecclesia canonizatis publicum, & solemnem cultum, & venerationem exhibere, & actus *suprà* dinumeratos, & similes fieri prohibitos in honorem defuncti ab Ecclesia non approbati publicè ac palàm exercere, ex *cap.1. & 2. de reliq. & venerat. Sanct. & cap. vnic. eod. tit. in 6.* & *ibidem* gloss. *verb. Sedis Apostolicæ*, & *in eisdem locis* Canonistæ.

Potest enim in honorem Sancti cano- 14.
nizati solemne Officium fieri. Card. *in cap.1. num.1. de reliq. & vener. Sanct.* Maluet. *de canon. Sanct. dubio 1. num.19.* Castellan. *eod. tract. quæst.9.* Panuin. *in relatione sancti Bonauenturæ, in princ. vers. per hanc ergo,* Syluest. *in summa, verb. canonizatio, in princ.* Bellarm. *de Sanctor. beatitud. in 7. controuers. gener. lib.1. c.17. vers. Primum enim.* Luisius Turrianus *in 2. 2. sancti Thomæ disp.17. dub.1. vers. cultus autem,* Carbo *in summa summar. tom.3. lib.1. cap.17. vers. primò.* Rocha *de canoniz. cap.38. tit. de septem honoribus, qui canonizatis debentur.* VValdensis *de Sacramentalibus tit.14. cap.129. num.3.* vbi agit de solemni dedicatione corporum Sanctorũ, & ossium repositione

in capſulis,ædiculis, ac ſcriniis pretioſis, *& cap.*131. vbi quòd ornare, & condere ſepulchra pretioſa Sanctis Dei mortuis eſt à lege Dei pietas approbata.

Poſſunt erigi Templa, & Altaria, *cap. placuit,& cap.fabrica,de conſecr.diſt.*1.

Dies feſti in eorum memoriam celebrantur.

In catalogo Sanctorum deſcribuntur.

Sacrificia Euchariſtiæ in eorum honorem publicè Deo offeruntur, & in publicis Eccleſiæ precibus inuocantur.

Eorum imagines, addito certo ſplendore,ſeu lumine,ſeu Diademate,vel Corona, in ſignum gloriæ, quam habent in cælis,depinguntur.

Reliquiæ pretioſis thecis incluſæ in feſtis ſolemnibus efferuntur,ac publicè honorantur.

Toti Orbi terrarum proponuntur, vt Sancti,& pro Sanctis haberi, & honorari ſtatuitur, vt colligitur ex diplomatibus Pontificum ſuper Sanctorum canonizationibus, & affirmant ſupracitati authores,quos citare in quolibet actu, & verſiculo ſuperuacaneum cenſui, & relati *ſuprà in cap.*1.*num.*1.

Beatifi

Beatificatis adhuc non canonizatis 15.
deferri poteſt is cultus & veneratio, quam Summus Pontifex in eius beatificatione præſcripſit; e.g. ſi conceſſerit, vt defunctorum opinione ſanctitatis poſſint in aliqua determinata Eccleſia erigi Altaria, vel indulſerit, vt à Religioſis ſancti Dominici, e.g. poſſit in eius honorem Miſſa cantari, vel Officium prout de Martyre, vel Confeſſore recitari, dicti tãtùm actus à perſonis, & in locis in priuilegio expreſſis poterunt exerceri, *cap. porrò, de priuileg. in 6.*

Illis verò, de quorum expreſſa beatifi- 16.
catione, vel canonizatione non conſtat, poterunt illi venerationis, & reuerentiæ actus exhiberi, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorúmque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicę, vel Ordinarij conſueuerunt exhiberi, vt in dicto decreto S. Generalis Inquiſitionis *2. Octobris* 1625. *infrà* poſito.

Venerab.

Venerab. Fratribus Archiepiscopo Rauennaten. eiúsque Suffraganeis salutem.

17. MOlesta significatio ad nostrum perduxit auditum, quòd quidam Fratres Prædicatorum, & Eremitarum sancti Augustini Ordinum in prouincia Rauennaten. degentes, & fraudem legi facere non verentes, Prædicatores videlicet quondam Iacobum Prædicatorum, Eremitæ verò Fratres prædicti quondam Francischinum Eremitarum Ordinum percussum ictu fulminis, & extinctum non Sanctos, cùm sit eis sub tali vocabulo à iure prohibitum, sed Beatos publicè in plateis, & eorum Ecclesiis in prædicationibus, & aliàs astruere moliuntur, & singulis annis in Anniuersariis, seu diebus obitum eorundem in diuinis Officiis solemniter efferunt, prout de Sanctis ab Ecclesia Romana approbatis in eorundem etiam solemnibus festiuitatibus per ipsam Ecclesiam obseruatur, ac populos fideles inducunt, vt in ipsis Anniuersariis, seu diebus ab operibus manualibus abstineant, & quod quæstus suspicione non caret,

caret, vt ad Ecclesias, in quibus eorundem Iacobi, & Franciſchini humata ſunt corpora, cateruatim pergant, & ſolemnes oblationes faciant, verbis perſuaſiuis inducunt; Altaria quoque ſub prædictorum Iacobi, & Franciſchini vocabulis in ſuis Eccleſiis præſumpſerunt erigere, ac ſi forent vt Sancti per Sedem Apoſtolicam approbati. Cùm itaque talia ſint à iure prohibita, nec ſint aliqualiter toleranda, Fratern. Vr. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in veſtris ciuitatibus, & diœceſibus præmiſſa, vel ſimilia per eoſdem Fratres, & alias quaſcunque perſonas de cætero attentari diſtrictiùs prohibere curetis, contradictores cuiuſcunque ſtatus, ordinis, ſexus, vel conditionis exiſtant, authoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus exemptionis, & quibuſlibet aliis priuilegiis eiſdem Ordinibus, & aliis quibuſuis ab Apoſtolica Sede conceſſis, ſeu ſi eis, vel eorum aliquibus, aut ipſorũ locis, & Ordinibus à dicta Sede indultum exiſtat, quòd excommunicari, ſuſpendi, aut ipſi,
&

& eorum loca interdici non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac eorum personis, nec non locis, nominibus, & Ordinibus propriis mentionem. Datum apud Montem Flasconem Calend. Septembris anno 6. vt in Registro Secret. & de Curia Vrbani V. anno 6. fol. 165.

Venerab. Fratr. vniuersis Episcopis per Ducatum Britanniæ constitutis salutem.

18. MOlesta significatio ad nostrum perduxit auditum, quòd quidam Religiosi etiam Ordinum Mendicantium, quondã Carolum de Blesio tanquam pro iustitia mortuum Martyrem, & Sanctum in Ecclesiis in prædicationibus, & aliàs astruere moliuntur, & singulis annis in eius Anniuersario in diuinis Officiis solemniter efferunt, prout de Sanctis ab Ecclesia Romana approbatis in eorum solemnibus festiuitatibus per ipsam Ecclesiam obseruatur, personísque sepulturam ipsius Caroli visitantibus quædam signa plumbea

plumbea tradunt ſicut euntibus ad ſepulchra Sanctorum in certis tradi partibus conſueuit, & aliàs eum venerari non verentur, ac ſi foret vt Sanctus per Sedem Apoſtolicam approbatus. Cùm itaque talia ſint à iure prohibita, nec debeant ſub diſſimulationis pallio tolerari, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrûm in ſingulis veſtris ciuitatibus, & diœceſibus præmiſſa, vel ſimilia per eoſdem Religioſos, etiamſi Prædicatorum, Minorum, Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum Ordinum exiſtant, aut aliàs quaſcunque perſonas de cætero attentari diſtrictiùs prohiberi curetis. Contradictores cuiuſcunque ſtatus, ordinis, ſexus, vel conditionis exiſtant, authoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus exemptionis, & quibuſuis aliis priuilegiis eiſdem Ordinibus, aut aliis quibuſuis à dicta Sede conceſſis, ſeu ſi eis, vel eorum aliquibus, aut ipſorum locis, & Ordinibus à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod excommunicari,

municari, ſuſpendi, aut ipſi, aut eorum loca interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo, ad verbum de indulto huiuſmodi, ac eorum perſonis, nec nõ locis, & Ordinibus propriis mentionem. Datum vt ſuprà, ſcilicet apud Montem Flaſconem 17. Calendas Octobris anno 6. vt in dicto Regiſtro Secret. & de Curia Vrbani V. anno 6. fol. 171.

Feria V. die 2. Octobr. M. DC. XXV.

In Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram S. D. N. D. VRBANO diuina prouidentia Papa Octauo; ac Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. S. R. E. Cardinalibus, aduersùs hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

19. CVm Sanctiſſ. in Chriſto Pater, & D. N. D. VRBANVS diuina prouidentia

dentia Papa VIII. die 13. Martij 1625. decretum ediderit infrascripti tenoris, videlicet,

Sanctiss. D. N. sollicitè animaduertens abusus, qui irrepserunt, & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis, aut martyrij fama, vel opinione defunctis, qui, etsi neque canonizationis, neque beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratorijs, atque Ecclesijs, alijsq; locis publicis, ac etiã priuatis, cum laureolis, radijs, seu splendoribus proponũtur, miracula, & reuelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum intercessiones accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorũ sepulchra, Tabellæ, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur: Volensque proinde huiusmodi abusibus pro debito officij pastoralis occurrere, re etiã cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem in vniuersa Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus, communicata, & maturè considerata, ac discussa, declarauit, statuit, & decreuit, ne quorumuis hominũ, cum sanctitatis, seu martyrij fama (quantumcunque illa

 sit

sit) defunctorum Imagines, aliáque prædicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præseferens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu priuatis, vel Ecclesiis tã sæcularibus, quàm regularibus cuiuscunq; Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (si quæ opposita sunt) amoueantur, prout eas statim amoueri mandauit.

Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros eorundem hominum, qui sanctitatis, siue martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcunque beneficia tãquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in iis recognoscendis, Theologos, aliósque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tam graui committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, eiúsque responsũ expectet. Reuelationes verò, & miracula, aliáque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hactenus sine recognitione,

atque approbatione huiusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeri vult, mandátque sua Sanctitas.

Ad horum hominum sepulchra vetuit etiam, ac inhibuit, tabellas, atque Imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quacunque materia, tam pictas, quàm fictas, atque exculptas, appendi, seu affigi, & lampades, siue alia quacunque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omninò, prout suprà facienda, Sedíque Apostolicæ referenda, ac probanda.

Declarans, quòd per suprascripta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ijs, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorúmque Sanctorum scripta, vel longissimis temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinariij, coluntur.

Vt autem præmissa diligentiùs obseruentur, Vniuersis & singulis, tam Ordinariis, quàm hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtè præcipit, vt in sua quisq; Diœcesi, vel Prouincia sedulò peruigilet, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponãtur, aut miracula, reuelationes,

ac beneficia prædicta publicētur, aliave contra superius disposita, fiāt, transgressores verò si regulares fuerint, priuationis suorū officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ, nec non & suspensionis à diuinis, si verò Clerici seculares, priuationis pariter suorum officiorū, suspēsionis à diuinis, & ab administratione Sacramentorum, exequutionéque suorum Ordinum respectiuè, aliísque arbitrio prædictorū Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autē libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquo modo affinxerint, vel formauerint, cæterísque Artifices circa præmissa qualitercunque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliísque etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem eorundem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Contrariis quibuscunque non obstantibus.

Et ne præmissorū ignorantia possit ab aliquo prætendi, voluit, vt Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum Vrbis, ac in Acie Campi Floræ affixum omnes proinde arctet, atque afficiat, ac si vnicuique personaliter intimatum fuisset, quódque præsentiū transumptis,

etiā impreßis manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Postmodum verò idem Sanctiss. D. N. à quibusdam reuocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in posterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conseruare liceret; Sanctitas Sua, quæ tantummodò voluit, occurrendo abusibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam diuinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare; re prius cum Illustriss. & Reuerendiss. D D. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus communicata, præsenti Decreto declarauit. Quod sicut nunquam prohibuit, nec suæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionémque Tabellarum, & Imaginum huiusmodi, ita, vt nulli deinceps hæsitationi locus relinquatur, statuit in præsentiarum, & decernit, vt quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum se-

cularem, seu regularem Tabellas, & Imagines, aliudvè simile quispiam detulerit, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel beatos non ascriptorum, quamuis cum martyrij, vel sanctitatis fama demortuorum, optata, se impetrauisse dixerit; liceat Ecclesiasticis personis, Ecclesiarum, locorumvè prędictorum curæ Præpositis, Tabellas, & Imagines, siue pictas, siue ex quauis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia simul cum deferentis, aliorúmque qui conscij fuerint, attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneatur in secretò aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidémque iam amota collocare, & asseruare, vt si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiusmodi sanctitatis qualescunque probationes, Apostolicæ Sedis iudicio tunc examinandæ, contrariis quibuscunque non obstantibus.

Ioan. Antonius Thomasius S. Rom. & vniuers. Inquisitionis Not.

R

CAPVT XXIII.

Processus in causa canonizationis, & aliis, quæ spectant ad praxim.

SVMMARIVM.

1. *Papa committit causam canonizationis, vel in specie, vel in genere, vel in specie, & in genere simul.*
   Si agitur de sanctitate personæ in Vrbe defunctæ, committit vicario Vrbis, vel Protonotario.
2. *Si probationes sunt recipiendæ extra Vrbem, committit sacræ Rituum Congregationi, & num. 3. & 4. vel in sacra Rota.*
6. *An sit necessaria probatio in genere, quando factum est notorium, vel adest processus factus ab Ordinario.*
7. *Processus examinatio semper fit in Rota.*
8. *Quid sit agendum in causa post præsentatas in partibus litteras remissoriales.*
9. *Delato ad Vrbem processu quid sit agendum.*
10. *Post relationem factam Pontifici ab Audito*

ditoribus Rotæ quid agendum si proceda-
datur ad ulteriora.

11. *Requisita duodecim posita à Doctoribus pro canonizatione, quorum primum est supplicatio facta Pontifici, num.* 12. *Miracula quandoque fiunt per malos, ibid.*

13. *Causæ commissio quæ consueuit committi S. R. E. Cardinalibus, vel Episcopis, & hodie sacræ Rituum Congregationi, vel Rotæ Auditoribus.*

Praxis pro committenda causa, & conficiendo, & examinando processu in causa canonizationis, per tot.

1 CONSVEVIT Romanus Pontifex ad Imperatoris, Regum, Principum, Religionum, aliorumque supplicantium preces Sedis Apostolicæ Legato, vel vni, aut pluribus S. R. E. Cardinalibus, aut duobus, vel tribus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, aut aliis personis sæcularibus, vel regularibus in dignitate ecclesiastica constitutis, inspecta temporis & negotij qualitate committere, vt capiant informationem secretam, aut publicam in ge-

nere,

nere; vel in specie super sanctitate vitæ,
& miraculis illius, cuius beatificatio, vel
canonizatio petitur. Honorius III. litte-
ras direxit Antisiodorensi Episcopo; &
Boniradij, & Gallouicem Ordinis Cister-
ciensis Abbatibus, vt super vita, & mi-
raculis VVillelmi Episcopi Antisiodoren-
sis inquirerent; vt in litteris datis Latera-
ni 16. Calendas Februarij anno primo.
Archiepiscopo Auxitano, Episcopo Con-
surano, & Abbati Bonifontis super vita,
& miraculis Bertrandi Episcopi Conue-
uenarum. Dat. Laterani 5. Calendas De-
cembris ann. 3. Stephano Archiepiscopo
Cantuarien. S. R. E. Cardinali Episcopo
Conuenarum, & Abbati de Fontibus Ci-
stercien. Ordinis, super vita, & miraculis
Hugonis Abbatis Bonæuallis Cistercien.
Ordinis. D. Later. quarto, Nonas De-
cembris ann. 5. Benedicto Episcopo Por-
tuen. Sedis Apostolicæ Legato super obi-
tu, vita, & miraculis Stephani Dien. Epi-
scopi. Dat. Later. 6. Calend. Nouembris
ann. 7. Episcopo Elien. & Abbatibus de
Fontibus, & de Riaualle Cistercien. Or-
dinis de vita, & miraculis VVillelmi Ar-
chiepiscopi Eboracen. D. Lateran. Nonis

Aprilis ann. 7. Episcopo Paduano, & sanctæ Mariæ in Vãzo, & sancti Spiritus Prioribus super vita, & miraculis Ioannis Vincentini Episcopi, qui pro tuenda Ecclesiastica libertate gladio occubuerat. Dat. vt suprà. P. Rosquilden. Episcopo, & Abbati de Heruuado Cistercien. Ordinis super vita, & miraculis VVillelm. Abbatis sancti Thomæ de Paradiso. Dat. Romæ apud sanctum Petrum 5. Calend. Iunij anno 2. vt in litteris super canonizatione datis Laterani 12. Calend. Februar. anno 8.

Gregorius Nonus ad exemplar eiusdem Honorij Melfiensi, Melphitensi, & Venusino Episcopis, Populo Cornetano supplicante, commisit, vt adscitis viris Religiosis, & Deum timentibus de virtute morum, & veritate signorum, operibus videlicet, & miraculis Benuenuti inquirerent, & depositiones testium seruarent inclusas, easque cùm fuissent requisiti, ad Sedem Apostolicam transmitterent. Datum Viterbij nono Calend. Aprilis, Pontificatus anno decimo Abbatibus de Brunebach, & de Scouetal Cistercien. Ordinis Herbipolen. diœcesis, & Priori

Fra

Fratrum Prædicatorum super virtutibus, & signis Brunoni Episcopi Herbipolen. Dat. Later. 11. Calendas Maij anno 12. Fratri Conrado Ordinis Prædicat. super vita, & miraculis Elisabeth Lantgrauiæ, & Turingiæ. Dat. Anagniæ 3. Idus Octobris anno 6. Innocentius quartus Priori Prædicatorum, & Archipresbytero sancti Sixti Viterbien. vt testes reciperet super vita & miraculis quondã Rosæ. Dat. Perusij 7. Calend. Decembris anno decimo. Gregorius X. Martino Quarto, tunc Sedis Apostolicæ in partibus Galliarum Legato dedit litteras, vt super sanctitate vitæ, ac miraculis Ludouici Regis Francorum secretò perquireret, cui deinceps Nicolaus III. supplicante Philippo Rege Francorum, Nuntiis ad Sedem Apostolicam missis, publicam inquisitionem demandauit; idem verò Martinus ad preces Archiepiscoporum Regni decreuit, vt Archiepiscopus Rothomagen. & Episcopi Antisiodoren. & Spoletanus super articulis quos transmittebat, testes reciperent sine aliorum processuum præiudicio. Dat. apud Vrbem veterem 10. Calendas Ianuarij anno primo. Eugenius IV. Nicolao tit.

 S. Mar

S. Marcelli, Guillelmo tit. S. Martini Presbyteris Cardinalibus praecedente super miraculis in Cōsistorio relatione scripsit, vt super iisdem, ac vitae sanctitate inquirerent. 17. Kalend. Maii anno 1445. Idemque commisit Nicolaus V. suis litteris directis Ioanni Episcopo Praenestino, & eidem Guillelmo, & Petro sanctae Mariae nouae Diacono, 15. Calendas Iulii ann. 1457. informationem votū super vita, & miraculis Fr. Vincentii de Ferrariis. Ordinis Praedicatorum [illegible] Episcopo Praenestino, Alphonso SS. Quatuor Coronatorum, Ioanni sancti Angeli Cardinalibus cum facultate substituendi. Datum Romae XVI. Calendas Nouembris anno 1455. & habita pro aliquali [illegible] relata sufficienti.

His temporibus summus Pontifex post iteratas preces, si agitur de sanctitate alicuius in Vrbe defuncti, vel de probationibus in Vrbe faciendis, rescribit Eminentissimo Cardinali in spiritualibus Vicario, vna cum tribus Sedis Apostolicae Protonotariis, qui ex primaeua institutione ad describenda gesta Martyrum creati dicuntur, super praemissis diligentem capiat infor-

matio

mationem, vel recipiat probationes in genere, seu in specie, prout exigit causæ status.

Si probationes sunt extra Vrbem recipiendæ, committere consueuit causam in sacra Rituum Congregatione vel tribus, seu duobus sacræ Rotæ Auditoribus, cum amplissima facultate capiendi probationes, tam in genere, quàm in specie, vt in cõmissione, seu rescripto in fine posito. 2.

Commissa causa in sacra Rituum Congregatione, si nullæ adsunt probationes, vel processus, eadem Congregatio committit primò causam aliquibus iudicibus subdelegatis, vt capiant informationes in genere, quibus receptis, & per aliquem ex Cardinalibus in Congregatione relatis, iisque examinatis, si sufficientia sanctitatis, & miraculorum indicia extare cognouerit, eadem Congregatio causam committit super probationibus in specie, quibus apertis transmittit tribus Rotæ Auditoribus examinandas, vt cauetur in Cæremon. *lib.* 1. *sect.* 6. *cap.* 1. § 1. & Hostien. *in cap.* 1. *num.* 4. *de reliq. & vener. Sanct.* & Doctores communiter. 3.

Vel si eidem Congregationi placuerit 4.

habi

habita extraiudiciali informatione, refert summo Pontifici causam esse in tali statu, vt possit sacræ Rotæ Auditoribus committi ad hoc, vt capiant informationes vbique terrarum, tam in genere, quàm in specie, illásque examinent, & statum, & merita causæ eidem Pontifici referant, & hanc praxim Paulus Quintus Fel. rec. seruari mandauit.

5. Si verò Pontifex causam canonizationis per commissionem ipsius manu signatam committit Rotæ Auditoribus, vt tres insimul, vel saltim duo procedant, tunc Rotæ Auditores, si testes examinandi reperiuntur in Vrbe, illos examinant super sanctitate vitæ, & miraculis in genere, & interrogant in genere, an sciant, vel audiuerint N. fecisse miracula, & an obierit cum fama sanctitatis, & an talis post obitum reputetur, & in vita fuerit reputatus. Quòd si testes sunt extra curiam examinandi, tunc subdelegant duos, vel tres Episcopos, seu Prælatos, siue alios in dignitate ecclesiastica constitutos, qui recipiant probationes in genere, quibus examinatis in Curia si iudicatæ fuerint sufficientes ad procedendum ad vlteriora in causa

causa committunt probationes in specie, eísque transmittunt litteras remissoriales, & compulsoriales, quas Rotulum appellant, in quo includunt causæ commissionem, articulos & interrogatoria, super quibus testes sunt examinandi, & secundùm facti circunstantiam prescribunt modum & formam in receptione, & examine testium seruandam, de qua *infrà*.

6. Hîc autem est aduertendum. Primò processum in genere nõ esse necessarium, vbi notorium, & publicum est eum, de cuius canonizatione tractatur, obiisse cum fama sanctitatis, & multis coruscasse miraculis: processus enim in genere requiritur ad informandum animum iudicis ad hoc, vt videat an adsit talis fama sanctitatis, & miracula, quæ indicet & suadeat committendam esse probationem in specie; sed supposita notorietate sanctitatis, & miraculorum, non videtur necessaria huiusmodi probatio, cùm in notoriis etiam in causa iudiciali, iudicialis tela possit omitti.

Secundò, processus fabricatos à Legato de Latere Sedis Apostolicæ, seu Nuntio Apostolico, vel etiam Episcopo, seu

eius

eius Vicario, si Pontifici placuerit inseruire pro probationibus in genere, cùm etiam ex illis idem habeatur effectus, præsertim cùm ex huiusmodi processibus, iuncto tamen processu Apostolica auctoritate fabricato possit ad canonizationem procedi, vt firmatum est in relatione S. Caroli Borromei *fol.* 9. Dixi; *si Sanctissimo placuerit*, quoniam regulariter id fieri non consueuit, sed seruatur id quòd in Cæremoniali disponitur *loco* sæpiùs *citato*.

7 Tertiò; quòd siue confectio processus canonizationis committatur in sacra Rituum Congregatione, siue extra Vrbem personis in ecclesiastica dignitate constitutis, nihilominus postea examinatio processus de antiquo stilo & consuetudine tribus Rotæ Auditoribus committitur, vt aduertit Ioannes Andreæ *in c.* 1. *num.* 3. *de reliq. & vener. Sanct.* & *ibidem* Hostien. *num.* 5. *vers. Quinto.* Butrius *num.* 5. Card. *num.* 2. *post med.* Troilus Maluet. *de canoniz. Sanct. dub.* 4. *num.* 21. Castellan. *eod. tract. quæst.* 8. *art.* 1. *num* 8. Cassan. *in Catalog. glor. mundi part.* 3. *consider.* 50. *in quinto requisito*, ibi, *tribus Capellanis qui sunt Auditores Rotæ.* Mascard. *de probat.*

conclus.

conclus.262.n.63. Azor. *Instit.moral.part.2. lib. 5. cap. 6. vers. nonò quæritur.* Molfes. *cons.* 46.*num.*20. ibi, *ac etiam per Reuerendissimos Rotæ Auditores*, Angelus Rocha *de canoniz. Sanct. cap* 36. ibi, *trésque Rotæ Auditores iuris peritissimi tanquam iudices integerrimi*, & legitur in Cæremon. Roman. *de canoniz. Sanct. sect.6.cap.* 1. *col.* 3. ibi, *Aderunt etiam Auditores Rotæ, & maximè Commissarij causæ*, & hoc probatur ex Bullis canonizationis Sanctorum Didaci, Hiacinthi, Raimundi, Caroli, Franciscæ Romanæ, & ex commissionibus canonizationum B. Thomæ de Villanoua, sancti Andreæ Corsini, B. Ludouici Bertrandi, Ignatij Xauerij, Aloysij Gonzagæ, Stanislai Kostæ, Paschalis Baylon, Iacobi de Marchia, Amodei Ducis Sabaudiæ, Iuliani, Andreæ Auellini, Borgiæ, Ioannis de sancto Facundo, & aliorum.

Præsentato Rotulo iudicibus subdelegatis, eóque qua decet reuerentia recepto, & coram Notario, & testibus, si placet, aperto, postquam subdelegationem acceptauerunt, Procurator, seu Promotor causæ petit deputari Notarium, qui acta causæ scribat, & Nuntium, seu Mandata-

rium, qui citationes, ſeu monitoria exequatur, & vterque iurare debet de fideliter exercendo officium ſibi demandatum, & tutius eſt, vt iuramentum & deputationem Notarij, qui de ſuo iuramento rogari non poteſt, recipiat alter Notarius, ipſe verò Notarius deputatus recipiat iuramentum Nuntij, & alia acta in huiuſmodi cauſa per ſeipſum ſcribat. Deinde inſtat deputari locum loci, & horam audientiæ pro teſtibus recipiendis, & repetitis omnibus actis vſque tunc factis, iuribus, & articulis productis, & in Rotulo remiſſoriæ contentis, inducit teſtes, & petit dicta iura, acta, & articulos probandos admitti, & quemlibet eorum moneri ad ſubiiciendum ſe examini, & citari ad iurandum de veritate dicenda, & iis peractis, receptóque iuramento cum iudicis decreto deuenitur ad examen, & priùs teſtes ſuper omnibus interrogatoriis, deinde ſuper articulis ſingillatim recipiuntur.

Perfecto examine iudices ad Procuratoris inſtantiam decernunt tranſumptari, ſeu fieri copiam proceſſus in forma authentica, & probant, & illam collationari, ſeu auſcultari cum ſuo originali, vnà

cum

cum alio Notario ad hoc specialiter deputato, qui se in fine subscribit. Quòd si aliqua iura, seu scripturæ sunt compulsandæ, seu extrahendę, iudex ad Procuratoris instantiam mandat illa compulsari, & sic compulsata postquam fuerint collationata cum suis originalibus ritè & rectè recognitis inseruntur in processu. Postmodum interposito per iudices decreto, quòd omnia fuerint legitimè facta, Procurator instat processum claudi, & sigillari, & tradi alicui portitori, vt deferat & consignet sacræ Rituum Congregationi, vel Rotę Auditoribus vnà cum litteris responsiuis, super quibus omnibus iudex interponit decretum, & portitor electus iurat de fideliter deferendo, & consignando processum, prout habuit in mandatis. Tandem se subscribunt Notarij, seu Notarius, & iudices subdelegati, & apponunt proprium sigillum, quibus in fine supponitur legalitas facta per Episcopum, siue communitatem, siue iudices, & processus clauditur; & sigillatur, & traditur portitori iam electo vnà cum litteris missiuis, siue responsiuis.

Delato ad Vrbem processu, eóque iu- 9.

dicibus præſentato, inſtat cauſæ Procurator coram iiſdem illum aperiri, & decreto interpoſito aperitur, præuia etiam recognitione ſigillorum, ſeu manus, deinde rubricatur, & exemplatur, & cuilibet ex iudicibus datur vnum exemplar cum originali collationatum, poſtmodum diſputari conſueuit,

Primò, an proceſſus ſint in forma probanti, ſcilicet compulſorialis, vel remiſſorialis.

Secundò, an teſtes ſint rectè & ritè examinati.

Tertiò, an conſtet de ſanctitate vitæ, ſcilicet de virtutibus theologicis, fide, ſpe, & charitate.

Quartò, de virtutibus Cardinalibus, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, & Temperantia.

Quintò, de reuelationibus, dono Prophetiæ, frequentia populi ad ſepulchrum, aliiſque ſignis ſanctitatis, quæ in vita, vel obitu acciderunt.

Sextò, de miraculis, quorum duò conſueuerunt vice qualibet examinari.

Examinato proceſſu, viſiſque iuribus, ſi Rotæ Auditores decernunt conſtare de

ſancti

sanctitate vitæ, & miraculis illius, de cuius beatificatione, vel canonizatione tractatur per vnum ex Auditoribus, cui Auditor antiquior declarauerit hoc onus incumbere extenditur, seu fit in scriptis relatio super sanctitate vitæ, & miraculis canonizandi, & super iis virtutibus, in quibus principaliter se exercuit iuxta resolutiones iam factas, eaque perfecta, & visa per alios Coniudices, Rotæ Auditor antiquior ex tribus in aliorum præsentia oretenus in compendio refert summo Pontifici, & relationem in scriptis offert, quam etiam si iusserit Pontifex, defert ad sacram Rituum Congregationem, & in ea declarant, si Sanctissimo placuerit posse procedi ad beatificationem, seu canonizationem.

Si summo Pontifici placuerit, vt procedatur ad vlteriora, committit iterum sacræ Rituum Congregationi causæ cognitionem, & tunc vnus ex Cardinalibus dictæ Congregationis refert in eadem Congregatione processum, & statum causæ cæteris Cardinalibus vtplurimum secundùm ordinem relationis per Auditores factæ, qua examinatione perfecta, re- 10.

fertur Summo Pontifici ſtatus, & merita cauſę, & an adſint ſufficientes probationes ad beatificationẽ. qua relatione audita, ſi placet eidem Pontifici ſine alia publica ſolemnitate; de Cardinalium conſilio indulget, vt N. poſſit Beatus vocari, & in eius honorem, Miſſa, vel diuinum Officium in tali loco à talibus perſonis celebrari, prout in decreto beatificationis infrà poſito. Quòd ſi procedendum eſt ad canonizationẽ, fit cauſæ & proceſſus examinatio in dicta ſacra Rituum Congregatione, eo modo, quo ſuprà dictum eſt, ſed relatio ſuper vita, ſanctitate, actis canonizationis, & miraculis fit in Conſiſtorio ſecreto per Cardinalem antiquiorem, quibus peractis Pontifex pronuntiat quid ſit agendum, & ad vlteriora proceditur, iuxta Ritum & formam in libro ſacrarum Cæremoniarum deſcriptam.

11. Et hæc in effectu docent communiter Canoniſtæ *in cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanct.* Hoſtien. *num.* 4. & 5. Ioan. Andr. Butr. *num.* 4 Maluet. *de canon. Sanct. dub. vltim. à num.* 1. *ad* 38. Caſtellan. *quæſt.* 8. *art.* 1. Roch. *eod. tract. cap.* 34 Caſſan. *in Catalog. gloriæ mundi, par.* 3, *conſid.* 50.

Azor.

Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 6. ad fin.* Viguer. *in theologic. institut. cap.* 10. §. 3. *de veritate fidei num.* 14. *vers. Quare secundùm Ritum,* Mascard. *de probat. conclus.* 262. *num.* 58. *& seq.* S. Antonin. *in summ. par.* 3. *cap.* 5. §. 5. *vers. De modo autem, & in sacro Canemon. lib.* 1. *sect.* 6. dum tradunt requisita ad canonizationem, vel quærunt quomodo perueniatur ad canonizationem, & ponunt duodecim requisita.

Primum, quòd honestæ, & authenticæ personæ factum denunciēt Romano Pontifici, & supplicent semel & pluries, & instanter pro canonizatione, ad *cap. venerabili, de testib.* non enim consueuit Romanus Pontifex ad statim committendam inquisitionem, sed potiùs expectare, & attendere, vtrùm fama sanctitatis augeatur, & miracula post obitum continuentur, quia etiam quandoque per malos miracula fiunt, *cap. teneamus* 1. *quæst.* 1. vbi Archid. *num.* 3, Bellam. *n.* 2. Turrecrem. *num.* 1. *quæst.* 11. Gloss. *in dicto cap. venerabili verb. super vita, de testib.* Aretin. *n.* 2. Cassan. *in Catalog. gloriæ mundi par.* 3. *cons.* 49. *num.* 1. Maluet. *de canoniz. dub.* 3. *num.* 6. *&* 23. Castellan. *eod. tract. quæst.* 8. 12.

art.1.num.2. Albert. Magn. *in Summ. par. 2. tract.8. quæst.30. & in secundum sentent. dist.18. art.* 1. vbi ait, quòd mali homines operantur miracula in sanctitate Ecclesię, non autem in sanctitate personæ, quia Deus ad inuocationem horum facit ea propter fidem Ecclesiæ confortandam. S. Thom. *part.* 1. *Summæ quæst.*110. *art.*4. *ad* 2. *& quæst.* 114. *art.*4. *ad* 3. *&* 2. 2. *quæst.* 178. *art.*2. Summ. Angel. *verb. Canonizatio, in addit. littera D.* Triumph. *de potest. Eccles. quæst.* 15. *art.*4. Rota *in relation. S. Corsini part.* 2. §. 9. *sanctæ Theresiæ titulo de sanctit. vita in genere, prope fin. S. Isidori de miracul. in princ.* quæ tamen differunt à miraculis bonorum in efficacia, duratione, vtilitate, fine, & modo, vt videre est apud S. Thom. *dicta quæst.* 114. *&* 178. Et si in miraculis est clusio, vix possunt continuari vltra 40. dies. Butr. *in cap.* 2. *num.*5. *de reliq. & vener. Sanct.* Castellan. *dicta quæstione* 8. *num.* 4. Rota *in relatione sancti Hiacinthi prope finem. vers. huc spectat.*

13. Secundum, causæ commissio, scilicet, quòd Pontifex Episcopis, in quorum diœcesi nati, vel versati sunt illi, de quorum

cano

canonizatione agitur, vel aliis perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, quos cenſuerit eligendos, committit vt inquirant in genere de miraculis, fama ſanctitatis, & deuotione populi, qui deinde remittant proceſſum, & reſcribant an eis videatur ad vlteriora procedendum, & ita fuit ſeruatum in proceſſu canonizationis Gregorij decimi, quia fuit commiſſa inquiſitio Ordinariis Piſano, & Mutinen. vt refert Ioan. Andr. *in cap. vbi periculum, in princ. de elect. in 6.*

Tertium, habita relatione decernitur, an proceſſus in ſpecie ſit conficiendus.

Quartum, ſi committenda eſt inquiſitio in ſpecie, illa conſueuit antiquitus committi tribus ex S. Rom. Eccl. Cardinalibus, vni Epiſcopo, alteri Presbytero, alteri Diacono. Panuin. *in relat. ſancti Bonauent.* qui allegat Ægidium *deciſ.* 172. *incip. extra Rotam*, & ſequitur Caſtell. *de canoniz. Sanct. quaſt. 8. art. 1. num. 26.* vel etiam aliis Epiſcopis ſummi Pontificis arbitrio, & hodie in ſacra Rituum Congregatione, vel Rotæ Auditoribus, vt *ſuprà* dictum eſt. 14.

Quintum, completo proceſſu, eóque

ad Curiam delato, causa committitur Papæ Capellanis, seu Rotæ Auditoribus, qui forment rubricas, seu faciant relationem super contentis in processu.

Sextum, rubricæ, seu relationes Auditorum, ac processus examinantur per Pontificem, & Cardinales, & hodie etiam per sacram Rituum Congregationem, vt *suprà* dictum est.

Septimum, definit Papa in secreto Consistorio canonizationem esse faciendam.

Octauum, coadiunctis Episcopis, qui sunt præsentes in Curia, narrat in Consistorio quæ acta, & probata sunt, & requiritur consilium Prælatorum, hodie verò in semipublico Consistorio Episcopi, & Cardinales dant votum super canonizatione facienda.

Nonum; assignantur dies; & Ecclesia, in qua facienda est canonizatio, qua die conuenit totus Clerus, & facit sermonem Summus Pontifex processum recitans, & probata, & inducens populum ad orandum, quòd Deus non permittat eos errare. Hodie Aduocatus Consistorialis recitat sermonem super sanctitate vitæ, & miraculis canonizandi.

Deci

Decimum, flexis genibus fit douota Oratio, & cantatur hymnus, *Veni ſancte Spiritus.*

Vndecimum, ſurgit Papa ab Oratione, & definit illum, de quo agitur, Sanctum eſſe, & Sanctorum Catalogo adſcribit, & tanquàm Sanctum proponit populo venerandum.

Duodecimum, cantatur, *Te Deum laudamus*, & idem Pontifex ſolemniter Miſſam celebrat in honorem eiuſdem; & hæc licèt ab Auditoribus tradantur, non tamen fuerunt ſemper obſeruata, vt etiam aduertit Caſtellan. *de canoniz. Sanct. q.* 8. *art.* 2. *num.* 16. qui vlteriùs tradit non ab re fore, ſi Oratio; & ieiunium indiceretur ante canonizationem, & anima canonizandi abſolueretur ad cautelam plenariè, & de plena clauium poteſtate. Sed quicquid ſit de huiuſmodi requiſitis, & eorum ordine, ſeruandum eſt hodie quod traditur in libro primo ſactarum Cæremoniar. *ſect.* 6. *cap.* 1. quæ latiſſimè ponit Angel. Rocha *in eius tractatu de canonizat. Sanctor.* ſeu *Cæremoniis in canonizatione ſeruandis.*

Nuper Sanctiſſimus Dominus noſter

Vrba

Vrbanus Octauus decreuit, vt commissiones super canonizatione, vel beatificatione proponantur in publico Consistorio per vnum ex Aduocatis cõsistorialibus, & processus, aliáque iura super sanctitate vitæ, & miraculis hominis defuncti, qui petitur inter Beatos, vel in Sanctorum Catalogo describi, non solùm in sacra Rituum Congregatione ab Eminentissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus aliísque Consultoribus examinentur; sed etiam ter in anno coram sua sanctitate eædem causæ referantur ac discutiantur. Quapropter feria sexta die vltima Ianuarij, anno 1631. coram eodem sanctissimo Domino Nostro habita est prima Congregatio, in qua fuêre præsentes Eminentissimi S. R. E. Cardinales.

Carolus Pius à Sabaudia, Episcopus Portuensis.

Aloysius Capponius tit. S. Petri ad Vincula, Presbyter Cardinalis.

Tiberius Mutus, tit. S. Priscæ.

Iulius Sabellus, tit S. Sabinæ.

Cosmus Torres, tit. S. Pancratij.

Aloysius Caetanus, tit. S. Pudentianæ.

Io. Baptista Pamphilius, tit. S. Eusebij.

Lucas

Lucas Antonius Virilis, tit. S. Saluatoris in Lauro.

Auguſtinus Spinola, tit. S. Cæciliæ.

Petrus Maria Burcheſius, tit. S. Georgij Diac.

Martius Ginettus ſanctæ Mariæ nouæ.

Alexander Cæſarinus S. Mariæ in Dominica.

Antonius Barberinus ſanctæ Mariæ in Aquiro.

Hieronymus Columna ſanctæ Agnetis in Agone abſente ob infirmitatem Fabricio Veroſpio, tit. ſanctæ Mariæ de Pace.

& Reuerendiſſimi D D.

Tigrinus Tigrinus Epiſcopus Aſſilien. à Secretis.

Conſtant. de Ruuere Prothonot. Apoſtolicus.

Fr. Fortunatus Saccus Sacriſta Sanctiſſimi.

Philippus Pirouanus. } Sacræ Rotæ Auditores,
Clemens Merlinus. }
abſente ob infirmitatem Ioan. Baptiſta Coccino eiuſdem Rotæ Decano, & ſacræ Pœnitentiariæ Regente.

Antonius Cerres Cameræ & fiſci Aduoc. vti fidei Promotor & Conſultores.

Frater

Frater Celsus Episcopus ciuitatis Plebis.

Ioannes Oliuerius V. signaturæ Referendarius.

Augustinus Oregius Theologus Sanctissimi D. N. & Canonicus S. Petri, & S. Officij Consultor.

Alexander Buccabella sancti Petri Canonicus.

Alexander Victricius Assessor sancti Officij.

D. Hilarian Abbas sanctæ Crucis in Hierusalem.

D. Bartolomæus Gauantus Bernabita.

P. Terentius Alciatus Iesuita.

CAPVT XXIV.

De litteris compulsorialibus.

SVMMARIVM.

1. *Publicatio instrumenti, completio, & exemplatio differunt.*
2. *Exemplare est in publicam formam fideliter redigere.*
3. *Exemplantur propriè publica, & authentica documenta.*
4. *Priuata instrumenta, & scripturæ, de quibus non habetur sufficiens documentum, publicantur.*
5. *Exemplatio debet fieri coram iudice ordinario, seu ipsius autoritate.*
6. *Vicarius generalis Episcopi, etiamsi non habeat speciale mandatum, dicitur iudex ordinarius.*
   Vicarius foraneus non est iudex competens, ibid.
7. *Iudex specialiter delegatus ad exemplandum est competens.*
8. *Et an iudex delegatus ad causam.*
9. *In causis ecclesiasticis exemplatio debet fieri coram iudice ecclesiastico.*

10. *Item*

10. *Item si fiat secundùm formam* cap.fin.de fid. instr.

11. *In terris Ecclesiæ in causis ecclesiasticis, & prophanis, & in contractibus respicientibus piam causam, exemplatio fieri debet coram iudice ecclesiastico in terrris Imperij pro rebus prophanis coram sæculari.*

12. *Iudex debet inspicere instrumēta exemplanda.*

13. *An requiratur quòd iudex decernat fidem Scripturæ esse adhibendam.*

14. *Habens interesse debet citari in exemplatione, etiam si scit sciens secundùm aliquos.*

15. *Iura compulsata non probant contra non citatum, licèt probent contrà tertium venientem ad causam.*

16. *An citatio sit facienda personaliter, vel domi, vel per edictum.*

17. *An sit necessaria citatio in exemplatione instrumentorum in processu canoni-Zationis, priuilegiorum, & indulgentiarum, & n.18.*

19. *Si Notarius de scriptura rogatus illam exemplat, non requiritur autoritas iudicis, vel citatio, vel alia solemnitas.*

20. *Item si exemplat scripturam deputatus in locum Notarij defuncti ad scripturas transumptandas, vtputa successor in officio, Archiuista, vel secretarius.*
21. *Deputatio Notarij ad transumptandum quomodo probetur.*
22. *Acta iudicialia, & processus facti ab Ordinariis locorum probant absque publicatione, & possunt exemplari per Notarium.*
23. *Acta, seu scriptura non authentica debent publicari, & postea exemplari.*
24. *Publicatio potest fieri in eadem charta.*
25. *Scripturæ accipientes robur ad Obseruantia possunt exemplari.*
26. *Item scripturæ seruatæ in publico Archiuio.*
27. *Dummodo scripturæ sint in forma probanti.*
28. *Instrumenta exemplata parte non citata non probant.*
29. *Si tamen pars citata ad dicendum contra nihil opponat, vel illis vtatur, probant.*
30. *Qui exemplat debet esse Tabellio.*
31. *In defectum Notarij persona honesta potest exemplare.*

T 32. Exem

32. *Exemplatio debet integraliter fieri.*
33. *Vitia visibilia scripturarum impediunt exemplationem, secùs inuisibilia.*
34. *An requiratur, quòd instrumentum exēplatum collationetur cū originali.*
35. *Ad maiorem cautelam processus exemplatus est collationandus cum alio Notario per iudicem deputato.*
36. *Cōstare debet, quòd scriptura à qua sumptū est exēplar, fuerit scripta à Notario si simus in facto retēti, secùs in antiquis.*
37. *Exemplatio fieri debet cum die, Consule, testibus, & nomine Notarij.*
38. *Requiritur recognitio manus Notarij, qui exemplauit, vel sigilli, & quomodo fiat recognitio, & n. 40.*
39. *Intellige in scripturis modern. secùs in antiquis, maximè si cōcurrant adminicula.*
41. *Scriptura exēplata solēniter probat sicuti originale, secùs si in aliquo deficiat, & n. 42.*
43. *Per exemplationem nihil innouatur, nec aliquid de nouo tribuitur exemplato, sed per publicationem instrumento publicato tribuitur.*
44. *Processus exemplatus non subscriptus à Notario, neque recognitus retentus in Archiuio fuit habitus pro sufficienti*

ad examinandam causam canoniza-tionis concurrentibus adminiculis.

45. *Ex vrbis direptione probatur amissio scripturarum.*

46. *Communis reputatio dat robur scriptura cum qua se conformat.*

47. *Exemplum concurrentibus adminiculis probat.*

IN litteris remissorialibus regulariter includuntur etiam litteræ compulsoriales ad effectum cōpulsandi, & exemplandi omnes, & quascunque scripturas, documenta, & iura ad causam facientia, & ideò vt Procuratores huiusmodi causarum, qui vtplurimum sunt Religiosi, vel personæ in foro non versatæ, ritè, & rectè valeant ad huiusmodi cōpulsationem, seu exemplationem procedere, placuit hîc breuiter recensere ea, quæ ad validitatem processus compulsorialis requiruntur.

Aduerto igitur primò quòd aliud est 1. publicatio, aliud instrumenti completio, seu perfectio. Aliud exemplatio, vel transumptio. De primo agitur *in cap: Albericus*, *de testibus*, & *ibi* Doctor. præsertim Butr. *num.* 6. De secundo *in cap. cùm*

P. Tabellio, de fid. instrum. De tertio *in cap. fin. eod. tit. de fid. instr.* vt bene explicat Bald. *in auth. si quis in aliquo, num. 16. & seq. C. de eden. & in cap. fin. num. 3. de fide instrum.*

2. Secundò aduerto, quòd exemplare nihil est aliud, quàm fideliter in publicam formam redigere, secundùm Hostien. *in cap. fin. num. 8. in princ. de fid. instrum.* &
3. quòd † instrumenta, seu documenta publica, & authentica, propriè loquendo, exemplantur, transcribuntur, seu transsumptantur, Specul. *de instrum. edition. §. ostenso num. 29.* vbi etiam quòd largè aliter dicitur, Innoc. *in cap. fin. num. 4. vers. & nota, de de fid. instrum.* Hostien. pariter *num. 4* Ioan. Andr. *num. 6.* Imol. *in primo notab.* Bald. *num. 3. in fin.* Butr. *n. 2. vers. fallit aliquibus.* Abb. *ante num. primum.* Bellam. *num. 3.* Anan. *num. 1.* Add. *ad decis. primam, de fid. instrum. in nouis.*

4. Priuata verò instrumenta publicantur, Innoc. *in dicto cap. fin. num. 4. vers. & nota, de fid. instrum.* Hostiens. *ibidem num. 3, fin. vers. Nec obstat, & num. 4.* vbi loquitur de instrumentis, abbreuiaturis, dictis testium, sententiis, testamentis, ac in omnibus aliis, de

de quibus non habetur sufficiens documentum, & idem dixit Ioan. Andr. *num.* 5. *&* 6. & Bellam. *num.* 15. 16. *&* 23. Butr. *num.* 6. *vers. superiora vero, & vers. fallit in aliquibus*, Abb. paulò ante *num.* 1. Bald. *num.* 3. *in fin.* Imol. *in primo notab. & num.* 1. *vers. in gloss.* 2. Speculat. *de instrum. edit.* §. *ostenso num.* 29. Addent *ad decis. primam, de fid. instrum.* Bald. *in Authent. si quis in aliquo num.* 18. *in fin. C. de eden.* ibi, & per hoc apparet quòd ex priuato in publicum non est propriè exemplatio, sed publicatio, Anan. *in dicto cap. fin. n.* 1.

Primò, exemplatio debet fieri coram iudice ordinario, seu ipsius autoritate, iuxta text. *in cap. fin. de fid. instrum.* vbi communiter Doctor. Anchar. *num.* 1. Felin. *num.* 2. Abb. *num.* 1. Imol. *num.* 4. Io. Andr. *num.* 7. *vers. specialiter*, Bellamer *in princ. verb. Ordinario*, Butr. *num.* 2. *vers. secundum idem.* Anchar. *in cap.* 1. *num.* 17. *eod. tit. de fid. instrum.* Hostien. *in summ. de fid. instrum.* §. *de publicatione num.* 10. *vers. quid si tres*, Specul. *de instrum. edition.* §. *ostenso, num.* 24. vbi etiam si iudex non habeat administrationem, Angel. *in Authen. si quis in aliquo, num.* 1. 5.

in princ. C. de eden. per l. nam ita Diuus. ff. de adopt, l. in causa. §. causa cognita. ff. de minorib. Bald. *ibidem num. 21. ad fin. & in cap. fin. num. 1. de fid. instrum.* Anan. *num. 2.*

6. Iudex autem ordinarius ad hunc effectum dicitur Vicarius generalis Episcopi, etiamsi non habeat speciale mandatum, Io. Andr. *in d. cap. fin. de fid. instrum.* Imol. *num. 4.* Abb. *num. 2,* Bellam. *num. 1.* Felyn. *num. 4.* qui tenent non requiri speciale mandatum, contra Hostien. qui *ibidem num. 7.* tenuit requiri speciale cum Tancred. & aliis, Butr. *ibidem num. 5. vers. in casibus autem*, vbi non determinat an requiratur speciale mandatum. Bald. *num. 4.* vbi quòd non requiritur speciale mandatum, nisi esset Vicarius ad certos alios actus, Anan. *num. 2.* vbi se remittit ad Butr. Rot. *in relatione S. Raymundi par. 1. art. 1* nec Vicarius foraneus est iudex cõpetens. Abb. *in cap. fin. num. 1. vers. sed posset dubitare, de fid. instrum.* & *ibidem* Felyn *num. 4. in princ.*

7. Vel coram iudice specialiter delegato per iudicem ordinarium, vel per sac. Rotæ Auditores. Io. Andr. *in cap. fin. n. 7. ad fin. de fid.*

fid. instrum. vbi quòd requiritur speciale
mandatum, & quòd † etiamsi sit dele- 8.
gatus ad causam, nihilominus non potest
autoritatem præstare. Abb. *num.* 1. vbi
quòd delegatus electus ad causam non
pręstat auctoritatem exemplationi, etiam-
si instrumentum faciat ad causam. Bald. *n.*
1. Butr. *num:* 2. *vers. secundùm Imol. num.*
1. *vers.* 2. *& num.* 4 Cardin. *num.* 2 Bellam.
n. 1. Felyn. *n.* 2. vbi ex sententia Cardi-
nalis dicit delegatos ad causam in practi-
ca hoc non seruare. Io. Andr. *in cap. Albe-
ritus n.* 8: *de testib.* vbi simpliciter loquitur
de iudice delegato, & eod. modo loquitur
Specul. *de instr. edit.* §. *ostenso n.* 19. *& n.* 24.
Quòd si causa est ecclesiastica (prout est 9.
causa canonizationis) exemplatio debet
fieri coram iudice ecclesiastico. Felyn. *in
c. fin. de fid. instrum. n.* 2. Hostien. *n.* 6. *vers.
contra*; Imol. *n.* 6 Io. Andr. *n.* 7 Bellam. *in
princ. verb. Ordinario.* Butr. *n.* 5. *vers. dic si.*
Abb. *n.* 9 vbi etiã quòd † debet fieri exẽ- 10.
platio coram iudice ecclesiastico, si fiat se-
cundùm formam *d. cap. fin.* Reuer. Coc-
cinus *decis.* 101. *num.* 1. vbi quòd instru-
mentum super decimis exemplatum co-
ram iudice laico non probat; in causis verò

sæcularibus coram iudice sæculari. Abb. *ibidem in princ.* Hostien. *num. 6. vers. contra* Io. Andr. *num. 6.* Ballam. *in princ. verb. Ordinario.*

11. Sed Imol. *in dicto cap. fin. num. 6.* dicit in terris Ecclesiæ exemplationem tam pro rebus ecclesiasticis, quàm prophanis faciendam esse coram iudice ecclesiastico, & idem tenet Butr. *num. 5. vers. si instrumenta omninò*, & Felin. *num. 3.* in terris Imperij pro rebus prophanis coram iudice sæculari, vt dicunt Imol. *vbi suprà, n. 6. in princ.* Felin. *d. num. 3.* Butr. *num. 5. vers. si non sunt*, in contractibus verò respicientibus piam causam, vel in testamentis respicientibus piam, vel non piam causam, quocunque in loco faciendam esse exemplationem coram iudice ecclesiastico, Imol. *in dicto cap. fin. num. 6. de fid. instrum.* Butr. *num. 5. vers. si voluntas est pia*, Felin. *num. 20.*

12. Secundò, iudex debet inspicere instrumenta, seu iura exemplanda, an in aliqua sui parte sint vitiata. Abb. *in cap. fin. de fid. instrum. num. 2.* vbi inuehit contra practicam Notariorum, qui dicunt se inspexisse, cùm hoc spectet ad iudicem, licèt possint

ſint etiam Notarij inſpicere. Felin.*ibidem num.* 11. *verſ. Nota tertiò*, vbi etiam dicit, quòd iudex antequam mandet exemplum fieri, debet de rei iuſtitia cognoſcere, & quòd inſpectionem non poteſt alteri committere, Hoſtien. *num.* 7. idem dicit Cardin. *num.* 2. *verſ. Item ibi*, Imol. *num.* 1. *verſ.* 30. *&* *num.* 8. *verſ. Item requiritur tertiò*, Io.Andr.*num.* 9. *verſ. Iſtud autem.* Bellam.*num.* 3.Butr.*num.* 2. *verſ.* 3.*&* *num.*1.vbi quòd debet ſimul cum tabellione diligenter inſpicere. Anan. *n.* 2.

An autem requiratur, quòd iudex decernat fidem ſcripturæ eſſe adhibendam, 13.
Anchar. *in cap. Albericus, num.* 9. *de teſtib.* dicit, quòd ſufficit autoritas iudicis, licèt ad maiorem ſecuritatem poſſit contineri in ſcriptura exemplata quòd iudex decreuit ſcripturæ eſſe fidem adhibendam, & idem dicit Imol. poſt Hoſtienſ. *in cap. fin. num.* 8. *verſ. Nec eſt neceſſe, de fid. inſtrum.* Ioan. Andr. *num.* 10. per hoc Bellam. *num.* 3. Speculat. *de inſtrum. edit.* §. *oſtenſo num.* 8. 9. *&* 10. Bald. *in auth. ſi quis in aliquo num.* 20. *C. de eden.* vbi quòd eſt vtile, ſed non neceſſarium, & loquitur in publicatione, Put. *dec.* 1. *de fid. inſtrum.*

Verall. *decis.* 4. *part.* 3. Rota *in relatione S. Raymundi part.* 1. *art* 8.

14. Tertiò, pars cuius posset aliquo modo interesse, debet citari in exemplatione, Abb. *in cap. fin. n.* 2. *in fin. de fid. instrum:* Anchar. *num.* 1. Felin. *num.* 6. & *ibi* etiam quando sit citandus Clericus per laicum, & *num.* 11. vbi quòd sufficit, quòd pars sit præsens, & sciens, nec sufficit, quòd solùm sit sciens, sed non præsens Bald. *ibidem num.* 8. & *num.* 5. vbi quomodo citandus sit Clericus coram iudice laico, coram quo fit exemplatio. Innoc. *num.* 3. *vers. sed hic satis*; vbi quòd debet fieri vel partibus præsentibus, vel contumaciter absentibus. Cardin. *num.* 2. *ad fin.* Imol *num.* 11. & 13 vbi quòd non sufficit scientia, nisi sit præsens. Bellam. *n.* 14 & 16. qui tenet hoc, etiam si compulsoriæ emanauerint à Rota, Butr. *num.* 6. *vers. requiritur quartò, & vers. Nunquid*, vbi quòd requiritur citatio, nisi pars sit sciens, & præsens, & quòd non sufficit sola scientia. Abb. *in cap. Albericus n.* 5. *vers. si verò, de testib.* vbi de communi. Anchar *ibid. n.* 5. *in fin. & n.* 6. & 15. *vers. vbi autem.* Cardin. *in princ. vers. in gloss. vlt.* Aretin. *n.* 10.

Angel. *in Authen. si quis in aliquo, num.* 1. *in princ. C. de eden.* Dec. *num.* 9. Bald. *num.* 7. *&* 18. *&* 21. Alex. *ibidem num.* 2. *vers. & in dicta, & num.* 9. *vers.* 2. *est restrictio.* Bart. *num.* 4. *in prima lectura, & num.* 10. vbi quòd sufficit partis præsentia, & *num.* 17. *& add. d. num.* 4. *littera B. C.* Cardin. *cons.* 72. *num.* 6. Hostiens. *in summ. de fid. instrum.* §. *de publicatione num.* 12. *in princip.* Specul. *de instrum. edit.* §. *ostenso num.* 26. vbi quòd pars debet citari, aliàs non probat, etiam si adsit iudicis auctoritas. Rota *decis.* 1. *de fid instrum. in nou.* vbi quòd non sufficit citatio in Curia ad videndum decerni compulsorias, & *ibidem* add. vbi quòd sufficit præsentia partis, etiam quòd non sit citata, & *decis.* 2. *eod. tit.* Mohed. *decis.* 2. *de fid. instr.* vbi † quòd instrumenta 15.
compulsata non probant contra illum qui non erat in causa, & consequenter non erat citatus, Verall. *dec.* 228. *lib.* 1. *in manuscr.* Cresc. *decis.* 1. *de fid. instrum.* vbi quòd iura extracta vigore compulsorialium faciunt fidem contra tertium, qui venit ad causam, vtpote vocatus vigore clausulæ, *& omnes sua interesse putantes.*

Reue

Reuerendissimus Coccinus *dec.* 404. *num.* 2. *& seq.* vbi quòd sufficit citatio, etiam si in citatione non fuit expressus locus cõpulsationis, quando pars sciebat compulsationem esse faciendam in aliqua certa ciuitate, *& dec.* 101. *num.* 4. vbi quòd si persona est incerta, facienda est citatio generalis per edictum, *& dec.* 367. *num. fin.* vbi quòd mentio iudicis parte præsente supplet defectum citationis, Rota *in relat. sancti Raimundi part.* 1. *art.* 1. *&* 2.

16. Dicta autem citatio sufficit, quòd fiat ad domum, secundùm Felin. *in cap. fin. n.* 6. *ad fin. de fid. instrum.* sed alij videntur velle, quòd si pars potest personaliter apprehendi, citatio debeat fieri personaliter, sin minus, domi dimissa copia, ita videtur velle Hostien. *summ. de fid. instr.* §. *de publicatione num.* 12. Bellamer. *in dicto cap. fin. num.* 20. vbi tenet requiri citationem personalem in præiudicio irreparabili, & quòd hoc est tutius, Collectar. *ibid. num.* 2. vbi idem dicit, quòd Bellamer. Hostien. *in cap. significauit*, 51. *num.* 3. *vers. sed & si, de testib.* Speculat. *de instrum. edit.* §. *ostenso, num.* 26. *ad fin.* vbi quòd citatio debet

debet esse personalis, vel si inueniri non potest, sufficit citatio ad domum, per *cap. ex tua, de cler. non resid. & num.* 28. vbi quòd si citatus non venit, sibi imputet, &c. idem est si sciuit, sed deinde dicit tutiùs esse, quòd citetur. Butr. *in dicto cap. fin. num. 6. vers. Requiritur quartò*, vbi sequitur *d. decis.* 1. *de fid. instrum. in nou.* Mohedan. *decis.*8.*de fid. instrum.*vbi quòd debet citari personaliter, vel ad locum domicilij, pars, quæ est certa, & quòd citatio per edictum quando persona scitur, vel sciri potest, non valet, & ibi etiam quòd requiritur specialis citatio ad videndum extrahi, & quòd non sufficit citatio per diligentiam, & postea subdit, quando sufficiat citatio per edictum, Aretin. *in c. Alberic. num.* 12. *de testib.* vbi latè an sufficiat citatio domi dimissa copia. Dec. *in auth. si quis in aliquo, num.* 10. *C. de eden.* vbi dicit sufficere citationem ad domum.

Verùm hoc requisitum in processu canonizationis non est necessarium, quia in huiusmodi negotio proceditur extraiudicialiter, nec aliquis est citandus in specie, vel per edictum generale, quia de nul- 17.

lius

lius præiudicio agitur Couar. *pract. quæst. cap. 21. num.* 8. Rota *in relat. sancti Raimundi part.* 1. *art.* 1. quod Rota mandauit in Rotulo Remissoriæ, vt citaretur Promotor fiscalis per ipsam deputatus, eo casu requiritur dicta citatio, sicuti in aliis processibus, cùm forma mandati sit ad vnguem seruanda, & quia in processibus per locorum Ordinarios faciendis super sanctitate vitæ, & miraculis alicuius defuncti, regulariter citatur Promotor fiscalis, & interesse putantes, non quia sit necessarium, sed vt tam arduum negotium diligentiùs peragatur, quod optimè factum censeo, præsertim in principio causæ, in quo vtplurimum sanctitas, & miracula non sunt omni populo cognita, nec sanctitas defuncti pluribus est comprobata miraculis.

18. Sed si in exemplatione instrumenti priuilegij, vel indulgentiarum non adest specialis aduersarius, debent per edictum solemne vocari, quorum interest, vt tutiùs procedatur in exemplatione. Abb. pro, & contrà *in c. Albericus num.* 5. *vers. & plus dicit, de testibus*. vbi in fine dicit, quòd Princeps, qui concessit priuilegium, potest

teſt illud facere exemplare ſine partis citatione, licèt vtile ſit, & honeſtum, vt pars vocetur, Anchar. *ibid.* vbi quòd debent citari per edictum generale. Felin. *in cap. fin. num.* 8. *de fid. inſtrum.* etiam differentiam de priuilegiis, vel indultis in Curia, vel extra Curiam exemplandis, & *num.* 9. vbi quòd in inſtrumentis exemplatis de mandato Papæ non requiritur citatio. Imol. *num.* 11. *in* 4. *fallent.* vbi quòd requiritur generalis citatio, niſi exemplatio fieret per illum qui priuilegium conceſſit. Butr. *n.* 6. *verſ. alium caſum.* Innoc. *in d. cap. Albericus, num.*6. *de teſt.* Ioan. Andr. *ibid. num.* 16. Angel. *in auth. ſi quis in aliquo, num.* 1. *verſ. ſi autem. C. de eden.* vbi quòd in exemplatione priuilegij, vel beneficij cùm non tendat in præiudicium certæ perſonæ, ſufficit iudicis auctoritas cum generali proclamatione. Bald. *ibid. num.* 7. *in fin.* Specul. *de inſtrum. edit.* §. *oſtenſo, num.* 30. ſequitur Innocent. ad quem & ſequitur additio ad Rot. *deciſ.* 1. *&* 2. *de fid. inſtrum. in nou.* Butr. *in dicto cap. Albericus, num.* 6. *verſ. Nunquid autem, de teſtibus,* vbi quòd in publicatione

ſcriptu

scripturæ, & priuilegij, vel indulgentiæ generalis, vel tangentis certas personas, sufficit vocatio per edictum generale. Innoc. *ibid. num.6* Rotæ *decis.4. de fid. instr. in antiq.* Aretin. *in dicto cap. Alberic. n.10. vers. & quando.*

19. Si de scriptura, seu instrumento, quod petitur exemplari, est rogatus aliquis Notarius, qui adhuc viuat, in exemplatione d. scripturæ non requiritur aliqua solemnitas, nec iudicis auctoritas, nec partis, aut interesse putantis citatio. Anchar. *in cap. Albericus num. 6. de testibus. per Authent. ad hæc. C. de fid. instrum. & l. si quis ex argentariis §. prohibet ff. de eden.* Abb. *in eod. cap. Albericus num. 5. in princ. & in fin.* vbi quòd potest exemplari sine partis citatione. Felin. *in cap. fin. num. 5. de fid. instrum.* vbi quòd non requiritur auctoritas iudicis, & *num.7.* vbi quòd non requiritur citatio. Imol. *num.11. in prima fallen.* Butr. *num. 6. vers. requiritur quartò.* Alex. *in auth. si quis in aliquo, num. 5. C. de eden. per l. vnum. ff. de testam. & c. dudum, de conuers. coniugat.* & de communi testatur contra Castrensem, & *ibid.* Bald. *num.6.* Card. *cons. 72. num. 6. vers. in contrarium*

trarium. Rota *dec.* 1. *in princ.* & *dec.* 2. *de fid. instr. in nou.* & *dec.* 4. *eod. tit. in antiq.* Caputaq. *dec.* 1. *in princ.* & *decis.* 2. *de fid. instrum. in nou.* & *decis.* 4. *eod. tit. in antiq.* 351. *num.* 1. *part.* 2. Reuerendissimus Coccinus *decis.* 36. *num.* 7. & *decis.* 404. *num. fin.* vbi quòd nec citatio, nec recognitio requiritur. Bart. *in auth. si quis in aliquo, num.* 3. *C. de eden.* vbi dicit, quòd indistinctè facit fidem Dec. *ibid. num.* 15. vbi quando probat absque citatione, & Rota *decis.* 544. *num.* 1. *parte* 4. *diuers.* & *decis.* 145. *num.* 1. *part.* 2. *in recen.*

10. Et idem dicendum est, si Notarius est mortuus, sed aliquis est specialiter deputatus ad transumptanda illius instrumenta, tunc enim non requiritur citatio Bald. *in authent. si quis in aliquo, num.* 15. *C. de eden.* quem sequitur Caputaq. *decis.* 351. *num.* 4. Reuerendissimus Coccinus *decis.* 36. *num.* 8. & *decis.* 88. *num.* 4. Dec. *in d. auth. si quis in aliquo num.* 26. & *in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* Bart. *in l.* 1. §. *si quis in duobus num.* 2. *ff. de bon possess. sec. tab.* Cyn. *in l. contractus, num.* 14. *quæst. vlt. C. de fid. instr.* Rot. *d. decis.* 544. *num.* 1. & 2. *decis.* 465. *num.* 3. & *decis.* 271.

num. 5. parte 1. in recent. vbi loquuntur de successore in officio, & de Archiuista, seu Secretario in specie deputato ad exemplandum, & custodiendum acta Curiæ, loquitur Rota *decis. 27. num. 1. part. 2. in recent.* vbi citatur Bart. *in l. si quis ex argentariis* §. 1. *num. 3. ff. de eden.* Alex. *in Auth. si quis in aliquò num. 5. in fine. C. eod.* Iason. *num. 5. vers. 19. fallit.* Felin. *in in cap. fin. num. 7. de fid. instrum. & in dec. 271. num. 5. & 6.* & de Secretario loqui-
21. tur *decis. 465. n. 3. part. 1. in rec.* † Deputatio autem probatur de stylo Rotæ, ex attestatione eiusdem Notarij, Verall. *decis. 225. lib. 1. in manuscr. incipien. de stylo, & decis. 245. par. 2. in impress.* Rota *decis. 27. num. 1. & decis. 145. num. 3. parte 2. in recent.*

22. Si verò petuntur exemplari acta iudicialia seu processus facti ab Ordinariis locorum super sanctitate vitæ, & miraculis alicuius defuncti, aut dicta iura sunt registrata in actis, & tunc dictæ scripturæ absque alia publicatione probant, & sunt authentica. Castren. *in l. publicati num. 5 C. de testam.* vbi quòd registrum facit fidẽ sicut originalis scriptura, & benè declarat Butr.

in

in cap. Albericus 43. *num.* 8. *de testib.* Innocen. *ibidem num.* 4. Anchar. *num.* 12 Io. Andr. *num.* 5. & facit Caputaq. *decis.* 351. *num.* 6. *par.* 2. vbi etiam quòd iura registrata in processu valido inter alios probant contra eum, qui non interuenit in illo iudicio si producantur saltem vigore Innocentianæ in Rota, quam sequitur Rota *dec.* 18. *num.* 2. *part.* 2. *in recent.* & *decis.* 465. *num.* 3. *part.* 1. *in recent.* Caputaq. *decis.* 101. *num.* 3. *part.* 2. Reuerendissimus Coccinus *decis.* 367. *num.* 1. vbi quòd processus datus à Notario actuario habetur pro originali Dec. *in Authen. si quis in aliquo, num.* 25. *C. de eden.*

Et ideò illa peti possunt exemplari per tabellionem ad hoc specialiter delegatum, vel per Notarium actuarium; qui processum fabricauit; si verò per alium tabellionem, quàm per Notarium rogatum, vel per successorem exemplentur, seruari debent supradicta requisita.

Verùm si penes alium, vel iudicem, inueniantur acta, quæ per tabellionem non sunt authenticata, & tunc dicta acta debent publicari. Butr. *in cap. Albericus num.* 8. *de testibus.* Innocent. *ibid. num.*

4. & 5. Ioan. Andr. *num.* 5. qui *ibid.* trad. formam, seu solemnitatem in dicta publicatione requisitam, & ideò qui vult citiùs ad expeditionem procedere, curet vt dicta acta priùs authenticentur per Notarium, qui processum scripsit, seu illius successorem in officio, siue Archiuistam aut alium ad hoc specialiter deputatum, & posteà petat exemplari: nam, vt *suprà* dixi, solùm scripturæ authenticæ propriæ dicuntur exemplari, & benè dicit Innoc. *in d.c.*
14. *Alberic. n.* 2. & 3. † vbi quòd publicatio citatis interesse putantibus potest fieri in eadem charta antiqua totum processum continente, vel in alia; non solùm in præsentia iudicis, sed etiam per tabellionem in absentia iudicis, dummodo appareat potestas præstita per iudicem.
15. Item poterunt exemplari scripturæ, quæ accipiunt robur ab obseruantia, obseruantia enim dat robur etiam scripturæ informi, Felin. *in cap. ad audientiam num.* 16. *de præscript.* Bald. *cons.* 400. *num.* 5. *lib.* 4. Rota *dec.* 18. *num.* 1. & *dec.* 703. *num.* 8. *part.* 2. *in rec.* apud Seraphin. *decis.* 928. *num.* 2. & in Meleuitana hæreditatis 6. Nouembr. 1623. coram Reuerendissimo Patriarcha
Hiero

Hierosolymitano, & in Caurien. iurisdictionis 4. Nouembr. 1593. coram Cardin. Blanchetto, *& decis.* 349. *num.* 5. *part.* 1. *in recen.* Crau. *consi.* 101. *num.* 4. *cons.* 158. *num.* 1. Bece. *cons.* 103. *num.* 26. *lib.* 1. *& dec.* 502. *num.* 18. *part.* 1. *in recen.*

Et pariter poterunt exemplari scripturæ quæ seruantur in publico Archiuio. Felinus *in cap. fini. ad finem vers. fallit* 6. *de fid. instrum.* Innocent. *in cap.* 1. *vers. Item dicuntur*, *de procurat.* Alex. *in Authent. si quis in aliquo*, *num.* 8. *C. de edend.* Angel. *ibid. num.* 8. vbi vtitur *vers. forsan.* Dec. *num.* 23. Card. *cons.* 72. *num.* 8. vbi quòd exemplum extractum ab Archiuista probat inter subditos, etiam in alio foro. Mohed. *decis.* 5. *vers. ratio quia de fid. instrum.* Caputaq. *decis.* 41. *num.* 5. *&* 6. *parte* 1. Reuerendissimus Coccinus *decis.* 36. *num.* 9. Rota *decis.* 271. *n.* 6. *parte* 1. *in recent.* Si tamen Archiuium est priuatum, & concurrunt alia adminicula, creditur scripturis in Archiuio priuato repertis Put. *decis.* 186. *num.* 2. *lib.* 3. Rota *in relat S. Raimundi part.* 1. *art.* 5. 26.

27. Dummodò scriptura sit in forma probanti: nam Archiuium non dat robur scripturæ informi, & carenti subscriptione, sigillo, & die, Rot. *dec.* 382. *num.* 2. *in rec.* & *dec.* 135. *num.* 8. *par.* 1. *in rec.* Decian. *cons.* 24. *num.* 35. *lib.* 3. Angel. *cons.* 220. cuius contrarium videtur innui *in decisione* 349. *num.* 6. *part.* 1. *in recen.* quando prima scriptura non caret testibus.

28. Instrumenta autem exemplata parte non citata non probant, Bellam. *in cap. fin. num.* 32. *de fid. instrum.* & tenent omnes suprà citati auctores, dum dicunt requiri citationem. Rota *decis.* 1. & 2. *de fid. instrum. in nou.* Mant. *dec.* 177. *n.* 5.

29. Si tamen dicta instrumenta vigore compulsoriæ parte non citata extracta, producantur in Curia, & citetur altera pars ad dicendum contrà, & nihil opponat, imò illis vtatur, probant Rota *decis.* 264. quæ est 2. *de fid. instrum. in nou.* quam sequitur Felin. *in cap. fin. num.* 7. *de fid. instr.* Imol. *ibid. num.* 11. *vers. fallit secundò.* Butr. *num.* 6. *vers. requiritur quartò.* Mant. *decis.* 244. *num.* 3. Caputaq. *decis.* 99. *num.* 3. *part.* 2. Marcsc. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 10. quòd cùm vix possit accidere in causa canoni

nonizationis, in qua nemo est necessariò citandus, vlterius non insisto.

Quartò requiritur, quòd ille, qui exemplat sit Tabellio, *cap. fin. de fid. instr.* vbi Cardin. *num.* 2. *ad fin.* & *num.* 30. *in fin.* Imol. *num.* 1. *vers.* 4. & *num.* 7. & 8. vbi quòd sufficit vnicus Notarius. Butr. *num.* 2. *vers.* 4. & *num.* 6. *vers. requiritur etiam*, vbi quòd sufficit vnus Notarius. Abb. *num.* 4. Felin. *num.* 12. vbi quòd sufficit vnicus Notarius; nec requiruntur plures, Hostiens. *in summ. de fid. instrum.* §. *de publicatione num.* 10. *vers. per quem* Specul. *de instrum. edit.* §. *ostenso*, *num.* 24. *ad fin.* & *ibid.* Add. *num.* 7. *littera D.* vbi quòd sufficit vnicus Tabellio. Bald. *in Auth. si quis in aliquo*; *num.* 21. *ad fin.* *C. de eden.* 30.

Et quatenus non reperiretur in dicto loco Notarius, potest fieri exemplatio à persona non publica; aliàs honesta, Felin. *in d. cap. fin. num.* 12. *de fid. instrum.* & *ibi* etiam an hoc procedat cessante necessitate, Cardin. *in fin.* vbi etiam quòd potest saluari gloss. *cùm exemplatio fit coram iudice*, Butr. *num.* 6. *vers. aliàs dicit*, vbi sequitur Innoc. Hostien. *in summ. de fid. instrum.* 31.

strum. §. de publicatione num. 10. vbi etiam quòd sine iudicis auctoritate tres tabelliones non sufficiunt. Specul. *de instrum. edit.* §. *ostenso, num.* 24. *ad fin.* vbi sequitur Hostien. licèt Imol. *in d. cap. fin. num.* 8. velit personam priuatam aliàs honestam, non sufficere.

32. Quintò, respondetur, quòd tabellio integraliter exemplet totum tenorem scripturæ, nihil addendo, vel minuendo. Io. Andr. *in cap. fin. num.* 10. *ad fin. de fid. instrum.* Butr. *num.* 6. *vers. requiritur vlterius.* Bellam. *num.* 3. *in fin.* Felin. *num.* 113. *vers. 2. limita.* Imol. *num.* 13. *vers. vltimò requiritur.* Abb. *num.* 5. & Add. ad Abb. *in cap. Albericus, littera A. incipien. circa istam, de testibus.* Speculat. *de instrum. edit.* §. *ostenso, num.* 3. & 4. vbi etiam quòd nō est necesse ponere signum Notarij, cuius instrumentum exemplatur. Bald. *in auth. si quis in aliqua, num.* 21. *C. de eden.*

33. Sextò requiritur, quòd instrumenta, seu scripturæ exemplandæ non habeant vitia visibilia, scilicet cancellaturas, rasuras, & similia: nam vitia visibilia impediunt fieri exemplationem. Imol. *in cap.*
fin.

fin. num. fin. verſ. Et per hanc decretalem, de fid. inſtr. vbi Io. Andr. *num. 9.* Butr. *num. 11. in fin.* licèt vitia inuiſibilia, vt putà quòd inſtrumentum ſit confectum ab excommunicato, vel ſeruo, non impediunt fieri exemplationem Abb. *in dicto cap. fin. de fid. inſtrum. num. 3.* Felin. *ibidem num. 11. in fin.* Imol. *num. 13. verſ. & per hanc.* Io. Andr. *num. 9.* Bellam. *num. 2.* Butr. *num. 6. verſ. inuiſibilia non.* Hoſtien. *in ſumma de inſtrum. edit. §. de publicatione n. 12. verſ. Publicabitur autem*, vbi enumerat vitia.

Septimò, ſecundùm aliquos requiritur collationatio inſtrumenti exemplati cum inſtrumento, à quo eſt exemplatum. Card. *in cap. fin. num. 2. de fid. inſtrum.* vbi loquitur de obſeruantia, Caputaq. *decif. 351. n. 2. part. 2.* Bald. *in Auth. ſi quis in aliquo, n. 21. ad fin. C. de eden.* ibi, *quòd ſi Notarius publicus tranſcribens lecto inſtrumento cum exemplo ſimul cum indice; & viſo in omnibus concordare mandato iudicis tranſcribat in publicam formam.* Salic. *ibidem num. 7. in fin.* ibi, *& auſcultationi*; Veſtr. *in prax. lib. 6. cap. 1. num. 14.* poſt medium. vbi etiam quòd pars debet citari ad videndum collationari. Rimin. *conſ. 405. num. 8.* 34.

lib. 3. quem sequitur Rota *dec. 357. in prin. par. 4. diu.* Rota *decis. 327. num. 1. part. 2.* sed dicta collationatio (quicquid sit de stylo, vel consuetudine) de iure non est necessaria. Hostien. *in cap. fin. de fid. instrum.* Imol. *ibid. num. 8. vers. esset etiam vtile,* vbi quòd esset vtile, quòd iudex conferret, & auscultaret exemplatum originali, tamen quòd hoc nõ est necessarium, quia præsumitur pro Tabellione secũdùm Hostien. Ioan. Andr. *num. 9. in fin.* ibi, *& cautum etiam esset, quòd inspiceret etiam insinuatum, conferendo illud cum originali,* hæc tamen vltima inspectio non est necessaria secundùm Hostien. quia præsumitur pro Tabellione, & idem dicit Bellam. *num. 3.* & Butr. *num. 6.* Specul. *de instrum. edit. §. ostenso. num. 4.* vbi ait, quòd si Notarius velit aliquid ampliùs solemnitatis adiicere, debet adiungere sibi duos vel tres Tabelliones, cum quibus diligenter auscultabit ipsum exemplum cum authentico, & si inuentum fuerit concordare, vnusquisque illorum, posito suo signo se subscribet.

35. Sed ad maiorem cautelam Procurator aduertat, quòd totus processus tam compulso

pulsorialis, quàm remissorialis collationetur, ita vt iudex subdelegatus deputet ad effectum collationis alterum Notarium, de quo decreto constet in processu, & hic Notarius vnà cum alio Notario conferat, seu collationet totum processum, & postea in fine se subscribat vterque Notarius secundùm practicam Speculatoris *in dicto tit. de instrum. edit. §. ostenso, num. 4.* vbi ponit formam, & deinde Notarius actuarius redigat in publicam formã cum auctoritate & decreto iudicis totum processum, & hoc ne in controuersiam aliquando reuocetur, quòd processus discordat ab originali.

Quòd si negetur instrumẽtum seu scripturam, à qua sumptum est exemplum non fuisse scriptam à tabellione, debet hoc probari, scilicet, quòd illa scriptura fuerit scripta à Notario publico. Innoc. *in cap. 1. num. 2. vers. oportet, de fid. instrum.* Butr. *num. 2. vers. oportet,* Collectar. *in cap. fin. num. fin. de fid. instrum.* Bellam. *ibid. num. 28.* vbi etiam quòd si nihil opponatur, dictum instrumentum facit fidem Hostien. *in cap. significauit 41. num. fin. ad fin. de testib.* Reuerendissimus Coccinus 36.

cinus *decis.* 80. quæ conclusio intelligenda est, si sumus in facto de recenti, tunc enim probandum est, scripturam fuisse scriptam à Notario, vt volunt supracitati authores, quòd vel probetur per publicum instrumentum tabellionatus, vel per testes deponentes de publica voce, & fama, quòd publicè fungebatur officio Notariatus, vt docet Innoc. *in dicto cap.* 1. *num.* 2. *de fid. instrum.* Butr. *ibid. num.* 2. Si autem sumus in factis antiquis, tunc non est probandus Notariatus, cùm præsumatur eum, qui fecit instrumentum fuisse Notarium. Bellam. *in dicto cap. fin. num.* 28. Hostien. *in dicto cap. significauit*, *ad fin. de testibus.* vbi quòd si post 100. *vel* 200. annos negatur, quòd non fuit tabellio is, qui confecit instrumentum, non est opus probare Notariatum, & subdit, quòd hoc poterit corroborari per comparationem manus eiusdem Notarij. Reuerendissimus Coccinus *dec.* 258. *n.* 5. vbi quòd in antiquis non est opus probare Notariatum per Dec *cons.* 36. *num.* 30. Alex. *cons.* 101. *num.* 10. *lib.* 7. *& ibid.* Addit. *littera H.* Socin. Sen. *cons.* 187. *num.* 16. *lib.* 2. Bald. *in l. comparationes, num.* 25. *& seq.* *C. de*

C. de fid. instrum. Ias. *in l. Barbat. num.* 55. *ff. de offic. Procons.* Felin. *in cap. sicut, num.* 29. *vers. Simile est, quod, de sent. & re iud.*

Octauò requiritur, quòd exemplatio fiat cum die, Consule, testibus, nomine Notarij. Addit. ad Abb. *in cap. Albericus, littera* A. *incipien. circa istam de testibus,* & hoc est commune omnibus scripturis authenticis, seu publicis instrumentis. Gloss. *in l. generali verb. seruituti. C. de tabular. lib.* 10. Couar. *pract. quæst. cap.* 20. *num.* 1. *& seq.* Reuerendissimus Coccinus *decis.* 258, *num.* 1. 37.

Nonò requiritur recognitio manus illius Notarij qui enuntiat se scripsisse instrumentũ. Vestr. *in prax. lib.* 6. *c.* 1. *num.* 8. vbi tradit formam citandi, & dicit, quòd potest recognosci per testes, qui deponant se habere notam manum, & *num.* 16. dicit in subsidium posse recognosci per comparationem, & quatenus recognosci non possint, & scripturæ veniunt ex longinquis partibus, & haberent formam publicæ scripturæ, eo casu dictæ scripturæ probarent Rota *dec.* 145 *n.* 1. 2. *&* 3. *part.* 2. *in recent. & decis.* 135 *num.* 8. *par* 1. *in recent.* vbi quòd debet recognosci manus Archiuistę, 38.

& cita

& citatur Oldrad. *conf.* 1. *num.* 3. Alex. *conf.* 166. *lib.* 2. Put. *decis.* 323. *lib.* 1. *&* *decis.* 271. *num.* 7. *part.* 1. *in rec.* Vel si adest attestatio & sigillum Ordinarij, vel legalitas eorum, ad quos hoc munus spectet ex consuetudine, tunc sufficit recognitio sigilli. Vestr. *in prax. lib.* 6. *c.* 1. *num.* 9. per Felin. *in cap. scripta, num.* 33. *in fin.* *& num. seq. de fid. instrum.*

39. Quæ recognitio requiritur in iuribus, & scripturis modernis, Mant. *dec.* 127. *num.* 1. vbi quòd est stylus Rotæ inueteratus. Doct. *in cap.* 1. *de fid instrum.* Caputaq. *dec.* 117. *num.* 3. *lib.* 3 non autem in scripturis antiquis, quæ non egent recognitione. Verall. *dec.* 5. *lib.* 3. Put. *decis.* 146. *lib.* 1. *& dec.* 346. *num.* 4, *lib.* 2. Reuerendissimus Coccinus *dec.* 258. *num.* 2. Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 80. *num. fin.* & faciunt authores suprà citati *vers. si autem*, qui dicunt non esse probandum tabellionatum in antiq. & hæc maximè procedunt, si concurrunt adminicula cum dictis iuribus antiquis. Put. *dicta dec.* 146. *&* 346. Coccin. *dicta dec.* 258. *num.* 2. Alex. *conf.* 101. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 7.

40. Et ista recognitio fieri debet parte cita-

ta *cap. 2. de testib.* Mant. *decis. 117. num. 2.* Caputaq. *decis. 4. & decis. 117. num. 5. part. 3.* vel per testes, qui viderunt scribere, prout de iure communi requiritur. §. *si quis igitur, Auth. de instr. caut. & fid.* Affl. *decis.* 181. *num.* 8. & *ibid.* Vrsill. *num.* 1. Ruin. *cons.* 131. *num.* 19. *& cons.* 79. *num.* 2. *& 4. lib.* 4. Vestr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 8. Reuerendissimus Coccinus Rotæ Decanus *decis.* 173. *num.* 2. Alex. *cons.* 78. *num.* 4. *lib.* 3. Afflict. *decis.* 181. *num.* 8. Rota *decis.* 124. *num.* 1. *part.* 2. *diu.* vbi latè, vel per testes, qui dicant se habere notam manum, quod concurrentibus adminiculis sufficit de stylo Curiæ pro recognitione instrumentorum de partibus. Vestr. *in prax. lib. 6. cap.* 1. *num.* 8. Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 80. *num.* 1. Achil. *dec.* 2. *de fid. instrum.* Seraphin. *dec.* 150. *num.* 1. Rota *in Spoletana dotis* 19. *Decembr.* 1605. *coram Iusto, & in Mediolanen. de Cusanis* 4. *Februarij* 1600. *coram eodem, & in AEsina bonorum* 24. *Nouemb.* 1593. *coram Illustrissimo Cardinale Mellino, & coram Reuerendissimo Coccino Rotæ Decano dec.* 173. *num.* 1. *& dec.* 450. *num.* 4. *& dec.* 582. *num.* 8. *part.* 1. *in recent.* Vel per comparationem

litterã

litterarum ad certam & indubitatam scripturam. *l. comparatione. C. de fid. instrum.* vbi Doct. Maresc. *var. resol. lib. 1. cap. 80. num. 2.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 14. num. 26.* vbi ponit requisita, Crauett. *cons. 216. num. 18* Ruin. *cons. 70. num. 4. vol. 4.* Surd. *cons. 187. num. 30.* Rota *in Romana fideicommissi de Vecciis 9. Iunij, 1617. coram Pirouano in Lunen. Sarzanen. Iurispatronatus 11. Maij 1618. coram R. P. D. Pamphilio*, & alibi sæpiùs.

41. Quibus omnibus seruatis exemplum habet eandem autoritatem, quam habet originale. Abb. *in cap. fin. n. 5. de fid. instr.* Bald. *in princ.* Felin. *ibid. in prin. & n. 13.* vbi etiã si primum iustrumẽtum consumatur. Hostien. *ibid. in fin.* Card. Butr. & Io. Andr. *in princ.* Bellam. *in princ. & num. 31.* Anchar. *in cap. Albericus num. 15. vers. vbi autem, de testib.* Hostien. *in summ. de fid. instrum. in fin.* Speculat. *de fid. instrum. §. ostenso, num. 19.* Alex. *in Authen. si quis in aliquo, num. 3. C. de eden.* Dec. *num. 9.* Aret. *in cap. Albericus, num. 16. vers. & vt complentur.*

42. Quòd si aliquid deficiat, instrumentum non probat, vt si deficiat iudicis autoritas,

dicit, Speculat. *de instrum. edit.* §. *ostenso, num.* 24. Butr. *in cap. Albericus, num.* 6. *in fin. de testibus.* vbi generaliter loquitur, & de citatione Bellam. *in dicto cap. fin. de fid. instrum. num.* 13. *vers. fallit quantò.* vbi pro, & contrà, & etiam dicit, quòd si originale est deperditum, exemplum facit semiplenam probationem. Alex. *in auth. si quis in aliquo, num.* 7. *C. de eden.* vbi quòd facit aliqualem præsumptionem, & si originale est deperditum, exemplum facit semiplenam probationem.

Sed ex dictà exemplatione nihil innouatur, nec aliquid noui iuris tribuitur exemplato. Innoc. *in cap. cùm dilecta, n.* 1. *in princ. de confirm. vtil. vel inutil.* Io. Andr. *in cap. Albericus, num.* 15. *vers. & sic etiam de testibus, & cap. fin. num.* 10. *vers. eandem.* Bellam. *ibid. num.* 31 vbi quòd non facit maiorem fidem Butr. *ibid. num. fin. in fin.* vbi quòd per exemplationem non datur exemplato maior potentia, licèt instrumentum publicatum habeat maiorem vim, cùm publicatio fiat ad effectum, vt instrumentum, quòd priùs non probabat, probet. Specul. *de instrum. edit.* §. *ostenso, n* 6. *per dictum cap. fin. & cap. cùm* 41.

dilecta, de confirm. util. vel inutil. & cap. ex parte, de priuileg. & l. publicati. C. de testam.

44. Processus exemplatus non subscriptus à Notario, neque recognitus, retentus in priuato Archiuio fuit habitus pro sufficienti ad examinandam causam canonizationis S Hiacinthi Poloni, concurrentibus adminiculis, quæ sunt hæc. Primò, quia processus erat confectus ab vno, qui in eodem processu fuerat testis. Secundò, quia erat seruatus in Archiuio, licèt priuato, ex quo colligitur talem processum fuisse habitum pro bono, & authentico, & pro tali fuisse seruatũ. Tertiò, ex eo, quòd S. Hiacinthus pro Sancto publicè habebatur, & officium recitabatur. Quartò, quia in eo reperiebantur registratæ Bullæ Pontificiæ, de quarum veritate aliunde ex propriis originalibus constabat. Quintò, quia similis alter processus fuit repertus, qui in omnibus concordat. Sextò, quia d. processu commota omnium Ecclesiasticorum congregatio instantiam fecit apud summ. Pontificem pro canonizatione.

45. Septimò †, quia dictum processum Regni Poloniæ Episcopi suis sigillis muniuerunt, & com

& commendarunt. Et hæc, quia deperditus erat processus originalis, quæ perditio probabatur ex Vrbis direptione. *l. si quis ex argentariis. § Prætor ait. ff. de edende.* Afflict. *decis.* 13. *num.* 10. Et † quia consonantia veritatis, scilicet communis reputatio pro Sancto, & celebratio festiuitatis, facit, vt etiam scriptutæ firma fides adhibeatur. Aim. *cons.* 101. *& cons.* 158. *& de antiq. temp. § quartò limitatur num.* 18. Rota *in Romana Domorum* 21. *Aprilis* 1574. *coram Robusterio, & in Caurien. iurisdictionis* 4. *Nouembris* 1593. *coram Blanchetto.* 46.
Et † quia exemplis fides datur, si concurrant adminicula, Mohed. *decis.* 33. *quæ est prima de fid. instrum. A. A. in repertor. de exemplis, num.* 3. Verall. *decis.* 234. *lib.* 1. Rota *in Sabinen. Castrorum*, 26. *Februarij* 1586. *coram Bubalo, & in Spoletana Confinium* 28. *Ianuarij* 1583. *coram Blanchetto, Marescottus var. resol. lib.* 1. *cap.* 81. *n.* 5. 47.

CAPVT XXV.

Practicabilia in processibus canonizationis de iudice.

SVMMARIVM.

1. *Iurisdictio probatur ex commissione, seu rescripto.*
2. *Non expirat morte delegantis si citatio decreta viuente delegato fuit executa post mortem.*
3. *Re integra iurisdictio subdelegati expirat.*
4. *Titius qui gerit se pro Vicario in facto de recenti probare debet se esse talem.*
5. *In antiquis verò sufficit quòd se Vicarium enuntiet, parte non opponente.*
6. *Vel per communem reputationem se probet esse talem.*
7. *An iudex, cui commissum est examen testium, possit testes interrogare.*
8. *Iudex remissorialis non potest nouos articulos admittere.*
9. *Potest tamen declarare, & specificare articulos iam datos.*

10. De

10. *Delegatus ſupremi Principis poteſt alium ſubdelegare.*
11. *Delegatus à Nuntio habente poteſtatem Legati de latere, poteſt ſubdelegare.*
12. *Delegatus ſupremi Principis poteſt committere Notario receptionem iuramenti, & examen teſtium, & ea quæ ſapiunt nudum miniſterium, & particularem articulum.*
13. *Niſi ſit electa induſtria perſonæ.*
14. *An in cauſa canonizationis cenſeatur electa induſtria perſonæ.*
15. *Delegatus ſupremi Principis an poßit ſubdelegato concedere facultatem ſubdelegandi.*
16. *Subdelegatus non poteſt ſubdelegare coniudicem.*
17. *Forma reſcripti debet ſeruari, & ea non ſeruata actus eſt nullus.*
18. *Teſtes examinari debent in loco expreſſo, in remiſſoria ſi poteſt.*
19. *Teſtis præſumitur examinatus in loco, vbi alij fuerunt examinati.*
20. *Proceſſus debet conſignari Portitori iurato, vel alteri legali perſonæ deferendus ad curiam.*
21. *Debet eſſe clauſus & ſigillatus.*

22. Forma quæ non dat esse rei potest omitti.
23. Litteræ remissoriales directæ tribus, debent tribus præsentari, nec possunt duo deuenire ad aliquem actum ante præsentationem, etiamsi duobus sit causa commissa, tertio impedito.
24. Notarius à iudice deputatus iurare debet de fideliter exercendo officium.
25. Non tenetur per seipsum scribere processum, sed subscribere.
26. Dummodò in subscriptione se asserat impeditum.
27. Vel etiam simpliciter se subscribat.
28. Notariatus probari debet.
29. Notario attestanti se Notarium creditur, præsertim cōcurrente antiquitate.
30. Manus Notarij non eget recognitione in antiquis.
31. Nec probatione quòd esset in quasi possessione Notariatus.
32. Notariatus in antiquis probatur per famam.
33. Quomodo probetur in facto de recenti.
34. Notarius creatus ab Imperatore potest scribere in causa canonizationis. Contrà ibid. & n. 38.
35. Laicus in causis ecclesiasticis potest esse testis.

36. No

36. *Notarius nudum ministerium praestat.*
37. *Non est metienda facultas Notarij ab eo, qui illum creauit.*
39. *Nuntius seu Mandatarius debet iurare de fideliter officium exercendo.*
40. *Aduocatus fisci promotor fidei, vel alius contradictor non admittitur in causa canonizationis, licèt possit.*
41. *Nemo est citandus, nec generaliter, nec specialiter in causa canonizationis.*
42. *Potest quis admitti pro habẽda informat.*
43. *Contradictor non excipiẽs bono zelo non debet admitti.*
44. *Potest in causa canonizationis seruari ordo iudiciarius.*
45. *In prouisionibus, & collationibus nemo est citandus.*
46. *In examine super idoneitate nemo citatur*
47. *In extraiudicialib. nõ requiritur citatio.*
48. *In causa canonizationis non tractatur de alicuius directo praeiudicio.*
49. *Concil. Trid.* sess. 25. de inuoc. & vener. SS. *loquitur de extraiudiciali examine.*
50. *In causa canonizationis non est necessarius Procurator, & n.* 52.
51. *Episcopi seu Ordinarij locorum possunt ex officio inquirere super vita, & moribus alicuius.*

53. In actione populari quilibet potest comparere, & Canonicus pro Ecclesia, ibidem.

54. Procurator debet iurare de calumnia.

55. Habens mandatum comparendi coram uno iudice potest comparere coram subrogato.

56. Procurator cum communicatione totius authoritatis æquiparatur procuratori habenti mandatum cum libera.

57. Et speciali mandatò, &c. n. 58.

59. Potest alium substituere.

60. Gesta per Procuratorem, qui mandatum non habebat, possunt à principali ratificari.

61. Testes in causa canonizationis debent examinari eadem, ac etiam maiori diligentia, qua in aliis causis adhibetur.

62. Debent iurare de veritate dicenda.

63. Iuramentum probatur si dicatur testis iuratus, siue testis iurauit dicere veritatem [illegible] siue reductum est ei ad me[illegible] [illegible]amentum, siue Notarius [illegible]m iuratum.

[illegible] an hoc procedat in testibus [illegible] in curia, ibid.

Non

65. *Non est necesse, quòd Notarius asserat iurasse tactis sacrosanctis scripturis.*
66. *Testes debent singillatim examinari, non tamen est improbatum alias personas esse præsentes.*
67. *Præsumuntur in dubio singillatim examinati.*
68. *Debent examinari secretò, & quare.*
69. *Testis debet reddere causam sui dicti.*
70. *An teneatur reddere causam sui dicti non interrogatus in probandis miraculis, & n.71.*
72. *Miraculum sensu corporis percipi non potest.*
73. *In probandis iis, quæ sensu corporis percipi non possunt, testis debet reddere causam sui dicti.*
74. *Testis non debet esse omni exceptione maior.*
75. *Non est necesse quòd testes trahantur ad Curiam.*
76. *Testis, quem asserit Notarius deposuisse sicuti deposuit Titius probat.*
77. *Testis debet examinari super interrogatoriis.*
78. *Quæ de stylo Curiæ transmittuntur ad partes, non tamen sunt necessaria ad*

validitatem processus, sed potest ex se iudex formare, & n. 81.

82. *Si fuit omissum aliquod interrogatorium concernens materiam, de qua testis non deposuit, examen sustinetur.*

83. *Testis nulliter examinatus repeti potest.*

84. *Testium examen sine interrogatoriis non est nullum, sed testes repeti possunt.*

85. *Iudex potest examinare testes, etiamsi pars citata non dederit in termino interrogatoria.*

86. *Iudex ex officio potest resecare interrogatoria.*

87. *Iudex potest omittere interrogatoria superflua.*

88. *Sufficit, quòd testis repetendus se remittat ad primum examen.*

89. *In repetitione debent ea seruari, quæ requiruntur in examine.*

90. *An testes repetendi debeant per extensum deponere, & non relatiuè ad aliud examen.*

91. *Arbitrarium est iudici admittere examen relatiuè ad aliud.*

92. *Commißio in causa serui Dei non beatificati*

ficati, 93. & beatificati.
94. *Articuli in causa canonizationis.*
95. *Interrogatoria.*
96. *Rotulus remissoria.*

SVMMVS Pontifex in toto orbe, Archiepiscopi, & Episcopi in eorum diœcesibus possunt autoritate propria conficere processus super vita, & miraculis illius, de cuius beatificatione, vel canonizatione agitur, vel alteri committere vices suas. Si igitur Pontifex, vel Episcopus alium delegauerint, aduertat causę patronus, vt commissio, seu rescriptum præsententur delegato ad hoc, vt sit certus de sua iurisdictione † quæ ex ipso rescripto probatur, 1.
cap. quamuis, de off. deleg. cap. pastoralis 14. *de rescript. l. à iudice, C. de iudic.* Abb. *in cap. venerabili, num.* 22. *de testib.* Franc. *in cap. super eo, el.* 2. *&* 19. *de appellat.* Roman. *cons.* 353. *num.* 8. Rota apud Verall. *decis.* 324. *num.* 4. *part.* 1. *& dec.* 21. *de concess. praben. in nou.*

Nec expirat per mortē delegantis, si cita- 2.
tionē decreuerit, licèt citatio fuerit executa post obitū eiusdē delegātis. *c. gratū.* § *Nos autem*

autem de offic. deleg. vbi Abb. *num.* 1. *&* 3. Felin. *num.* 5. *verſ. quaritur ergo, cap. ſi delegatus* 7. *eod. tit. in* 6. Iaſ. *in l. more maiorum num.* 58. *ff. de iuriſd. omn. iud.* Dec. *ibid. num.* 47. Rota *deciſ.* 9. *de dolo, & contum. in antiq.* Biſignett. *dec.* 1. *de offic. delegat.* Verallus *dec.* 124. *part.* 2 & Rota *in relatione S. Hiacinthi in cap.* 2. *in princ. verſ. cenſuimus etiam.* Hoſtien. *in cap. licet* 30. *num.* 2. *de offic. delegat* vbi quòd delegatus dicitur vſus iuriſdictione, ſi vices ſuas alicui committat, etiam ſi principium tantùm committat, vel ſi mandet alicui, quòd citet partes, vel ipſemet iudex citet, vel ſi recipiat teſtes in periculo conſtitutos, vel ſi excommunicet contradictores, & rebelles, vel ſi diem aſſignet partibus præſentibus, vel ſi faciat offerri libellum, vel aliquem actum iudicialem exerceat, etiamſi partes non citauerit.

3. Ex quibus in facti contingentia fuit concluſum non expirare iuriſdictionem delegatorum, qui non executa, nec decreta citatione firmauerant N. habuiſſe virtutes theologales, & feciſſe tale miraculum. Si verò cauſa fuit commiſſa tribus Rotæ Auditoribus, exempli gratia, ad

referri

rescriptum, vel commissio non fuit præsentata, vel si fuit præsentata, dicti Auditores nihil egerunt, & interim Pontifex moriatur, iurisdictio expirat cùm res sit integra, *cap. relatum. de offic. delegat. cap. fin.* §. *officium, eod. tit. in 6. l. & quia 6. ff. de iurisd. omn. iudicum*, & *ibi* Gloss. *verb. antequam*, & Doctores communiter. Gloss. *in l. eius, qui in prouincia, verb. ignorasse, ff. si certam petatur*, Ias. *in l. more, num.* 5. *&* 8. Bart. *n* 2.

Quòd si Vicarius Episcopi generalis examinauit testes, vel exemplauit instrumentâ, curet causæ patronus in ipso processu Vicarij deputationem apponi, quia in facto recenti constare debet, quòd ipse sit Vicarius. Bald. *in l. aliquando, num.* 4. *ff. de offic. Procons.* Barbatias *de Card. legato quæst.* 1. *membr.* 1 *num.* 9. quos sequitur Iacobus Sbrozzius *de Vicario Episcopi lib.* 1. *quæst.* 64. *num.* 28. vbi asserit posse probari per testes, quem esse Vicarium Episcopi præsentis, absentis verò probandum esse per publica documenta, vt sit locus regulæ, quòd Titius probare debet se talem esse, qualem se facit. *l. non ignorat*, vbi Bart. *C. de accusat.* Paris. *consf.* 12. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 4. 4.

5. *lib.* 4. † secus tamen est in antiquis, & vbi pars non opponit, tunc enim sufficit quòd Vicarius se enuntiet Vicarium absque eo, quòd fiat magis exacta probatio. Rota *decis.* 1. *de offic. Vicar. in antiq.* Crescen. *decis.* 15. *de probat.* & *in Hispalen. iuris nominandi* 13. *Februarij* 1579. *coram Card. Seraph.* & *in Burgen. Canonicatus* 17. *Octo-*
6. *bris* 1586. *coram Giptio*, † vel probetur per communem reputationem, & famam, iuncta antiquitate temporis illum fuisse Vicarium Felin. *in cap. sicut, num.* 31. *vers. primò, vt non procedat, de sent. & re iud.* Aym. *de antiq. temp. part.* 2. *num.* 68. *vers. septimò sublimitatur*, Gabr. *de procur. concl.* 1. *num.* 11. *vers. quartò limita*, Bellam. *decis.* 402. *incipien. inter priuatos*, Milis *in repertor. verb. Vicarius*, §. 1. Rota *decis.* 4. *de offic. Ord. in antiq.* & *dec.* 3. *de prob. in nou.* & *dec.* 1. *de offic. Vicar. in nou.* & conclusit Rota *in relat. S. Raimundi part.* 1. *cap.* 1. & ex his fuit resolutum in causa canonizationis sancti Ignatij processum remissorialem Maioricen. factum à Titio, cui fuerat commissum examen vti maiorem dignitatem habenti esse validum, ex quo fuit probatum Titium se publicè gessisse

fiſſe pro tali, ſcilicet pro maiori dignitate, *ad l. Barbarius. ff. de offic. Proconſul.*

Tertiò aduertat nihil agere præter formam, & verba reſcripti, quia in huiuſmodi cauſis cum examine diligenti, & ſtricto iure proceditur, & ſæpè proceſſus reiiciũtur cum maximis expenſis fabricati; ideóque aliquando legi dubitatum, an iudex, cui fuerat commiſſum examen teſtium, poſſet teſtes interrogare? & fuit reſolutum poſſe, quia cenſebantur commiſſa illa omnia, ſine quibus examen perfici non poterat, prout eſt teſtes interrogare, vt *in relatione ſancti Hiacinthi, cap. 2. verſ. & cùm non ſit, fol.* 11 *arg. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. cap. præterea, & cap. prudentiam. §. ſexta nobis, verſ. Explorati quidem, de offic. deleg.* Paul. de Eleazeris *in Clem. multorum. §. propter quod, verſ. vel tormentis exponere*, de hæretic. Gloſſ. *in cap. cùm cauſam, 37. verb. compellas, de teſtibus.* vbi quòd iuriſdictio extenditur ad omnia, ſine quibus cauſa expediri non poteſt. 7.

Non tamen poteſt nouos articulos admittere vltra illos, qui fuerunt tranſmiſſi, & dati in Curia. Put. *dec.* 190. *incip. fuit dictum lib.* 1. 8.

Poteſt

22. *Forma quæ non dat esse rei potest omitti.*
23. *Litteræ remissoriales directæ tribus, debent tribus præsentari, nec possunt duo deuenire ad aliquem actum ante præsentationem, etiamsi duobus sit causa commissa, tertio impedito.*
24. *Notarius à iudice deputatus iurare debet de fideliter exercendo officium.*
25. *Non tenetur per seipsum scribere processum, sed subscribere.*
26. *Dummodò in subscriptione se asserat impeditum.*
27. *Vel etiam simpliciter se subscribat.*
28. *Notariatus probari debet.*
29. *Notario attestanti se Notarium creditur, præsertim cõcurrente antiquitate.*
30. *Manus Notarij non eget recognitione in antiquis.*
31. *Nec probatione quòd esset in quasi possessione Notariatus.*
32. *Notariatus in antiquis probatur per famam.*
33. *Quomodo probetur in facto de recenti.*
34. *Notarius creatus ab Imperatore potest scribere in causa canonizationis.* *Contrà ibid. & n. 38.*
35. *Laicus in causis ecclesiasticis potest esse testis.*

36. No

36. *Notarius nudum ministerium præstat.*
37. *Non est metienda facultas Notarij ab eo, qui illum creauit.*
39. *Nuntius seu Mandatarius debet iurare de fideliter officium exercendo.*
40. *Aduocatus fisci promotor fidei, vel alius contradictor non admittitur in causa canonizationis, licèt possit.*
41. *Nemo est citandus, nec generaliter, nec specialiter in causa canonizationis.*
42. *Potest quis admitti pro habēda informat.*
43. *Contradictor non excipiēs bono zelo non debet admitti.*
44. *Potest in causa canonizationis seruari ordo iudiciarius.*
45. *In prouisionibus, & collationibus nemo est citandus.*
46. *In examine super idoneitate nemo citatur*
47. *In extraiudicialib. nō requiritur citatio.*
48. *In causa canonizationis non tractatur de alicuius directo præiudicio.*
49. *Concil. Trid.* sess. 25. de inuoc. & vener. SS. *loquitur de extraiudiciali examine.*
50. *In causa canonizationis non est necessarius Procurator, & n.* 52.
51. *Episcopi seu Ordinarij locorum possunt ex officio inquirere super vita, & moribus alicuius.*

53. *In actione populari quilibet potest comparere, & Canonicus pro Ecclesia, ibidem.*

54. *Procurator debet iurare de calumnia.*

55. *Habens mandatum comparendi coram vno iudice potest comparere coram subrogato.*

56. *Procurator cum communicatione totius authoritatis æquiparatur procuratori habenti mandatum cum libera.*

57. *Et speciali mandatò, &c. n. 58.*

59. *Potest alium substituere.*

60. *Gesta per Procuratorem, qui mandatum non habebat, possunt à principali ratificari.*

61. *Testes in causa canonizationis debent examinari eadem, ac etiam maiori diligentia, qua in aliis causis adhibetur.*

62. *Debent iurare de veritate dicenda.*

63. *Iuramentum probatur si dicatur testis iuratus, siue testis iurauit dicere veritatem, siue reductum est ei ad memoriam iuramentum, siue Notarius asserat testem iuratum.*

64. *Et quare, & an hoc procedat in testibus examinatis in curia, ibid.*

Non

65. *Non est necesse, quòd Notarius asserat iurasse tactis sacrosanctis scripturis.*
66. *Testes debent singillatim examinari, non tamen est improbatum alias personas esse præsentes.*
67. *Præsumuntur in dubio singillatim examinati.*
68. *Debent examinari secretò, & quare.*
69. *Testis debet reddere causam sui dicti.*
70. *An teneatur reddere causam sui dicti non interrogatus in probandis miraculis, & n.71.*
72. *Miraculum sensu corporis percipi non potest.*
73. *In probandis iis, quæ sensu corporis percipi non possunt, testis debet reddere causam sui dicti.*
74. *Testis non debet esse omni exceptione maior.*
75. *Non est necesse quòd testes trahantur ad Curiam.*
76. *Testis, quem asserit Notarius deposuisse sicuti deposuit Titius probat.*
77. *Testis debet examinari super interrogatoriis.*
78. *Quæ de stylo Curiæ transmittuntur ad partes, non tamen sunt necessaria ad*

validitatem processus, sed potest ex se iudex formare, & n. 81.

82. Si fuit omissum aliquod interrogatorium concernens materiam, de qua testis non deposuit, examen sustinetur.

83. Testis nulliter examinatus repeti potest.

84. Testium examen sine interrogatoriis non est nullum, sed testes repeti possunt.

85. Iudex potest examinare testes, etiamsi pars citata non dederit in termino interrogatoria.

86. Iudex ex officio potest resecare interrogatoria.

87. Iudex potest omittere interrogatoria superflua.

88. Sufficit, quòd testis repetendus se remittat ad primum examen.

89. In repetitione debent ea seruari, quæ requiruntur in examine.

90. An testes repetendi debeant per extensum deponere, & non relatiuè ad aliud examen.

91. Arbitrarium est iudici admittere examen relatiuè ad aliud.

92. Commissio in causa serui Dei non beatificati

ficati, 93. & beatificati.
94. *Articuli in causa canonizationis.*
95. *Interrogatoria.*
96. *Rotulus remissoria.*

SVMMVS Pontifex in toto orbe, Archiepiscopi, & Episcopi in eorum diœcesibus possunt autoritate propria conficere processus super vita, & miraculis illius, de cuius beatificatione, vel canonizatione agitur, vel alteri committere vices suas. Si igitur Pontifex, vel Episcopus alium delegauerint, aduertat causę patronus, vt commissio, seu rescriptum præsententur delegato ad hoc, vt sit certus de sua iurisdictione † quæ ex ipso rescripto probatur, 1.
cap. quamuis, de off. deleg. cap. pastoralis 14. *de rescript. l. à iudice, C. de iudic.* Abb. *in cap. venerabili, num.* 22. *de testib.* Franc. *in cap. super eo, el.* 2. *&* 19. *de appellat.* Roman. *cons.* 353. *num.* 8. Rota apud Verall. *decis.* 324. *num.* 4. *part.* 1. *& dec.* 21. *de concess. praben. in nou.*

Nec expirat per mortẽ delegantis, si citationẽ decreuerit, licèt citatio fuerit execu- 2.
ta post obitũ eiusdẽ delegãtis. *c. gratũ.* § *Nos autem*

autem de offic. deleg. vbi Abb. *num.* 1. *&* 3. Felin. *num.* 5. *verf. quaeritur ergo, cap. si delegatus* 7. *eod. tit. in* 6. Iaf. *in l. more maiorum num.* 58. *ff. de iurisd. omn. iud.* Dec. *ibid. num.* 47. Rota *decis.* 9. *de dolo, & contum. in antiq.* Bisignett. *dec.* 1. *de offic. delegat.* Verallus *dec.* 124. *part.* 2 & Rota *in relatione S. Hiacinthi in cap.* 2. *in princ. vers. censuimus etiam.* Hostien. *in cap. licet* 30. *num.* 2. *de offic. delegat* vbi quòd delegatus dicitur vsus iurisdictione, si vices suas alicui committat, etiam si principium tantùm committat, vel si mandet alicui, quòd citet partes, vel ipsemet iudex citet, vel si recipiat testes in periculo constitutos, vel si excommunicet contradictores, & rebelles, vel si diem assignet partibus praesentibus, vel si faciat offerri libellum, vel aliquem actum iudicialem exerceat, etiamsi partes non citauerit.

3. Ex quibus in facti contingentia fuit conclusum non expirare iurisdictionem delegatorum, qui non executa, nec decreta citatione firmauerant N. habuisse virtutes theologales, & fecisse tale miraculum. Si verò causa fuit commissa tribus Rotae Auditoribus, exempli gratia, ad

referri

rescriptum, vel commissio non fuit præsentata, vel si fuit præsentata, dicti Auditores nihil egerunt, & interim Pontifex moriatur, iurisdictio expirat cùm res sit integra, *cap. relatum. de offic. delegat. cap. fin. §. officium, eod. tit. in 6. l. & quia 6. ff. de iurisd. omn. iuditum*, & *ibi* Gloss. *verb. antequam*, & Doctores communiter. Gloss. *in l. eius, qui in prouincia, verb. ignorasse, ff. si certam petatur*, Ias. *in l. more, num. 5. & 8.* Bart. *n 2.*

Quòd si Vicarius Episcopi generalis examinauit testes, vel exemplauit instrumentá, curet causæ patronus in ipso processu Vicarij deputationem apponi, quia in facto recenti constare debet, quòd ipse sit Vicarius. Bald. *in l. aliquando, num. 4. ff. de offic. Proconsul.* Barbatias *de Card. legato quæst. 1. membr. 1. num. 9.* quos sequitur Iacobus Sbrozzius *de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 64. num. 28.* vbi asserit posse probari per testes, quem esse Vicarium Episcopi præsentis, absentis verò probandum esse per publica documenta, vt sit locus regulæ, quòd Titius probare debet se talem esse, qualem se facit. *l. non ignorat*, vbi Bart. *C. de accusat.* Paris. *cons. 12. num. 14. & 15. lib. 4.* 4.

5. *lib. 4.* † secus tamen est in antiquis, & vbi pars non opponit, tunc enim sufficit quòd Vicarius se enuntiet Vicarium absque eo, quòd fiat magis exacta probatio. Rota *decis. 1. de offic. Vicar. in antiq.* Crescen. *decis. 15. de probat. & in Hispalen. iuris nominandi 13. Februarij 1579. coram Card. Seraph. & in Burgen. Canonicatus 17. Octo-*
6. *bris 1586. coram Giptio,* † vel probetur per communem reputationem, & famam, iuncta antiquitate temporis illum fuisse Vicarium Felin. *in cap. sicut, num. 31. vers. primò, vt non procedat, de sent. & re iud.* Aym. *de antiq. temp. part. 2. num. 68. vers. septimò sublimitatur,* Gabr. *de procur. concl. 1. num. 11. vers. quartò limita,* Bellam. *decis. 402. incipien. inter priuatos,* Milis *in repertor. verb. Vicarius,* §. 1. Rota *decis. 4. de offic. Ord. in antiq. & dec. 3. de prob. in nou. & dec. 1. de offic. Vicar. in nou.* & conclusit Rota *in relat. S. Raimundi part. 1. cap. 1.* & ex his fuit resolutum in causa canonizationis sancti Ignatij processum remissorialem Maioricen. factum à Titio, cui fuerat commissum examen vti maiorem dignitatem habenti esse validum, ex quo fuit probatum Titium se publicè gessisse

fiſſe pro tali, ſcilicet pro maiori dignitate, *ad l. Barbarius. ff. de offic. Proconſul.*

Tertiò aduertat nihil agere præter formam, & verba reſcripti, quia in huiuſmodi cauſis cum examine diligenti, & ſtricto iure proceditur, & ſæpè proceſſus reiiciuntur cum maximis expenſis fabricati; ideóque aliquando legi dubitatum, an iudex, cui fuerat commiſſum examen teſtium, poſſet teſtes interrogare? & fuit reſolutum poſſe, quia cenſebantur commiſſa illa omnia, ſine quibus examen perfici non poterat, prout eſt teſtes interrogare, vt *in relatione ſancti Hiacinthi, cap. 2. verſ. & cùm non ſit, fol.* 11 *arg. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. cap. præterea, & cap. prudentiam. §. ſexta nobis, verſ. Explorati quidem, de offic. deleg.* Paul. de Eleazeris *in Clem. multorum. §. propter quod, verſ. vel tormentis exponere*, de hæretic. Gloſſ. *in cap. cùm cauſam*, 37. *verb. compellas, de teſtibus.* vbi quòd iuriſdictio extenditur ad omnia, ſine quibus cauſa expediri non poteſt. 7.

Non tamen poteſt nouos articulos admittere vltra illos, qui fuerunt tranſmiſſi, & dati in Curia. Put. *dec.* 190. *incip. fuit dictum lib.* 1. 8.

Poteſt

9. Pôtest tamen declarare, & specificare articulos, seu admittere articulos, qui declarent articulos datos in Curia, vt tenuit Rota, teste Thoma Fastolo *dub.* 33. *incipien. die veneris*, qui loquitur de articulis obiectiuis, & Put. *decis.* 8. *incipien. Nota quòd Notarius, de testibus*, ex sententia Innocentij *in cap. cùm Bertoldus, verb. aliis, de sent. & re iud.* vbi admittit tabellionem posse etiam addere ex se, Rota *in relatione sancti Raimundi part.*1. *cap.* 1. & ratio est, quia iudex remissorialis non videtur prohibitus specificare ea, quæ generaliter dicta sunt. Bart. *in l. per hanc, num.*4. *vers. breuiter. C. de tempor. appell. & ibid.* Salyc. Bald. *in cap. fraternitatis, num.* 6. vbi Felin. *num.* 11. *de testib.*

10. Item delegatus supremi Principis in causa canonizationis potest alium subdelegare ad probationes faciendas. *l. à iudice. C. de iudic. cap. fin. de officio deleg. cap. is, cui, eod. tit. in* 6. *Clement. iudices, de offic. deleg.* vbi Gloss. *in verb. aliquibus.* Io. Andr. *in cap. venerabili, num.* 3. *de testib. iuncta Clem.* 1. *de offic. deleg.* Abb. *ibidem, num.* 2. *vers. Et an isti Commissarij.* Butr. *num.* 4. Anania, *num.* 3. Imol. *verb. vltimò nota.*

nota. Rota *in relatione sancti Hiacinthi, cap. 2. vers. quia censuimus in relat. S. Raimundi part. 1. art. 2. vers. quia censuimus, in relat. S. Francisca, part. 1. art. 4. circa fin. in relat. sancti Corsini par. 3. §. 1. vers. tertiò quæritur, in relat. B. Thomæ à Villanoua in processu Valentino prope fin.*

Sicut delegatus à Nuntio habente potestatem Legati de Latere potest subdelegare, Gambar. *de offic. & potest. Legati à Latere in iudicialibus, lib. 8. num.* 141. *vers. Contrarium.* Rota *in relat.* S. *Ignatij part.* 1. §. *& idem censuimus.* 11.

Potest etiam delegatus supremi Principis committere Notario nudum ministerium, scilicet receptionem iuramenti, & examen testium, *cap. fin. de off. ordin.* Felin. *in cap. cùm causam, num.* 28. *&* 30. *de testibus.* Add. ad Abb. *in cap. venerabili, eod. tit.* Abb. antiq. *in cap. super quæstionum* 27. *num.* 2. & 3. *de offic. deleg.* Ioan. Andr. *num.* 39 vbi quòd subdelegatus hoc potest, si subdelegans interrogatoria scripta transmitteret; tunc enim subdelegatus à subdelegato dicitur nudus minister, & simplex executor, & reddit causam, cur hoc regulariter fieri non possit; Specul. *de* 12.

iudic. deleg. par. 1. §. *iam nunc, num.* 7. *vers. Quod autem dixi, iuncto num.* 5 *&* §. 2. Gulielm. de Cuneo *in l. à Iudice, num.* 6. *in additione, C. de iudic.* Seuerola *de remissoriis, cap.* 31. *num.* 1. Vestr. *in prax. lib.* 6. *cap. vlt. num.* 7. Iulius Clar. *in prax.* §. *fin. quæst.* 26. *vers. vnum scias*, vbi quòd Princeps tam ecclesiasticus, quàm sęcularis potest in causis criminalibus cōmittere Notario receptionem testium, Ægid. Bellam. *decis.* 43. Put. *dec.* 251. *n.* 3. *& seq. lib.* 1. Mohed. *dec.* 4. *de testib.* Verall. *dec.* 382. *lib.* 1. *in manuscr.* Rota *in relat. sancti Hiacinthi vers. circa testium, fol.* 15. *in relat. S. Raimundi part.* 3. *art.* 2. *vers. Quia censuimus, & part.* 1. *art.* 2. *in relat. sancti Caroli, tit. de validit. processus, in relat sanctæ Franciscæ, par.* 1. *art.* 4. *circa fin. in relat. sancti Ignatij, par.* 1. §. *& idem censuimus, in relat. sancti Corsini, parte* 3. §. 1. *ad fin.* etiam si Notarius sit sola Imperiali authoritate creatus, vt aduertit Rota *in dicta relatione sancti Corsini, dicta part.* 3. §. 1. *vers. quinto, & in relat. sancti Raimundi, part.* 1. *art.* 2. *ad finem,* licèt hoc regulariter in causis grauibus fieri non debeat, vt de causis criminalibus loquitur

Clarus

Clarus *in praxi, quæstione 26. in princ.* & in causis canonizationum loquitur Rota *in dicta relat. sancti Corsini, loco citato*, vt quòd de stylo Rotę huiusmodi iudices delegati per seipsos examinant testes.

Vel committere aliquem particularem articulum, qui concernat merum factum. *Clem. vnic.* & *ibi* Gloss. & DD. *de offic. deleg.* Abb. *in cap. super quæstionum, num.* 1. *eod. tit.* vbi quòd potest committere articulum, qui possit expediri sine partis aduersæ præsentia, secùs si requiratur examen iudiciale, vel citatio Collect. *num.* 1. *&* 3. idem tenet, & Bellamer. *num.* 1. Rota *in Ieidonen. bonorum*, 15. *Decembris* 1614. *&* 11. *Martij* 1625. coram Manzanedo Patriarcha Hierosolymitano, quæ est *decis.* 655. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Nisi constaret electam fuisse industriam 13.
personæ; tunc enim subdelegatus nō posset alteri subdelegare, *cap. fin. de Offic. deleg. vers. præterquàm*, vbi Cardin. *num.* 4. Imol. *in princ.* Rota *decis.* 655. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* *&* *l. vnic.* §. *ne autem.* *C. de caduc. tollen.* † quæ in causa canonizationis 14.
non censetur electa, quia committitur inquisitio de certa, & nominata persona, vt

distinguit Gloss. *in Clement. iudices, verb. aliquibus, de offic. deleg.* quam sequitur Castellan. *de canonizat. Sanct. quæstione* 8. *art.* 2. qui subdit secus esse tenendum si fuisset commissa inquisitio super incerta, & non nominata persona, quia tunc propter arduitatem negotij, & dictam incertitudinem censetur electa personæ industria, vt *in cap. fin. vers. præterquam, de offic. deleg. & in dicto cap. is, cui, eod. tit. in* 6.

15. Delegatus tamen etiam supremi Principis non potest concedere subdelegato facultatem subdelegandi alium, ne scilicet detur processus in infinitum. Archid. *in c. quamuis antè, num.* 1. *de offic. deleg. in* 6. Franc. *ibid. num.* 1. Abb. *in c. cùm Bertoldus, num.* 25. *de sent. & re iudic.* Ioan. Andr. Alberic. Alex. & alij, quos allegat add. ad Abbatem, *in dicto cap. cùm Bertoldus, littera B.* Aretin. *concl.* 13, *num.* 19. Rota *in relatione B. Thomæ de Villanoua in processu Castellæ*, licèt contrarium teneat Fulgos. *in l. more, num.* 14. *ff. de iurisd. omn. iud.* & Iason. *in l. à iudice, num.* 9. *vers. sed contrarium. C. de iudic.* Si verò delegatus commisit subdelegato tantummodo examen testium, exépli gratia, & eidem concessit

cessit facultatem subdelegandi receptionem testium, talis subdelegatio tenet, quia in hoc casu cùm delegatus non abdicauerit à se omnem iurisdictionem ipse delegatus videtur subdelegationem committere dando speciale mandatum cum potestate subdelegandi. Ita declarat Abb. *in dicto cap. cùm Bertoldus, num. 25. de sent. & reiud.* quem sequitur Rota *in relat. B. Thomæ de Villanoua in processu Castellæ.*

16. Vnus ex iudicibus subdelegatus non potest subdelegare alium coniudicem subdelegatum. Abb. *cons. 61. num. 5. vers. secundo dicta sententia lib.* 1. Rota *in d. relat, B. Thomæ de Villanoua in processu Castellæ prope fin.* quòd si subdelegatus à pariter subdelegato subdelegetur, si procedat in causa, intelligitur procedere vigore suæ facultatis, nõ autẽ vigore subdelegationis factæ à pariter subdelegato. Rot. *in d. processu Castellæ.* Bal. *cons.* 88. *n.* 2. *vers. ind. lib.* 1.

17. Tertiò aduertat vt forma rescripti, seu commissionis, siue subdelegationis, tam summi Põtificis, quàm sacræ Cõgregationis Rituũ, vel Rotę Auditorum in Rotulo, seu litteris remissorialibus, vel cõpulsorialibus tradita seruetur ad vnguem, illa enim

non seruata quicquid agitur, nulliter agitur. *cap. cum dilecta, de rescript. cap. prudentiam, de offic. delegat.* vbi Anchar. *in 5. notab.* Cardin. *in 4. notabil.* Butr. *num.* 13. Bald. *sub num. 1. vers. si causa est commissa tribus*; Caputaq. *decis.* 143. *num.* 5. *parte* 3. Rota *decis.* 345. *& decis.* 487. *num.* 3. *parte 2. recent.*

18. Et ideò si in rescripto dicatur, quòd testes examinentur in certo & detetерminato loco, debent in loco determinato recipi, aliàs examen est nullum, ex supracitatis Doctor & dixit Rota *in Portugallen. decimarum* 11. *Februarij* 1591. *coram Orano, & in Aurien. Parochialis* 7. *Aprilis* 1598. *coram Cardinale Lancelloto, & in Ierdonen. Bonorum* 11. *Martij* 1615. *coram D. Patriarcha Hierosolymitano*, quæ est *decis.* 655. *num.* 3. *part. 2. recent. & decis.* 118. *num.* 10. *coram Gregorio XV.*

Si tamen in loco per Pontificem, vel sacram Cõgregationem Rituum, vel Rotæ Auditores assignato non posset examen fieri, vel perfici, potest in alio loco expediri, nē sub tali prætextu contingat differri ad text. *in cap. statuimus* 13. *in fin. de offic. deleg. in* 6. vbi Gloss. *verb. differri*, Anchar.

char. *num.* 4. Archid. *num.* 2. Roman. *conf.* 433. *num.* 1. *&* 5. Dominic. *in cap. statutum.* §. *in nullo, num.* 4. *de rescript. in* 6. Iacob. de sancto Georgio *in l. si locus, in primo notab. ff. de iudic.* Soc. *in l.* 1. *num.* 12. *vers. quadam est forma. ff. de lib. & posth.* & fuit conclusum *in relat. sancti Isidori art.* 1. *de process. vers. sed quia in commissione, in fin. & in relat. sancti Ignatij Loiolæ part.* 1. *de process. remiss. Mutinen.* vbi quòd talis forma non est substantialis, sed accidentalis inuenta ad decentiam, & honestatem causæ.

Testis verò, de quo non legitur, quo in loco sit examinatus, si constat in quo loco sint alij testes examinati, censetur etiam ipse eodem loco examinatus. Rota *in relat. sancti Ignatij parte* 1. *de processu remiss. Burgen. in princ.* & in simili de iuramento testium fuit firmatum *in relat. S. Hiacinthi, vers. Cæterùm, quia in isto fol.* 8. *& sancti Raimundi part.* 1. *art.* 2. *vers. de iuramento testium, fol.* 18. 19.

Item si mandetur, vt processus à subdelegatis factus consignetur Portitori iurato, debet illi consignari; potest tamen hęc forma per æquipollens adimpleri, scilicet 20.

consignari alteri legali personæ, quæ non sit suspecta. Doctor. *in l. 1. & in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum.* Brun. *de forma, tit. de adimplemento, & obseruatione formæ, vers. præfata regula fallit, fol. 15. in princ.* Cassad. *decis. 26. n. 2. super Regulis.* Put. *dec. 100. num. 4. lib. 2.* & in terminis mandati est, text. *in l. fin. §. mandati,* & *ibi,* Doctor. *ff. mand. & fuit dictum in relatione sancti Ignatij part. 1. de process. remissoriali.* Maioricen. *vers. neque etiã, & in proces. remissoriali. Burgen. in fin.*
21. *& in processu Pãphilonen. Toletano, & Iuuenacen.* † Intellige tamen hoc procedere, dummodo processus sit clausus, & sigillatus, nec in aliquo vitiatus, vt aduertitur *in dicta relatione sancti Ignatij*, maximè quando forma non fuit inducta, vt daret esse rei, &. processum, testiúmque depositiones formaret, sed vt rem iam
22. deductam in esse, & formatam probaret, † quo casu illius omissio non vitiat actum, si per æquipollens idem habetur effectus. Socin. *in l. 1. num. 12. ff. de liber. & posth.*
23. Item si in remissoria, seu subdelegatione dentur tres iudices cum clausula, quòd simul & coniunctim procedant, saluo tamen

men si vnus ex tribus nollet, aut non posset interesse processui, debet remissoria, seu subdelegatio omnibus præsentari, nec ante pręsentationem omnibus factam possunt duo iudices ad aliquem actum deuenire, nec duo possunt procedere, nisi priùs constet de excusatione tertij, vel impedimento, *cap. prudentiam*, vbi Butr. *num.* 7. & Doctor. *de offic. delegat.* & si procedat actus sine tertio iudice delegato factus est nullus, nec validatur per subsequentem ratificationem. Gloss. *in cap. prudentiam*, *verb. teneatur, prope fin. vers. sed pone*, *de offic. deleg.* Innocent. *num.*4. Butr. *num.* 21. Abb. *num.*19. Idémque dicendum est si fuerunt dati duo iudices, vt coniunctim, simúlque procederent, si enim vnus solus procedit, examen est nullum, *l. duo ex tribus*, *ff. de re iudicat.* vbi Gloss. & Doctores, Aretin. *consf.* 132. *num.* 16. Rota *decisione* 652. *num.* 3. *parte* 2. *recent.* & idem est, si fuit delegatus vnus iudex, & in euentum impedimenti, vel absentiæ fuerit alter iudex subdelegatus, constare enim priùs debet de impedimento, vel absentia, antè quàm iudex secundus

possit manus apponere, aliàs processus est nullus, non purificata conditione, ex suprà citatis.

De Notario.

24. IVdex in causa canonizationis delegatus, nisi in litteris remissorialibus fuerit certus Notarius deputatus, debet in causa deputare Notarium, qui iurare debet de officio fideliter exercendo, *cap. ad audientiam*, §. *nos igitur*, *de præscript. cap. illud*, *in fin. de præsumpt.* Gloss. *in l. quidam*, §. *nummularios. ff. de eden. verb. decurritur.* Rota *in relatione sancti Rai-*
25. *mundi part.* 1. *art.* 3. Non † tamen tenetur per seipsum scribere processum, sed potest committere suo substituto, vt scribat, sed ipse Notarius debet se subscribere, & apponere signum, quibus appositis processus censetur authenticus, & probat iuxta notat. per Bartol. Angel. & alios *in l. si quis ex argentariis*, §. 1. *de eden.* Gabr. *de præsumpt. concl.* 3. *num.* 34. *&* 38. *& seq.* vbi loquitur de capite Notariorum habente sub se alios Notarios, Auditores Rotæ *in relatione sanctæ Franciscæ part.* 1. *art.* 3. *vers.*

verſ. Circa quintum, & in relatione ſancti Ignatij, part. 1. *verſ. Nec obſtat*, quia ſcilicet Notarius eligitur, non vt ſcribat acta, proceſſum, & tranſumptum, ſed vt per eius approbationem, & ſubſcriptionem, & ſigni appoſitionem fidem præſtet ſcripturis, † dummodo in ſubſcriptione aſſe- 26.
rat ſe eſſe impeditum, & collationaſſe cum originali Alex. *conſ.* 129. *num.* 4. *lib.* 1. Purpur. *conſ.* 121. *num.* 12. Gabr. *dicta concl.* 3. *num.* 35. ſed † non eſſe neceſſa- 27.
riam huiuſmodi aſſertionem, & ſufficere ſimplicem generalem ſubſcriptionem, aſſerit Bald. *in auth. ſi quis in aliquo, num.* 13. *verſ. ſecundum vero. C. de eden.* quem refert Rota *in Ariminen. Bonorum*, 11. *Decembris* 1624. *coram Reuerendiſſ. D. Coccino Rotæ Decano.* Item poteſt mandare vt fiat extractio inſtrumentorum, & iurium ſe præſente ab aliis Notariis, quo caſu licèt ſe non ſubſcribant dicti Notarij, ſi tamen ipſe Notarius deputatur ſe ſubſcribat, proceſſus eſt validus, vt *in relat. ſancti Raimundi, part.* 1. *art.* 5 *in fin.*

Et quoniam conſtare debet de eius No- 28.
tariatu, tutius eſt in proceſſu patentes litteras apponere, quibus fuit creatus in Notarium

29. tarium, licèt † de stylo Rotæ credatur Notario attestanti se esse Notarium etiam in causa canonizationis, vt firmauit Rota *in relat. sancti Hiacinthi cap. 2. ad fin. vers. Notarius fol.* 10. Verall. *decis.* 245. *part.* 2. *& in relat. sancti Raimundi, part.* 1. *art.* 2. & sæpiùs probauit Sac Rituum Congregatio, præsertim si accedat temporis antiquitas. Felin. *in cap. sicut, num.* 27. *vers. Et dicet, de sent. & re iudic.* Dec. *in auth. si quis in aliquo, num.* 24. *fallen. C. de eden.* Guido Pap. *decisione* 118. Aym. *de antiq. temp. part.* 3. §. *videmus in genere, num.*18. Cou. *pract. quæst. cap.* 21. *num.* 6. *vers. se-*
30. *cūdus casus; & vers.*4. quæ † antiquitas etiā operatur, vt manus Notarij non egeat recognitione, Put. *decis.* 359. *num.* 6. *lib* 2. Paleott. *decis.* 350. Rota *in relat. sancti*
31. *Raimundi, part.* 1. *art.* 1. † nec probatione, quòd esset in quasi possessione officij Notariatus, Rota *in dicto art.* 1. Felin. *in cap. sicut, num.* 29. *vers. simile est, de sent. & re iud.* Bald. *in Authen. quas actiones, circa fin. C. de sacros. Eccles.* Dec. *cons.* 36. *num.* 3. Alex. *cons.* 101. *n.* 10. *lib.*7. Afflict. *decis.* 245. *num.* 3. *& decis.* 251. *in fin.* Put.
32. *decis.* 9. *de fid. instrum.* Et † quatenus Notaria

tariatus esset probãdus, in antiquis probatur per solam famam. Butr. *in cap.*1. *de fid. instrum.* Aretin. *cons.* 27. Dec. *cons.* 36. *n.* 3. *& in cap.* 1. *n.* 16. *de fid. instr.* † in facto verò recenti probatur, vel ex instrumento creationis, vel ex descriptione in matricula aliorum Notariorum, vel ex legalitate officialium, vel ex iudicis assertione, Aufrer. ad Capellam Tolosan. *dec.* 331. *incip. item si aliquis.* Rot. *in relat. S. Caroli tit. de valid. proces. & in relat. S. Raim. par.* 1. *ar.* 1. 33.
Et quoniam causa canonizationis est de maioribus causis ecclesiasticis, conueniens magis erit, vt Notarius deputetur, qui sit de ecclesiastica authoritate creatus, licèt Hostiens. *in c. quia propter, n.* 32. *de elect.* & Butr. *in c. sicut, ne Cleric. vel Monac.* teneãt Notarium creatum à Principibus laicis, & ab Imperatore, in causis ecclesiasticis adhiberi non posse, dixi magis esse conueniens, quia vel de facto, vel de iure cõmuniter tenent DD. Notarium creatũ à Principibus laicis adhiberi posse in causis ecclesiasticis, & spiritualib. *in c. decernimus, de iudic.* vbi Bal. *n.* 15. *vers. sed nũquid,* Barbat. *n.* 36. *vers. vtrum autem laicus.* Dec. *n.* 142. *vers.* 7. *queritur,* tũ † quia laicus in causis ecclesiasticis 34. 35.
& spi

& spiritualibus potest esse testis; ergo & tabellio, *l. Domitius. ff. de testam.* Bald. *in proœm. decret. verb. Gregorius, num.* 2. cùm Notarius inter testes connumeretur. *cap. cùm Ioannes, de fid. instrum.* Augustin. de Ancon. *de potest. Eccles. quæst.* 110. *art.* 4.
36. Tum, † quia Notarius nudũ ministerium præstare dicitur, qnod non est prohibitum in laicis de iure præstare in causis ecclesiasticis, *cap.* 1. *de procurat. lib.* 6. præsertim ad nutum, & præceptum iudicis
37. ecclesiastici. Et † quia non est metienda facultas ab eo, qui creauit Notarium, sed ab eo, qui approbando eius fidem tale negotium, seu examen ei delegauit, vt resolutum fuit *in relatione sancti Raimundi*
38. *parte* 1. *art.* 2. *ad fin.* Idem † Butrius *in dicto cap. sicut, & ibid.* Io. Andr. *num.* 3. *Ne Cleric. vel Monach.* licèt dicant opinionem Hostien. de rigore iuris esse veram, nihilominus de facto dicunt seruari contrarium, quod *ibidem* asserit Abb. *num.* 12. Zabarell. *num.* 20. Anchar. *num.* 4. *& in cap. sæculare, num.* 1. *vers. sicut, de foro compet. in* 6. Imol. *in cap. cùm contingit, n.* 4. *de arbitr.* Felin. *in cap. cùm dilectus, num.* 43. *de fid. instrum.* Abb. *in cap. quia propter,*

pter, num. 10. *de elect.* & Add. ad ipſum Abbatem. *in cap. decernimus*, *in verb. eſſe Notarius, de iudic.* Specul. *de edit. inſtrum.* §. *reſtat*, *num.* 27. latè Dec. *in dicto cap. decernimus*, *num.* 145. *verſ. prædicta tamen concluſio*, & *num.* 147. *verſ. Et de Notario*, vbi poſtquam dixit ita ſeruari, de facto addit, ita etiam de iure.

De nuntio & citatione.

CONſueuit etiam iudex remiſſorialis deputare mandatariũ, ſiue nuntium, 39.
qui pariter iurare debet de eius officio fideliter exercendo, ex ſuprà citatis, huius munus eſt citare teſtes pro die, & hora certa ad ſubiiciendum ſe examini, ac etiam promotorem fidei quatenus in litteris remiſſorialibus fuerit aliquis in promotorem deputatus, & ad alios actus ad cauſam neceſſarios. Regulariter † verò Pro- 40.
motor fidei, ſeu fiſcalis non admittitur ad opponendum in Curia, vel extra Curiam, quia hoc non reperitur iure cautum, nec in libro ſactarum cæremoniarum preſcribitur talis forma, & proceſſus tam antiqui, quàm moderni fieri, & examinari

con

consueuerunt ex officio, vel per sacram Congregationem Rituum, vel per Rotæ Auditores, non admisso Aduocato fisci, vel alio contradictore, licèt in aliquibus fuerit vocatus, vt etiam aduertit Rota *in relationibus S. Hiacinthi in 2.c.vers. Primâ est, fol. 17. S. Raimundi, pârt. 1. art. 2. sancti Andreæ Corsini part. 3. § 1. vers. quartò quæritur.*

41. Nec in causa canonizationis in receptione testium, vel aliis actibus, debet aliquis specialiter citari, vel qui sua interesse putauerint per edictum generale vocari, quia in causa canonizationis proceditur extraiudicialiter. Bellamer. *in cap. venerabili, num. 2. de testibus, & dec. 671. & decis. 672. & 673.* Panuin *in relat. sancti Bonauenturæ part. 2. art. 10.* Castellan. *de canoniz. Sanct. art. 8. in fin. & quæstione 7. art. 2.* qui dicunt bonum esse, non tamen necessarium audiri opponentes se canoni-

42. zationi, † non tamen debent admitti vel partem facientes, sed solùm ad informa-

43. tionem extraiudicialem, † & subdit Bellam. si tamen apparet, quòd excipiens non excipit bono zelo, sed potiùs ex odio, quod habuit aduersus mortuum, vel ex

inimi

inimicitiis, quas habet aduersùs illos de genere mortis, de cuius canonizatione agitur, ille non est aliqualiter audiendus, sed potiùs totaliter repellendus *cap. cùm I. & A. de re iudic. cap. ex insinuatione, de appell. cap. repellantur, de accusat.* eandem opinionem secuti sunt Auditores Rotæ *in relatione sancti Hiacinthi cap. 2. vers. prima est, fol. 17. in relat. sancti Corsini part. 3. §. vers. quartò quæritur, Beati Thomæ de Villanoua in tit. de validit. process. Valen. Beati Aloysij Gonzagæ tit. de processu Romano, Beati Paschalis Baylon. tit. de Actis in processu Villæ regalis in relatione sancti Francisci de Paula, vers. sed omisso, fol.* 44. Idémque fuisse seruatum in facto canonizationis D. Caroli per Cardinales Albanen. Florentinum, & sancti Angeli, tum causæ Commissarios, quorum sententiam Cardinalis sancti Eustachij, & alij in Consistorio comprobarunt, vt refert Bellam. *dicta decis. 671. in fin.* cum quo transit Panuinus *dicto art.* 10. † licèt Aug. Trium- 44.
phus *de potest. Eccles. quæst. 16. art.* 1. dicat in alicuius Sancti canonizatione seruandum esse ordinem iudiciarium ex illo Psalmi, *Igne me examinasti, & non est in-*
 uenta

uenta in me iniquitas, & Aretin. *in cap. venerabili, in princ. de testibus.* vbi quòd iudex habet iubere propter vtilitatem pu-
45. blicam, vt aliquis fiat delator. † Supradicta opinio probatur primò ex gloss. *in cap. fin. de elect. in 6.* vbi quòd in prouisionibus, & collationibus, quas facit superior ex suo officio, non est necesse vocare eos, quorum interest per edictum generale, licèt possint esse aliqui, qui possent prætendere aliquod indirectum pręiudicium, seu interesse, vt sunt Parochiani eius Ecclesiæ, de qua fit prouisio (quicquid sit in confirmatione electionis, seu præsentationis, quam facit ad partis instantiam) Bellamer *dicta decis.* 671. *num.* 4. Castel-
46. lan. *vbi suprà* Secundò, † quia in examine, quòd facit superior extraiudicialiter, an quis sit idoneus ad Prælaturam, non est necesse aliquem vocare per edictum: Innoc. *in cap. fin. de transl. Pral. in fin.* Ab-
47 bas *in cap. 2. de testib.* † in extraiudicialibus enim non requiritur partis vocatio, nec ęa concurrunt, de quibus *in cap. fo-*
48. *rus, vers. in omni, de verb. signif.* † Tertiò, quia in causa canonizationis non agitur de præiudicio directo alicuius certæ, vel incer

incertæ personæ, sed superior videtur esse iudex, & pars, & facit quod ponit Innoc. *in cap. ex parte, il 2. de verb. signif.*

† Quartò idem colligitur ex Concilio 49.
Trident. *sess. 25. de inuoc. & vener. Sanct.* vbi Episcopus circa nouas Reliquias recipiendas adhibitis in consilium Theologis & aliis piis viris potest ea facere, quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit, quod sine dubio loquitur de extraiudiciali, non autem de iudiciali disquisitione.

De Procuratore.

IN causa canonizationis non est necesse, 50.
quòd interueniat Procurator habens mandatum, quia cùm in eiusmodi caussis extraiudicialiter, & sine strepitu, & figura iudicij procedatur, non requiritur aliquod mandatum, sed sufficit, quòd aliquæ personæ honestæ & authenticæ denuntient factum Episcopo loci ad hoc, vt capiat informationes super vita & moribus alicuius defuncti, & Romano Pontifici supplicent pro beatificatione, seu canonizatione, vt colligitur ex text. *in cap. Venerabili, de testib.* vbi Abb. *num.* 1. do-

cet quòd licitè Religiosi instant pro canonizatione alicuius Sancti, etiamsi fuerit de ordine ipsorum. Castellan. *de canoniz. Sanct. quæst. 8. in prin.* Maluet. *eod. tract. c. 4. num. 1.* Rota *in relation. S. Hiacinthi, fol. 40. in princ. vers. nec ideò, in fin. S. Ignatij*
51. *part. 1. in princ. vers. & maximè.* † Et quia summus Pontifex, & locorum Ordinarij possunt ex officio super vita, & moribus alicuius inquirere, *cap. qualiter 24 de accusat.* vbi Gloss. *verb. ad inquirendum, in princ. cap. Deus omnipotens, 2. quæst. 1. cap. si quid 86. distin.* Clar. *in prax. §. fin. lib. 5. quæst. 5. verbo scias etiam, & quæstione 6.* Diaz. *in pract. crimin. canon. ca. cap. 6. num. 1. per l. ea quidem. C. de accusationibus cap. Episcopus in synodo, 35. quæstione 6. cap. præterea, de testib. cogend.* Hostien. *in summ. de denunciat. num. 3. lib. 5.*

52. Secundò, cùm in causa canonizationis, largè loquendo, agatur de omnium fidelium præiudicio, quibus canonizãdus præponitur venerandus, potest quilibet sine mandato comparere, & instare pro beatificatione, & canonizatione apud summum
53. Pontificẽ, † sicuti in populari actione quilibet de populo potest comparere, *l. popularis*

laris 4.*ff. de popular. act. & l.* 2. vbi quòd iudex ex pluribus comparentibus poteſt eligere magis idoneum, *& l. qui populari* 5. vbi quòd is, qui eam mouet procuratorem dare non poteſt, ſicut etiam pro ſua Eccleſia poteſt quilibet Canonicus etiam ſine mãdato agere. Innoc. *in cap. cùm olim, circà prin. verſ. item quomodo*, & *ibid.* Doct. *de teſtib.* Felin. *n.* 2. *in prin.* Abb. *n.* 2. *circa fin.* Rota *in Virdunen. electionis* 17. *Maij* 1589. *coram Card. Platto, & in Mediolanen. decimarum*, 2. *Aprilis* 1612. *coram D. Pamphilio.*

Si tamen aliquis fuerit conſtitutus Procurator, ille debet iurare de calumnia, *c.* 1. §. *propter amiſſum, de iuran. calumn. in* 6. Rota *in Romana tranſactionis* 16. *Martij*, 1590. *coram Penia, & in relat. S. Hiacinthi c.* 2. *prope fin. verſ. calumniæ iuramentum, fol.* 19. † Quòd ſi habet mandatum cõparendi coram vno iudice, cenſetur habere mandatum cõparendi corã iudice ſubrogato in locũ primi, Rota *dec.* 11 *n.* 3 *vt lit. pend. in nou.* & corã Put *deciſ.* 21 *n* 1 *lib* 3. & coram Caputaq. *dec.* 367. *procurator conſtitutus, lib.* 1. *in Manuſcr. & in relat S. Ignatij par.* 1. *de proceſſu remiſſor* Burgen. *in princ.* 54. 55.

56. Procurator constitutus cum communicatione totius suæ authoritatis æquiparatur Procuratori habenti mandatum cum libera, iuxta tradita per Bartol. *in l. Pro-*
57. *curator, cui, 58.n. 3. ff. de procurat.* † & est sufficiens in omnibus causis, in quibus requiritur speciale mandatum. Glos. 1. *&* 2. *in l. Procurator tutorum 63. ff. eod. tit.* Bald. *in l. illud.* §. 1. *num.* 5. *vers. secundò quia, ff. de minor.* Abb. *in cap. petitio, num.* 1. *vers. sed si datur*, & *ibidem* Add. *de Procurat.* Afflict. *dec.* 305. *num.* 4. *vers.* & di-
58. cit Bald. † & æquiparatur clausulæ, *& ad faciendum ea, quæ principalis facere posset*, quæ operatur, vt mandatum dicatur sufficiens, etiam in casibus speciale mandatum exigentibus. Archid. *in cap.* 1. *sub num.* 2. *de rescript. in* 6. Ioan. Andr. *n.* 8. *in fine*, Butr. *num.* 38. Anchar. *ad finem, quæst.* 8. Rota *in Hispalen. Portionis* 10. *Decembris*, 1560. *coram Oradino, & in ciuitatis Castelli* 15. *Octobris*, 1593. *coram Penia, & in relat. sancti Ignatij par.* 1. *in prin.*
59. *vers. de mandato.* † Ideóque Procurator habens mandatum generale ad negotia cum communicatione totius authoritatis, potest alium substituere in causa canonizationis,

zationis, *l. cuicunque in fin. cum l. seq. ff. de institor. l. si procuratorem, §. si quis mandauerit, & ibi* Gloss. & Doctores, *ff. mandati*, & notat *in l. quòd quis, & ibid* Gloss. & Bald *num. 4. circa medium vers. secundo casu*, Alex. *num. 6*, Ias. *num. 2.* & alij, *C. de Procurat.* & conclusum fuit *in dicta relatione sancti Ignatij, part. 1. in princ.* vbi etiã dicitur posse constituere Nuntium, † 60.
& quatenus Procurator non fuisset legitimè constitutus, vel non habuisset mandatum, gesta per huiusmodi procuratorem possunt ratificari, & approbari ab eo, ad quem spectat, & talis ratificatio retrotrabitur, & mandato æquiparatur, *l. licet. ff. de iudic. cap. ratihabitionem, de regul. iur. in 6* Vant. *de nullit. tit. fin. num.* 101. *& seq.* Rota *in relat. S. Ignatij part. 1. in prin. vers. accedit etiam*, quòd ex vsu gestorum per procuratores inducitur ratificatio, loquitur tamen de procuratoribus, qui habebant mandatum, *in processu Burgen. in princ.* vbi Procurator erat constitutus ad comparẽdum coram Archiepiscopo Burgen. Non autem coram Sidonien. subrogato in locum Pamphilonen. & concluditur gesta per Procuratorem coram Sidonien.

nien. esse valida, quia fuerunt ratificata, & quia habens mandatum ad comparendum coram vno iudice potest comparere coram subrogato. Felin. *in cap. causam 9. num.6. & 7. de rescript.*

De testibus.

61. TEstes super vita & miraculis canonizandi debent ea diligentia recipi, quę solet & debet in receptione testium adhiberi, iuxta textum *in cap. venerabili, de testib.* & quia maius periculum in ea vertitur, cautiùs est agendum, *cap. vbi periculum, in prin. de elect. in 6.* Debent † enim
62. iurare de veritate dicenda, *cap. de parentela, 35. quæst. 6. cap. qualiter, & quando el 1. §. formam verò, & cap. cùm dilecti, §. quia verò de accusat. cap. hortamur, 35. quæst. 9. Auth. sed iudex. C. de sacros. Eccles. cap. nuper de testibus, l. ius iurandi. C. de testibus.* Imol. *cons. 147. num. 3.* Bald. *cons. 98. n. 3. lib. 1.* Oldrad. *cons. 209. n. 8. vers. censuimus.*
63. Et satis probatur iuramentum si dicatur, testis iuratus, siue iurauit dicere veritatem, siue reductũ est ei ad memoriam iuramentum, siue Notarius asserat testẽ iuratum, siue fuisse examinatum præstito iuramento

per

per Deum, & sancta quatuor Euãgelia; vel præstito iuramento, Rota *in ciuitaten. Fabricæ, 20. Februarij*, 1588. *coram Cardinale Seraphino, in Veneta legitimitatis*, 8. *Iunij*, 1598. *coram Pænia in Catanien. legitimitatis* 29. *Maij* 1598. *coram Orano in Vicen. feudi* 27. *Ianuarij* 1570. *coram Clemente Octauo; & in relat. S. Hiacinthi cap.* 21. *vers. Vnde cessat, fol.* 13. *S. Raymundi part.* 1. *art.* 2. *vers. de iuramento testium, sanctæ Franciscæ part.* 1. *art.* 4. *vers. neque obstare sancti Ignatij part.* 1. *de processu remissor. Burgen.*
Hanc verò conclusionem Rota admittit 64.
in processibus de partibus ratione publicæ honestatis, & inueterato stylo illarum partiũ, *vt in causa Ianuen. pecuniaria* 16. *Martij* 1612. *coram Vbald. sen.* Aliàs Rota seruat opinionem Veralli *dec.* 123. *& dec.* 246. *part.* 2. *& decis.* 285. *& dec.* 295. *par.* 3. nisi ex aliis cõiecturis constet testem iurasse, vt põderatur *in d. dec. Ianuen.* vel nisi ipsemet iudex examinasset, Mantic. *dec.* 352. *num.* 13. † 65.
neque est necessarium, quòd Notarius asserat testem iurasse vnà cum verbis *tactis sacrosanctis scripturis*. Glos. *in cap. vt circa, verb. præstito, de elect. lib.* 3. Bald. *in l. iuris iurandi, n.* 2. Salyc. *n.* 4. *C. de testib.* Lanfrãc.

in cap. quoniam contra, num. 254. *vers. vnde Notarius, de probation.* Verall. *decis.* 123. *parte* 3. *& in Veneta illegitimitatis* 8. *Iunij* 1598. *coram Penia*, debent separatim iurare, Glos. *in cap. vnico, verb. præstito, de elect. in* 6. Lanfran. *in cap. quoniam contrà, num.* 254. *vers. Vnde Notarius, de probation.* S. Antonin. *in summ. par.* 3. *cap.* 5. *vers. Tertium est*, Verall. *decis.* 123. *par.* 2. & Rota *in relat. sancti Ignatij par.* 1. *de processu remissoriali Barchinonen. vers. iuramentum etiam, licèt* add. ad Abbatem *in cap. venerabili, de testib.* dicat posse simul iurare.

66. Debent testes sigillatim examinari ex *dicto cap. venerabili de testibus*. Gloss. *ibid. in notab. & verb. examinare*, Aretin. *num.* 3. vbi quòd si examinarentur simul, non valeret examinatio. Abb. *num.* 1. *ad fin.* Abbas antiq. *in princ.* Guidopap. *in princ.* Anan. *n.* 2. Bellam. *verb. sigillatim*, Host. *num.* 2. *verb. sigillatim*, Ioan. Andr. *num.* 2. vbi quòd aliàs non valeret testimonium. Felin. *num.* 3. vbi quòd si simul examinentur, non valet examinatio, & quòd non est improbatum alias personas esse præsentes. Bald. *num.* 1. *& in cap. cùm causam, num.* 46. *vers. modò capio.* Gloss.

de

de testib. Cæphal. *cons.* 113. *n.* 26. *vers. secundò quia, lib.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 262. *num.* 39. *&* 41. *tom.* 1. add. ad Guid. Pap. *decis.* 84. *litt.* A. Speculat. *de testib.* §. *Nunc tractandũ* 7. *in princ. p.* 1. Maluet. *de canoniz. Sanct. dub.* 3. *num.* 64. Castell. *eod. tract. quæstione* 7. *art.* 2. Martin. Lauden. *eod. tract. vers. rursus verò* ; Rota *in relatione sancti Hiacinthi part.* 2. *vers. sequentibus testib. fol.* 15. *sancti Ignatij par.* 1. *vers. censuimus*, & Panuin. *in S. Bonauentura par.* 2. *art.* 4. *in princ.* † Et in dubio testes præsumuntur fuisse singillatim examinati, & iurati. Alciat. *in l. sciendum, num.* 8. *de verb. oblig.* Menoch. *de præsum. lib.* 3. *præsum.* 132. *num.* 8. † Ideò autem examinari debent sigillatim, & secretò, ne vnus alterum instruat, & alter sequatur dictum alterius, ita quòd falsitas eorum non possit facilè deprehendi, ad *l. si quis intra, C. de bonis proscriptor.* & Gloss. & Doctor. *in dicto cap. venerabili, & in cap.* 2. *de testib.* 67. 68.

Debent reddere causam sui dicti, ex dicto textu *in cap. venerabili.* Sed † dubium est, an debeât reddere causam scientiæ etiam nõ interrogati. & Troilus Maluet. 69. 70.

uet. *de canon. Sanct. dub. 3. num. 67.* tenet tunc solùm debere testem reddere rationem, quando est interrogatus, & non aliàs, & quòd *in cap. venerabil.* nihil noui circa
71. hoc disponitur, sed † contraria opinio est tenenda, nempe testem deponentem super miraculo teneri reddere causam sui dicti etiam non interrogatum Innocen. *in cap. cùm causam de test. circa med. verb. de causis,* vbi quòd si testis deponat de eo, quod sensu corporis percipi non potest, eius dicto non creditur, nisi causam assignet, etiam si de ea non fuerit interrogatus; ideò si testis dixit aliquem Dominum alicuius rei vel iracundum, vel ebriosum, causa non reddita eius dicto non creditur, quia hæc & similia percipiuntur tantùm iudicio intellectus, & iudicare iudicio intellectus non pertinet ad testem, sed ad iudicem. Bartol. *in tract. testimoniorum, verb. testis* miraculum autem † sensu cor-
72. poris percipi non potest, cùm habeat causam omnibus occultam, effectus autem manifestos. S. Thom. *1. part. 1. quæst. 105. art. 7* & dixi *supr.*, & hanc opinionem tenet Aretin. *in d. c. venerabili, n. 3 §. & sciat,* Castell. *de canon. Sanct. quæst. 7. art. 2.* add. 1.
ad

ad Collectar. *in c.* 1 *.n.*5 *.de Reliq.& vener. Sancl.*& Rota *in relat.* S. *Corsini.par.*3.§.2. *vers.primò videre* Vrsill.de Afsl.*decis.*365. *n.* 3. vbi quòd testis deponens quem esse furiosum,debet reddere causam sui dicti, etiam non interrogatus,Socin sen.*cons.*42. *num.*4 *lib.* 1.vbi loquitur de furore. Bald. *in l. non sclam,num.*23*.C. de testib.* Salycet. *ibid. num.* 3. *vers. quædam autem sunt*, vbi quòd testis non tenetur reddere causam sui dicti de iis, quæ sensu corporis percipiuntur,si non interrogetur,in iis verò quę dependent ab intellectu, & sensu corporis percipi non possunt, tenetur reddere causam,etiam non interrogatus, & *ibid.* add. *littera B.* dat concordantes Monticellus *de testib. tit. testis impugnatur, quia impossibilia, verb. testi non creditur, fol.* 250. vbi loquitur de miraculis, Viuius *commun. opin. lib.* 3. *opin.* 898. *num.* 2. Felinus *in cap. cùm causam*, *num.* 3. *vers. fallit secundò*, *de testibus.* Socin. *in regul. iuris ciuil. tom.* 2. *verb. testis non interrogatus, fol.* 497. Alexand. *cons.* 198. *num.* 5. *lib.* 2. Augustinus Barbos. *de offic. episcop. all.* 97. *num.*6 Non obstat, quòd *in cap. venerabili*, nihil de hoc disponatur †, quia 73
huius

huiusmodi sententia non fundatur *in dicto cap. venerabili*, sed in iure communi, ex quo non solùm in probandis miraculis, sed etiam in aliis qualitatibus, quæ sensu corporis percipi non possunt, tenetur testis reddere causam sui dicti, etiam non interrogatus ex suprà citatis.

74. Non tamen requiritur quòd testis sit omni exceptione maior, sed sufficit, quòd testis sit talis, cui Canonicum non obstet impedimentum. Rota *in relat. S. Francisci de Paula*, §. *videndum*, *sancti Hiacinthi vers. superioribus annis fol.* 51. *sancti Corsini part.* 3. §. 3. *vers. non tamen*, vbi additur, non esse necessariam plenissimam probationem, sed sufficere plenam, licèt Dominus Ansossius *de Reliquiar. cultu*, §. 23. *num.* 27. & 40. gratis requirat testes

75. omni exceptione maiores †, vel quòd in Curia examinetur, sed sufficit illorum examē recipi & fieri in partibus extra Curiam Romanam, Abb. *in cap. venerabili*, *num* 2. *de testib.* Rota *in relat. sancti Hiacinthi cap.* 2. *vers. & cùm non sit*, *num.* 11. vbi dicitur hoc procedere siue remissio examinis testium, quæ fit ad partes, fiat de rigore iuris, siue de arbitrio iudicis, ad notat.

notat. per Archidiac. *in cap. venerabili*, vbi Gemin. *num.* 26. *vers. super gloss. prima de testib. lib.* 6. † Eius tamen depositio 76.
vbicunque examinetur, debet redigi in scriptis, nihilominus si testis depositio, seu examen non est extensè descriptum per Notarium, sed tantùm relatiuè ad depositionem alterius testis, exempli gratia, si dicatur secũdus testis deponit idem quod primus, si est extensa depositio primi testis, probat secundus testis. Doctor. *in c. nihil de verb. signif.* vbi Hostien. *num.* 2. Ioan. Andr. *num.* 3. Butr. *num.* 3. Bald. *de Pace Constantiæ*, §. *vltimo. incipien. hæc sunt nomina*, *num.* 2. *vers. item atramentum facit*, Pirrus Anglibermeus *in l. si librarius*, *vers. valet autem scriptura. ff. de reg. iur.* latè Farinac. *de testib. quæst.* 80. *num.* 103. & 104. & Rotæ Auditores *in relatione sancti Didaci*, vbi refert Clementem Quartum hanc opinionem secutum fuisse in canonizatione sanctæ Hedüigis Ducissæ Poloniæ, & *in relat. sancti Hiacinthi in* 8 *miraculo*, *fol.* 49.

Testes debent examinari super interrogatoriis, si fuerunt inserta in remissoria, 77.
cap. per tuas, vbi Abb. *num.* 1. Felin. *n.* 20.

de

de testib. Alex. *cons.* 10. *in fin. lib.* 5. Barbat. *cons.* 3. *num.* 24. *lib.* 3. Rota apud Actoramb. *decis.* 49. *lib.* 1. *& in relat. S. Corsini, parte* 3. §. *ad fin. & relatione B. Thomæ de Villanoua in processu Valentin. & Ro-*
78. *man.* † quæ de stylo Curiæ solent ad partes cum articulis transmitti, *cap. præsentium, de testib. lib.* 6. *& in libro Rituali lib.*
79. 1. *sect.* 6. *cap.* 1. † Non tamen sunt necessaria ad validitatem processus, quia de dictis interrogatoriis nulla fit mentio *in cap.*
80. *venerabili de testib.* † & satis est, quòd iudices forment articulos, aut super formatis examinent, aut interrogatoria dari procurent, aut ipsi ex officio testes interrogent, vt *in relatione sancti Hiacinthi in* 2.
81. *cap. vers. sed non propterea fol.* 11. † Et si fuerint data interrogatoria, testes debent examinari super omnibus, seu debent omnia interrogatoria euacuare, aliàs examen est nullum. Bald. *in l.* 2. *num.* 4. *C. de eden.* Ripa *ibid. num.* 23. *vers. & infert* Dec. *n.* 43. Bolognett. *num.* 48. Abb. *in cap. cùm causam num.* 6. *ad fin. vers. alio modo.* Felin. *num.* 3. *vers. Quibus adde, de testib.* Cagnol. *in l.* 1. *num.* 102. *ff. si cert. petat.* Rota *dec.* 652. *num.* 3. *& dec.* 700. *n.* 32.
part.

parte 2. *recen.* ſeu non probant, Io. Andr. *in dicto cap. cum cauſam, num.* 12. *verſ. & propter hoc*, Bellam. *num.* 1. Butr. *num.* 17. Card. *poſt num.* 3. *verſ. in gloſſ.* 4. Anchar. *num.* 13. Burſat. *conſ.* 358. *num.* 10. *lib.* 4. Farinac *de teſtibus, quæſt.* 73. *num.* 3. *&* 6. vbi etiam vide, an teſtes probent quando interrogatoria fuerint data in actis, & pars fuit proteſtata, teſtes ſuper illis examinari, † quod tamen non procedit quando 82.
fuiſſet omiſſum aliquod interrogatorium concernens materiam, ſuper qua teſtis nihil depoſuit, & ſic illud interrogarorium quoad illum teſtem non erat neceſſarium, tunc enim interrogatorium poteſt omitti per iudicem, & examen eſt validum. Doctores *in cap. per tuas, de teſtib.* vbi Abb. *num.* 2. *&* 8. Felin. *num.* 2. *verſ. ecce. adde.* Boccac. *de remiſſor. cap.* 9. *num.* 27. Rota *in Tullen. matrimonij*, 8. *Februarij* 1574. *coram Clemente VIII. In Parmen. ſtatus* 21. *Maij* 1571. *coram Oriolen. &* 11. *Ianuarij* 1602. *coram Illuſtriſſimo D. Card. Millino, & die* 4. *Iunij* 1604. *coram eodem, & in relatione ſancti Caroli, tit. de validitate proceſſ. & ſancti Corſini par.* 3. §. 3. *ad fin. & in relatione ſancti Ignatij part.* 1. *de pro-*

ceß. remiß. Burgens. *vers. depositionibus,* vbi quòd testibus, qui non responderunt speciatim omnibus interrogatoriis sed dixerunt nihil se habere quod dicant, potest
83. adhiberi fides arbitrio dominorum, † potest tamen repeti testis nulliter examinatus, Felin. *in cap. per tuas* 48. *num.* 2. *in fin. de testib.* Butr. *ibidem, num.* 9. *vers. primus, quand.* Imol. *num.* 3. *vers. fallit primò*, Rota *decis.* 720 *num.* 1. *in fin. part.* 2. *recent.*
84. Verùm quòd testium examen omissis interrogatoriis non sit nullum, sed solùm propter hoc permittitur parti petere quòd etiam post publicationem repetantur, docet Speculator *de testib.* §. 6 *num.* 21. *part.* 1 Innoc *in c. per tuas* 48. *num.* 4. *de testib.* vbi Bellam. num. 15. Franc. *in c. praesentium, num.* 6. *de testib. in* 6. Butr. *ibid. num.*
31. 40 Ioan. Andr. *num.* 16 Anchar. *ibid.* §. *testes, num.* 5. *vers. in fin. gloss. not.* Gemin. *num.* 9. Archid. *num.* 7. Ruin. *cons.* 35 *num.* 14 *lib.* 4 Alex. *cons.* 172 *num.* 9. *lib.* 2 Gail. *pract. obser. lib.* 1. *obser.* 95. *num.* 7 Marant. in Specul. *par.* 6. *in* 7 *membr. iudicij num.* 19 *& in tit. de interrog. product. num.* 4. Dec. *in cap. licèt causam, num.* 56. *de proba.* Barbat. *cons.* 3. *vers. quòd autem testes lib.* 3. Gabr.

3. Gabr. *de testib. cons.* 21. *num.* 23. Gram. *cons. ciu.* 89. *num.* 124. Grauat. ad Vestr. *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 36. Farinac. *de testibus, quæstione* 73. *num.* 48. Rota apud Put *decisi* 417. *lib.* 1. *& decis.* 308. *lib.* 2. apud Actoramb. *decis.* 49. *coram Gregorio. XV. decis.* 331. *num.* 17. & *ibidem* add. & *dec.* 351. *num.* 46. *& in Tullen. matrimonij* 8. *Februarij* 1574. *coram Clemente Octauo*, † 85.
& probatur ex eo quòd iudex potest examinare testes etiamsi pars citata non dederit in termino interrogatoria, *cap. cùm causam, de testib.* & *ibid.* Canonistæ, *& in cap.* 2. §. *testes, de testib. lib.* 6. vbi Ioan. Andr. *num.* 15. *in fin.* Franc. *num.* 6. Gail. *obser.* 95. *num. fin. lib.* 1. Gloss. *in l.* 2. *verb. de nominibus. ff. de magistr. conuen.* Peregr. *decis.* 106. *lib.* 2. Signor. *cons.* 19. *num.* 1. *vers. Idem dicta pars*, Cagnol. *in l.* 1. *num.* 102. *ff. si cert. petat.* † Et ex eo, quod iu- 86.
dex ex officio potest resecare interrogatoria, si quæ reperit superflua. Gloss. *in cap. præsentium, verb. interrogatoria, de testib. in* 6. cum qua transit Francus, & Archid. Speculat. *de teste* §. 6. *iam de interrogatoriis, part.* 1. *ante num.* 1. *& num.* 3. Felin. *in cap. per tuas*, 48. *num.* 2. *vers. Considerant,*

rant, de testib Gail.*pract. obser. lib.* 1.*obser.*
87. 95. *num.* 6. vbi sequitur gloss. † Et quia si iudex non præcepit quòd quilibet testis super omnibus interrogatoriis examinaretur, congrua congruis referendo, intelligendum est quòd testes debeant examinari super interrogatoriis necessariis ad eius depositionem, non autem super superfluis ex quorum omissione non vitiatur exa-
88. men. Ruin. *cons.* 35. *num.* 4. *lib.* 4. & † casu quo testis sit repetẽdus, tunc sufficit, quòd se referat ad primum examen, & dicat se deponere ea quę deposuit in primo examine coram tali iudice absque eo, quòd eadem repetat per extensum, Bart. *in l. eos,* 27. *num.* 6 *ff. ad leg. Cornel. de fals.* Alex. *in l. legata inutiliter* 19. *num.* 7. *ff. de legat.* 1. vbi de veriori. Angel. *num.* 1. Farinac. *de testib. quæst.* 66. *num.* 39. *&* 43. vbi de magis communi. Rota apud Caputaq. *dec.* 334. *lib.* 1. *in M.S. incipien. Testes non ideò,* Seraphin. *decis.* 270 quæ *est dec.* 530. *part.* 1. *diu. & dec.* 1147. *num.* 9. vbi quòd passim obseruatur in Rota Gregor. XV. *dec.* 331. *num.* 15 & ibidem Add. *num.* 21. *& decis.* 578. *n.* 13. *in Conchen. Capellaniæ* 17. *Martij* 1608. *coram Reuer. Attrebaten. in Carthaginen.*

ginen. Canonicatus 16.*Ianuarij* 1609 *coram Cardinale Lãcelotto, in Toletana hæreditatis* 16. *Iunij* 1618. *coram Andrea*,& ita seruatum est in pluribus causis canonizationis; vt in causa Valentina B. Thomæ de Villanoua, & in causa Neapolitana B. Andreæ Auellini Clerici Regularis. † In hac 89.
autem depositione debent ea omnia seruari, quæ requiruntur in examine testium,& est etiam necesse, vt iterum iurent. Bald. *in l. fin. in fin. D. de testib.* quem sequitur Felin. *in cap. per tuas*,48.*num.* 7.*vers. secus dicit de testib. & in cap. fraternitatis* 17.*n.* 7.*eod. tit.* Abb. *ibid. num.*1.Bald.*n.*1.& alij communiter.

Non obstat *decis.* 720. *num. fin. parte* 2. 90.
recent. vbi dicitur, quòd testes de nouo examinandi, seu repetendi non debent se referre ad primum examen, sed explicitè & per extensum deponere absque relatione, quam Additionator in adnotatione ad Gregorij XV. *decisionem* 331.*n.* 21.dicit nõ esse attendẽdam,& esse contra cõmunem, *& in decis.* 578.*num.* 13. dicit non esse tutam, † quia respondetur arbitrarium esse 91.
iudici admittere, vel non admittere depositionem testium cum relatione ad aliud

eiusdem testis examen. Bartolus *in l. eos, num. 6. ff, ad leg. Cornel. de fals.* Marsil. *n.* 4. add. ad eundem Bart. *in l. legata 19. n.* 3. *ff. de legat.* 1. Alex. *num.* 17. Crot. *de testib. num.* 375. Felin. *in cap. cùm in tua, n.* 1. *vers. sed iudex.* Abb. *n.* 3. Aret. *num.* 8. *de testib.* Farinac. *de testib. quæstione* 66. *num.* 49. Menoch. *de arbitr. casu* 109. *num.* 3. *centur.* 2. *lib.* 2. & ideo *dec.* 720. nullam meretur reprehensionem, quia cùm esset in arbitrio iudicis admittere, vel non admittere depositionem relatiuam ad aliud examen, & in dicto casu non essent repetiti, sed repetendi sacræ Rotæ Auditores, vel quia timerent de subornatione, vel alia de causa mandarunt, vt testes repetendi explicitè deponerent, non autem relatiuè. Si igitur iudex mandauit, vt testes repetendi debeant iteratò, & per extensum deponere, & tunc procedit dicta decisio; si verò non mandauit, tunc remanet firma conclusio, quòd testis potest se remittere ad suum primum examen, & ita practicatur. Ex quibus colligebam contra supremorum tribunalium responsiones sententiam non esse ferendam nisi omnibus facti circunstantiis, totáque lege perfecta, præ-

sertim

sertim contra sacrum Rotæ tribunal, in qua legum inconcussa veritas duodecim, innixa columnis nullo odij vel amoris vitio labitur, aut fatiscit.

Commissio in causa canonizationis Serui Dei non beatificati.

BEatissime Pater. Exponunt humiliter S. V. deuoti illius Oratores NN. quòd alias ab humanis decessit de anno Ven. N. cum celebri opinione sanctitatis ob miracula eiusdem serui Dei, & perpetuam in omni vita sua integritatem morum, & continua tam populorum erga ipsum tam eo viuente, quàm post eius obitum subsecutam, & adhuc vigentem, tam in dicto Oppido N. quàm in ciuitate N. ex vniuersa Italia, cæterísque Prouinciis deuotionem, testimonio Piorum, & insignum, ac Principum Virorum tam Ecclesiasticorum, quàm Sæcularium confirmatam, quę omnia cùm tenderent in gloriam Dei, honorem Ecclesiæ dictique Ordinis N. decus, piorúmque fidelium exaltationem, fuit aliàs ad instantiam N. Fel. record. N. Prædicti S. V. supplicatum, vt super præ- 92.

missis dignaretur mandare capi informationem ad perpetuam rei memoriam, reque delata per eandem Fel. rec. N. ad Reuerendissimos Cardinales super Ritibus Ecclesiasticis Præpositos ipsi respõderunt, quòd Oratores vterentur iure suo, ac proinde facto processu auctoritate ordinaria per N. Episcopum, eóque transportato coram eisdem Cardinalibus fuit petita per prædictos Oratores remissoria ad probandum in specie vitam, mores, & miracula prædicti serui Dei, qui licèt viderint ex informationibus captis resultare sufficiẽtem fumum ad hunc effectum, tamen nihil resoluerunt, cùm ipsi, vt anteà solebant, non possint ampliùs remissoriam huiusmodi concedere. Successiuè tamen decreuerunt causam huiusmodi esse in statu tali, vt possent si S. V. videretur, Rotæ Auditoribus de more committi, prout in decreto desuper expedito latiùs continetur, & facta desuper Sanctitati Vestræ relatione placuit eidem Sanctitai Vestræ gratiosè annuere, & commissionem huiusmodi expediri mandare. Supplicent igitur Sanctitati Vestræ Oratores prædicti quatenus dignetur causam, & causas

canonizationis, ac probationis virtutũ, morúmque & miraculorum, ac publicæ famæ sanctitatis prædicti Serui Dei, populorúmque deuotionis erga ipsum cum suis & illarum incidendi, dependendi, emergendi, annexísque & connexis aliquibus sacri Palatij auditoribus, & si magis placet RR. PP. Coccino Decano, Alphonso Manzanedo, & Iacobo Caualerio cõmittere, & mandare, vt simul, vel saltèm duo altero impedito super præmissis, vbi, & quoties opus fuerit in genere, & in specie inquirant, ac tam in Curia articulos, & interrogatoria admittant, testiúmque iuramenta super illis recipiant, eósque examinent, eorúmq; dicta in scriptis redigi curent, iuráque & munimenta ad negotium huiusmodi facientia, quæcunque recipiant, & compulsoriales concedere sub censuris, & pœnis, & alia & omnia, & singula, quæ ad plenam, & legitimam, & huiusmodi negotio probationem necessaria, & opportuna fore cognouerint, faciant, & exerceant, quàm etiam extra Curiam, & præsertim Regno N. & vniuersa Italia, ac vbique locorum aliquibus Episcopis, seu sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ

Nuntiis, vel aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis per eorum litteras remiſſoriales & compulſoriales, committant huiuſmodi probationes ſub pœnis, & cenſuris, aliiſque facultatibus opportunis, omnéſque proceſſus,& iura ſigillata clauſa, & ad ipſos tranſmiſſa aperiant, illáque aperta videant, examinent, & diſcutiant, eiſque ſic examinatis, & diſcuſſis neceſſariam,& opportunam S.V. dé,& ſuper præmiſſis faciant relationem ad hoc,vt ſi quid iuxta Canonicas Sanctiones, & S. R. E. Ritum circa illud agendum eſt ad gloriam Dei,& Catholicæ fidei exaltationem eadem S. V. ſtatuere valeat, & mandare cum facultate, & poteſtate citandi,& inhibendi quos, vbi & quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris, Contradictoréſque & Rebelles declarãdi,aggrauandi & interdicendi, aliáque faciendi,dicendi,gerẽdi,& exercendi in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, præmiſſis nec non conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtylo Palatij,& Curiæ, cæteríſque contrariis,non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, aliorúmque,& pro plenè,& ſufficienter expreſſis haberi.

Ponti

Pontifex verò consueuit in hanc formam rescribere. Audiant præfati Auditores, citent, inhibeant etiam sub censuris, recipiant, examinent, decernant, relaxent, aperiant, procedant, vt petitur, & iustitiam faciant. Placet.

Commissio in causa canonizationis Serui Dei antea beatificati.

Beatissime Pater; Fel. rec. Leo X. in 93.
die sancti Syluestri de anno 1514. indulsit, quòd in diœcesi in territorio Capestrani die 23. mensis Octobris posset celebrari festum Beati Ioannis de Capestrano, Ordinis Minorum de Obseruantia, tam à fratribus ipsis, quàm à Clericis etiam sæcularibus, aliisque qui volent, vt in Breui desuper expedito, 4. Octobris 1615. quòd Breue Sanctitas Vestra extendit ad omnes Religiones, tam Fratrum, quàm Monialium totius Ordinis sancti Francisci, prout in indulto sub datum Romæ die 10. Septembris 1622. Verùm quia P.B. huius B. Viri sanctitas, quæ tam in vita, quàm in morte variis fuit comprobata miraculis, & in dies magis elucet, magnam pepe-

rit,

rit, & parit in vniuerso populo deuotionem, & quia processus desuper fabricati de speciali commissione Leonis X. & Clementis VII. adhuc reperti non sunt, ideo ad augmentum Catholicæ fidei, & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ supplicant S. V. N. N. quatenus dignetur causam, & caussas canonizationis tribus ex sacri Palatij Apostolici Rotæ Auditoribus antiquioribus M. RR. PP. Coccino Rotæ Decano, Alphonso Manzanedo, & Iacobo Caualerio eiusdem sacræ Rotæ Auditoribus in statu, & terminis in quibus reperitur iuxta stylum cum omnibus incidentibus dependendi, emergendi, annexísque & connexis committere, & mandare, vt simul, vel saltem duo altero impedito super sanctitate vitæ, & miraculis B. Ioannis ad effectum canonizationis inquirant, & quatenus opus sit tam in Curia articulos, & interrogatoria admittant, testiúmque iuramenta super illis recipiant, eósque examinent, & munimenta ad causam, & negotium huiusmodi facientia quæcunque recipiant, & compulsoriales concedant sub censuris, & pœnis, & alia omnia, & singula, quæ ad plenam, & legitimam in huius-

modi

modi negotij probationem necessaria, & opportuna fore iuxta sacrorum canonum decreta cognouerint faciant, & exerceant, quàm etiam extra Curiam, præsertim in Italia, Gallia, Germania, Bohemia, Vngaria, Polonia, & vbique locorum, aliquibus Episcopis, seu S. V. & Sedis Apostolicæ Nuntiis, seu aliis personis in dignitate Ecclesiastica cõstitutis per eorum litteras remissoriales & compulsoriales committant huiusmodi probationes sub pœnis & censuris, aliisque facultatibus opportunis, omnésque processus, & iura clausa ad ipsos transmissa aperiant, illáque aperta videãt, discutiant, & examinent, eisque examinatis & discussis necessariã, & opportunã S.V. de, & super pręmissis faciant relationẽ ad hoc vt S.V. intelligat, an causa sit in eo statu, & iuxta canonicas sanctiones, & S. R. E. ritum ad gloriam Dei, & Catholicæ fidei exaltationẽ deueniri valeat ad canonizationẽ cum facultate, & potestate citãdi & inhibendi, quos, vbi, & quoties opus fuerit, etiã sub censuris, Cõtradictoréſque & Rebelles declarandi, aggrauãdi, reaggrauãdi, & interdicẽdi, aliáque faciendi, dicẽdi, gerendi, & exercendi in præmissis, & circa ea

quæ

quomodolibet necessaria & opportuna, præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stylo Palatij cæterísque in contrarium faciendi, non obstantibus quibuscunque.

Neapolitana canonizationis Serui Dei D. ANDREÆ AVELLINI *Clerici Regularis.*

94. AD docendum in specie de veritate puritatis fidei, ac sanctitatis vitæ, atque heroicarum virtutum Serui Dei D. Andreæ Auellini Clerici Regularis Monasterij sancti Pauli Neapolis Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, & de veritate miraculorum eius intercessione à Deo Optimo Maximo operatorum, Procuratores, & eo nomine Reuerendissimi Patris Præpositi Generalis, Reuerendi Patris Præpositi dicti Monasterij sancti Pauli, & vniuersæ Congregationis prædictę Clericorum Regularium, nec non inclitæ, & fidelissimæ Ciuitatis, & hominum Ciuitatis Neapolis dant, faciunt, & exhibent. & producunt

cunt Articulos infraſcriptos, ad quos in Romana Curia,&c extra eam probandum, ſe partéſque ſuas admitti petunt, non tamen ſe aſtringẽtes ad aliquam ſuperfluam probationem, de quo expreſsè proteſtantur omni meliori modo,&c.

In primis Procuratores prædicti repetunt hîc, & reproducunt, & pro repetitis, & reproductis haberi volunt,& intendunt omnia,& ſingula inſtrumenta, ſcripturas, tam publicas, quàm priuatas, litteras, hiſtorias, memorias, monumenta, iura, teſtium depoſitiones, acta, & actitata, in parte tamen,& partibus ſibi fauorabilibus, & proficuis, & non alias aliter, nec alio modo, &c.

Ex quibus ſic repetitis, & reproductìs conſtare credunt de intentione, ac eius fundamento ſuarum partium prædictarum, & quatenus non conſtaret, probare volunt, & intendunt,quod à decem quinquaginta, & centum, & vltra annis, & à tanto tempore, cujus initij memoria hominum non exiſtit in Regno Neapolitano, & in Prouincia Baſilicata,ac Diœceſis Anglonenſis exiſtit, & de præſenti extat Terra Caſtrinoui honeſtis, catholicis, &Religioſis

giosis habitatoribus referta, & in ea semper viguit, & nunc viget fides catholica, & obediētia, erga sanctam Romanam Ecclesiam, & dicta terra, & eius homines ab omnibus pro talibus communiter semper habiti, tenti, & reputati fuerũt, & habentur, tenentur, & reputantur, & de omnibus fuit, erat, & est publica vox, & fama.

Item ponunt, quod ex parentibus valde honestis, ac admodum pijs, & ex legitimo matrimonio natus fuit in dicta Terra Castrinoui seruus Dei Andreas Auellinus anno 1520. & in Ecclesia Parochiali dictæ Terræ baptizatus fuit & appellatus Lancellottus, & tempore debito confirmatus, de quibus omnibus fuit, erat, & est publica vox, & fama.

Item ponunt, quod dictus seruus Dei Andreas à parentibus optimè educatus, dedit non obscura de sua futura sanctitate indicia, leuitates pueriles abhorrens, pluribus virtutibus ornatus, mundum relinquens, fuit militiæ Clericali adscriptus, sacris ordinibus, ac deinde dignitate sacerdotali insignitus, doctoratus V.I. laurea decoratus, & ad confessiones audiendas admissus, ac tandem desiderio maioris perfectio

fectionis, Religionem dictorum Clericorum Regularium ingressus fuit anno 1556. in peruigilio Assumptionis ætatis suæ 36. & in ea nomen Lancellotti in nomen Andreę mutauit, ac professionẽ congruo tempore emisit, ibiq; per quinquaginta, & amplius annos sanctissimè vixit, quod fuit, & est verum, &c.

Item ponunt, quod dictus Lancellottus, & postea Andreas, per totam vitam vsq; ad mortem virtutum omnium splendore mirum in modum omnibus illuxit.

De fide.

ITem ponunt, quòd virtutem fidei in excellenti gradu habuit, vt ex eius vitæ decursu varijs emissis actionibus, cõstauit. 1. infans in vlnis matris gestiens, Crucis signo persæpe se muniebat, paruulus christianam doctrinam optimè didicit 2. adolescens sacræ scripturæ lectioni se dedit, nec diem præteribat, quin eam legeret, Pauli Epistolas optimè memoriæ retinebat. 3. tandem Religiosus, Patres, præcipuè Augustinum, Hieronymum, Chrysostom. qui contra hæreticos scripserunt, assiduè peruolutabat. 4. ad scribendum contra hæ-

reticos cæteros hortabatur. 5. D. Thomæ doctrinæ valde addictus fuit, & eius Sũmã aliquibus annotationibus propria manu conſcriptis locupletauit. 6. mira reuerentia recitabat, & decantabat Nicænum ſymbolum. 7. cuius fidei zelus præcipuè enituit, cùm Clericus Andreas pueros rudimenta fidei doceret; ad confeſſiones ſemel in hebdomada faciendas hortaretur. Inſuper ad ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumendam Dominicis diebus, ac feſtis 8. Sacerdos ordinatus, & ad audiẽdas cõfeſſiones expoſitus, & de neceſſariis ad ſalutem inſtruebat & ad perfectiorem vitam capeſſendam hortabatur. 9. ſtudia Philoſophiæ, Theologiæ, ac ſacrorum Canonum in Religione promouit, & auxit, illud Dauid vſurpans: Bonitatẽ, & diciplinam, & ſcientiã doce me. 10. Concionatores, & omnes, qui ſaluti animarum incumbebãt, maximo proſequebatur amore, varia huius amoris ſigna demonſtrans, cauſam aſſignabat, quia per ipſos & propagatur, & confirmatur ſanctiſſima noſtra fides. 11. ſi quando ob memoriæ lapſum, nõ rectè citaſſent ſacræ ſcripturæ locos Concionatores, ipſe completa concione, eos prudens admonebat,

& hortabatur ad rectè Verbum Dei tractandum.

De Spe.

ITem ponunt, quòd seruus Dei in virtute spei excelluit. 1. quia firmiter sperauit æternam beatitudinē ex diuina gratia, & ex meritis per bonorum operum exercitium se adepturum. 2. & propterea ab incunte ætate Clericus effectus, in sortem Dei se obtulit. 3. & vt certior fieret æternæ hæreditatis Religionem Cl. Regularium est ingressus, quæ in sola spe diuinæ prouidentiæ innititur, dum nihil in communi possidet, nec per domos quæritat, sed in ea ex sponte oblatis viuitur. 4 qua spe munitus in bonis operibus assiduè per spatium 88. annorum se exercuit in laboribus, ieiuniis, flagellis, & variis virtutum operibus, vitæque mortificationibus, rogans Deum, vt pro ipso pati sineret, vt adipisceretur beatitudinem quam sibi & aliis sperabat. 5. tantáque erat fiducia repletus, vt sæpe diceret, habeto fidem, fides est necessaria. 6. quam Deo pergratam fuisse, diuersis miraculis comprobatum est. Onerariam nauim paupertatis

amator conſcendens præter voluntatem Nautarum, qui Surrentum pergere volebant, Vicum Equenſe appulit, ſtatim enim dicens Andreas. Petrus Apoſtolus, & Paulus Doctor gentium, mirantibus Nautis, ita vt Andteas deprecatus erat mutato vento; adeò vt ipſimet Nautæ dicerent (ce l'hai fatta) & hoc magnæ eius fiduciæ in Deum tribuêre. 7. Item vocatus ad confitendum ad Turrim del Greco, ab indiſcreto, Nauta in terra poſitus in locum à Turri per vnum miliare diſtans, nec habens niſi vnum ſocium, neque valens ob infirmitatem, & inacceſſibile iter ambulare, poſuit ſe ſuper ſocij humeris: videns ſocius ſe non poſſe ferre tam graue onus, ſed propter obedientiam accipiens, ad Turrim del Greco maxima admiratione profuſus, eum portauit, affirmans, pondus ſe non ſenſiſſe. 8. Iacobo Torno infirmo, & dubio, vtrum deberet in Quadrageſima veſci carnibus ob infirmam valetudinem conſulenti Andream, ſuaſit Quadrageſimam ſeruare, cui obediēs Iacobus, optima fruitur valetudine, contra medicorum ſententiam; quod vbi Andreas cognouit, dixit, videte quantum fides præualeat,

ualeat. 9. Hac fiducia fretus, multa in Religione fundauit, & auxit Monasteria, 10. eleemosynam viginti quinque aureorum in mense à sancto Carolo assignatam, cùm esset in Monasterio sancti Antonij Mediolani Vicarius, accipere noluit, sed tanto Præsuli remisit, affirmans tunc Patres illa non indigere, talis erat Andreæ in Deo suo fiducia. 11 Cùm Neapoli vrgeret Annonæ caritas, ibíque esset Præpositus, magna cõfidentia eleemosynam elargiri solitam duplicauit, totámque portionẽ frumenti, quæ pro alendis fratribus ei data fuerat in eleemosynis impendit, ipse duro, nigróque pane, ac sola aqua contentus, sed fidelis dispensator Deus Patribus duplicauit annonam; nam maiores solito eleemosynas per fideles suos misit. 12. Tractatum de spe composuit.

De dono timoris.

ITem ponunt, quòd cum hac firmissima in Deum spe, donum timoris coniunctum habuit. 1. Ad extremam enim vsque senectutem cum timore, & tremore suam operabatur salutem. 2. Audiens quendam suam pœnitentem dicere, se esse Gehen-

næ dignam, interius commotus inconsolabiliter flere cœpit de Inferni pœnarum acerbitate cogitans, & postmodum illi respondit (diamo vn memoriale alla facendiera, & saremo liberi) hoc enim nomine appellabat Beatissimã Virginem ob innumeras gratias, quas peccatoribus impetrat, & impartitur, in cuius adiutorio, & reliquorum Sanctorum maximoperè confidebat. 15. Propter hunc filialem timorem quotidie, & aliquando pluries in die confitebatur, cumque confessarium interrogasset, an esset saluandus, & ille affirmasset, respondit seruus Dei, etiam vsque in diem iudicij libenter Purgatorij pœnas sustinerem, vt salutem, quam ex meritis Christi spero, cõsequi possem: optimè enim cognoscebat peccatorum grauitatem, & diuinæ iustitiæ seueritatem. 16. Proinde nedum grauia, sed etiam leuia peccata, & imperfectiones pro suo posse vitauit, & pro leuissimis culpis maximè pœnituit, & conatus est satisfacere, humanámque fragilitatem considerans summoperè timebat diuinam gratiã amittere. 17. Hinc in vltima senectute pudicitiam, quam illibatam semper custodiuit, saltem aliqua cogitatione perdere timebat.

bat. 18. Libellum de spe, & timore composuit, in quo ea quæ in cordis thesauro recondita habebat, protulit, vt omnes ad christianæ perfectionis apicem dirigeret. Quæ omnia fuerunt, & sunt vera, publica, & notoria, & extat publica vox, & fama.

De charitate erga Deum.

ITem ponunt 1. quod adeò pura Dei charitate arderet Andreas, vt nihil aliud quæreret, quàm ipsiùs Dei gloriam, & honorem, & sui ipsius contemptum, multa pro Deo cupiebat pati, videlicet equorum caudis raptari, corpus suum in frusta cõcidi, & alia huiusmodi. 2. Hinc cùm de salute animarum agebatur, nec ab infirma valetudine, nec ab ætate decrepita, nec ab æstu, nec à pluuia poterat impediri, quin illi incumberet, Deum esse suprà medicinam, supra pluuiam, & supra solem in leone, inquiens. 3. & propterea nolebat in infirmitatibus lautiori cibo refici, expertus in hoc Domini voluntatem, quo rudi cibo vescens melius se haberet. 4. cupiebat etiam quamprimùm dissolui, & esse cum Christo, & propterea sæpe de æter-

na beatitudine loquebatur, quam quidem beatitudinem nedum sibi ipsi, sed etiam aliis sperabat 5. Ex hoc amore oriebatur in seruo Dei intensissimus dolor de offensis Deo irrogatis. Vnde dum in festo sanctæ Luciæ, & sancti Antonij ob occursus, & recursus virorum, & mulierum multa soleant peccata committi, serenum cœlum videns, magno dolore affectus, & timens ne Deus offenderetur, ad orationem confugiens, in vtroque festo plurimam (vt socio prædixerat) à Deo pluuiã per totam diem impetrauit. 6. Diebus etiã bacchanalibus, ne ab ingluuie, & effrenata hominum licentia Deo iniuria irrogaretur, corpus suum peculiaribus mortificationibus castigabat, orationi magis instabat, pœnitentibus, & subditis iniungebat, vt psalmis pœnitentialibus, & aliis pœnitentiis iram diuinam placarent 7. Cuidam mulieri, quæ suorum oculorum pulchritudine capta deperibat, dixit, quòd si fas esset, oculos etiam sibi erueret, ne aliis Deum offendendi occasionem præberet. 8 Hinc dum aliorũ peccata in confessione audiebat, maximis profundebatur lachrymis, quod intuens quidam pœnitens

nitens timore correptus, erubeſcebat confeſsionem proſequi, blandè tamen ab illo conſolatus, & in ſpem veniæ ereptus, generalem totius ſuæ vitæ confeſsionem fecit, & de cætero in melius vitam mutauit. 9. Ex hoc amore oriebatur in ſeruo Dei ardens deſideriũ martyrij, vt magis Chriſto conformaretur. 10. proinde Deum orabat quotidie, vt ei concederet aliquid pro ipſo pati, quòd cùm ſæpe ei accidiſſet, lætabatur. 11. Cùm enim eius ſocius dum equitaret, B. Andreas ab equo deiectum, & per terram raptatum, gaudentem videret, maximè admiratus dixit Andreas, ne mireris, nam hoc mane Dominum rogaui, vt mihi concederet aliquid pro ipſo pati. 12. æmulabatur enim Martyres, ſolebátque profuſis lachrymis frequenter dicere, ah Martyres! quanta pro Dei amore paſsi eſtis? Adeò diuinæ voluntati erat conformis, vt de omni, quod Deo placeret. 13. gauderet, quod diſpliceret, triſtaretur. 14. Proinde ſtatuerat, nihil à Deo petere, nec pro anima, nec pro corpore, ſed tantùm dicere, fiat voluntas tua.

Erga passionem deuotio.

ITem ponunt. 1. quòd ex hoc etiã amore procedebat, maximus compassionis affectus erga Christum Crucifixum, hinc ex iugi recordatione Passionis illius, largas effundebat lachrymas, pręcipuè cum à cella descendebat ad celebrandum Missæ sacrificium, tunc etiam singulari affectu solebat recitare hymnũ, Iesu nostra redemptio, cúmque ad versiculum illum perueniret (crudelem mortẽ patiens) pluries verba illa repetebat, oculis etiam lacrymantibus in cælum elatis, totum concutiebatur, admirationem, & deuotionem omnibus, qui áderant, præbens. 2. Dum verò Missæ sacrificium celebrabat, adeò cõpassione mortis angebatur, lachrymísque perfundebatur, vt sæpissimè illud progredi vlterius vix potuerit. 3. quod ei maximè cõtingebat in hebdomada sancta, cùm in passione decantanda personam Christi gereret, præcipuè dum pronunciabat illa verba, Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? 4. & adeò huiusmodi Christi Crucifixi compassio, in eius corde radices fixerat, vt cùm de eius passione aliquem loquen

quĕtem audiret, ſtatim in lachrymas prorumperet. 5. Et cùm quidam frater ei detuliſſet, quæ ab inſigni Concionatore de Chriſti paſsione & morte audierat, ſtatim in tales prorupit lachrymas, vt nedum genas, & barbam, ſed etiam ipſas veſtes perfunderet. 6. cùm narraret cuidam intimo familiari S. Caroli, aliquando à Deo illi fuiſſe donatum videre pulchritudinem illius, de quo dicitur, ſpecioſus forma præ filiis hominum, ſanctè indignatus contra eos, qui illum crucifixerunt, multis profuſis lachrymis in hæc verba prorupit, & quando tantum facinus humana crudelitas auſa eſt, faciem illam deformando, quę rapit in amorem ſui cælites ipſos, quæ omnia fuerunt, & ſunt vera, publica, notoria, & publica vox, & fama.

De charitate erga proximum.

ITem ponunt. 1. quòd omnes ſaluos fieri totis viribus optabat, omnibus, quantum in illo erat, ſubueniebat, ac prodeſſe conabatur, in confeſſionario aſſiduus ad audiendas confeſſiones. 2. Cùm præeſſet Monaſterio S. Angeli à Cardinali Rebiba

tunc Vicario Generali Neapoli authoritatem habens, in reformatione iam relaxati Monasterij enixè laborauit, vberes sanctitatis fructus colligens, & vsque ad effusionem sanguinis pro animarũ zelo decertauit, vt in specie accidit. Nam ægrè ferens quidam, qui impudico amore erga Monialem tenebatur, seruum Dei primò minis deterrere conatus est, deinde illum aggredi, & interficere statuit, & missis quibusdam satellitibus, quos mira prudentia, & veritate elusit, incolumem se seruans: sed iterum sacrilegis misis, cùm Lancelottum in templo sancti Agrippini orantem cernerent, & vultum eius Angelo similem, manus ei inferre non auserunt, tertiò à sicario aggressus, leuiter læsus in vultu, non destitit tamen continuare ardentiori custodia. Tandem cùm Lancellottus orasset, & maximis lachrymis à Deo petiisset aliquid pro illo pati à duobus sicariis aggressus, duo illata sunt ei vulnera, quorum alterum vultum circundans totum deformem reddebat, alterum ob venæ incisionem vitæ discrimini obnoxium, sed in domum sancti Pauli adductus, optimè conualuit, ita vt nec cicatricis

cis veſtigia, niſi diligentiſsimè aſpicienti apparerent, & teſtes informati deponunt. 3. Religionem ingreſſus, & Magiſter Nouitiorum effectus, per decennium, vt illos ad perfectioris apicem inſtrueret, operam nauauit. 4. & poſtea Præpoſitus effectus obſeruantiſsimus ipſe, vt omnes Religioſi obſeruantes fierent, mirificè curauit, & hoc cum maxima ſuauitate, & humilitate. 5. Et in ſpecie ad pedes cuiuſdam Patris, qui indignatus erat, ob denegatam ab Andrea domo egrediendi facultatem ſe prouoluit, veniam petens, illúmque ſibi conciliauit. 6. conſimili modo nouitium, graue aliquid in illum inferre cogitantem, ad ſui amorem reuocauit. 7. In confeſſionibus audiendis vberes produxit fructus, perditiſſimos reuocando ad pœnitentiam, qua in re peculiarem à Deo gratiam habebat, & in ſpecie in Terra appellata Pomigliano d'Arco, perditiſſimum hominem in odio obſtinatum conuertit. 8. Cardinalis Cuſanus ampliſſimam facultatem audiendi confeſſiones, vbique locorum à Pontifice obtinuit. 9. Plurimos ad perſectionem, religiosámque vitam euexit, vt in ſpecie de duabus

Paulis

Paulis Vicecomite, & Lampugnana teste deponunt, ac multas circumstantias considerationẽ dignas enarrant. 10. hominum etiam vilium confessiones audiens, pro pœnitentium salute lachrymas abundè effundebat, omnes ad peccata confitenda hortabatur, non laboribus parcens, vt in specie potest considerari ex sequentibus casibus. 11. senio confectus, (erat enim octuagenarius) & immodicis herniæ doloribus afflictus, dũ ad ægrotum visitãdum pergeret, coactus fuit stabulum Principis Mõtis Mileti ingredi, vt diffluẽtia intestina in suum locũ reponeret; cum obuiam esset Ioannes Vincentius Piscicellus hortans, vt sibi consuleret, absit, respondit, vt huic inimico miserear (sic enim appellabat suum corpus) & animarum saluti non vacem, pro quibus filius Dei mortuus est in cruce. 12. Iterum cùm seruus Dei valde madefactus, versus eundem locum supradictum, & circa idem tempus monitus ab eodem Ioanne Vincẽtio Piscicello, vt domi quiesceret, illo præsertim tempore magnæ pluuiæ, respõdit non posse domi consistere, & non pergere ad consolãdum afflictos, & ad audiendã infirmæ personæ,

ad

ad quam pergebat, confeſſionem, cogitans quanti fecit Deus animas noſtras, tanta pro nobis patiens. 13 Cúmque maximè ſequientibus caloribus incederet pro animarũ ſalute, conquerẽti ſocio, reſpondit, neceſſe eſſe ſaluti animarum incumbere, & peccata tantum ſibi ardentem moleſtiã conferre. 14 ſæpe ægrotus ipſe ægrotos viſitabat contempa iuſta medicorum querela. 15. Cùm ad Turrim del Greco pergeret, vt Principis, & Principiſſæ Stilliani confeſsiones audiret, mulo in quo equitabat, excuſſus cecidit, ac non paruo viæ interuallo raptatus, cum eſſet iam afflictus, rogatus à ſocio, vt domum rediret, negauit ipſe, affirmans, nolle ſe Deum eludere, hoc ipſum, quod acciderat, manè peragens ſacrum à Deo inſtanter poſtulauerat, ſcilicet aliquid perpeti, vt proximorum ſaluti incumberet. 16. Senex, & ægrotus ſole in leone exardeſcente, cœli lethalem intemperiem paruipendens à Terra Padulæ biduo obequitans, Neapolim incolumis omnium admiratione rediit. 17. Propter hæc pietatis opera circa animarum ſalutem maligni ſpiritus dentibus ſtridebant in eum. Cùm enim quendam hominem

minem cum inimico suo conciliasset, sequenti nocte à Dęmone crudelissimè vexatus, qui ter illum suffocare voluit, quod sæpe sibi ob huiusmodi charitatis officia accidisse testabatur; non tamen per hoc ab illis desistebat. 18 In remittendis iniurijs inimicis excellēs fuit, vt aliquibus confessus fuerit maxima obligatione se teneri ad orandum pro homine, qui eum iniuriabat. 19 Cuidam, qui proditoriè suum nepotem occidit, toto corde, & toto animo remisit, & vt sui consanguinei remitterent, curauit vt testes deponunt, multas addentes ad rem pertinentes circunstantias. 20 neque sicarij, qui eū in vultu læsit vllo pacto, nec Proregi, nec familiaribus manifestare voluit nomen, prout deponunt testes.

De misericordia.

ITem ponunt. 1. quòd seruus Dei, habuit virtutem misericordię, cùm præcipuè tristaretur de malo spirituali proximi. 2. propterea peccatorum miseriam maximè deplorabat, ac afflictus dum ea secum cogitaret, incedebat, vt omnes quando ita afflictum incedere viderent, hoc ob alicuius

pecca

peccatoris duritiam euenire certiſſimè diiudicarent. 3. mærentes conſolabatur, & hoc fuit illi à Deo peculiare donum, vnde quidam ob grauiſſimas tentationes in extremum deſperationis deductum ſuis meritis, ac precibus liberauit. 4. idem iam multi alij experti ſunt, dum eo ipſo quod ad limen cellæ ſuę deuenirent, imò ſtatim ac proponebāt illi ſuas tentationes pandere, tentationibus liberabantur, & maxima replebantur conſolatione. 5. Nec per hæc ſpiritualia pietatis officia à corporalibus miſericordiæ operibus deſiſtebat, pauperibus tum in ſæculo, tum in Religione cùm eſſet ſuperior, non modò conſuetas eleemoſinas erogabat: ſed in maxima annonæ caritate duplicauit. 6. & quando aliter non poterat pauperibus ſubuenire, pro ipſis ſalutationem Angelicam, orationémque Dominicam recitabat.

De prudentia.

ITem ponunt. 1. quòd in conſilijs dandis tā in ſpiritualibus, quàm temporalibus ſumma prudentia præditus erat; quare ad eius conſilia petenda ex omni hominum

genere confluebant, & eis, qui obtẽperabant omnia feliciter eueniebant. 2. diffidentes inter se mira facilitate, & dexteritate conciliabat, ita vt aliquando totius Ciuitatis turbas, ac tumultus sedare studuerit. 3. vt in specie euenit in Ciuitate Neapoli, vbi ob annonæ charitatem maximi exorti tumultus cum violẽta morte Ioãnis Vincẽtij Staracis ipse Andreas, orationes domi fieri iussit, interim publicã, & nunquã à nostris solitã processionem instituit magna populi deuotione, & concursu, qua impulsus Neapolitana Ciuitas ex parte turbas, rumoresque sedauit, vt aduertit Ossunensium Dux tum Prorex, qui vnà cum Ciuitate maximas Andreæ gratias egit ob tam illustre deuotionis, ac pietatis exemplum. 4. De spirituum discretione, & affectionibus moderandis maximam habuit scientiam, maximáque prudentia valebat ad promouendos homines ad virtutem, quod præcipuè in gubernio Monialium, in magisterio Nouitiorum, in quibus regendis, cum assiduis laboribus, adeò maximos suæ Religioni fructus produxit, vt multi eius probitate, & doctrina imbuti, Religiosi insignes in Religione admi

administranda euaserint. 5. & vt fructus administrationis ad alios se extenderet, tractatum composuit de instituendis nouitiis ad vitam spiritualem, quam in praxi maximè proficuum multi experti sunt. 6. In Præposituris, & in audiendis confessionibus insignem se reddidit, in erigendis Monasteriis, & Ecclesiis maximè Mediolani vbi à sancto Præsule fuit valdè laudatus. 7. Insuper cum prudentis sit, consilia non modò dare, sed aliquando petere, Andreas sæpe D. Ioannem Marinonium sanctissimum virum suum Cõfessarium consulebat, à quo consilium accepit, vt in regendis Monialibus vsque ad effusionem sanguinis persisteret. 8. & cùm aliquando de relinquendo confessiones audiẽdi munere cogitasset, vt contemplationi vacaret, admonitus, & de voluntate diuina à Baptista de Ianua, quæ tunc in maxima sanctitatis veneratione habebatur, certior factus, Dei voluntatem esse, vt confessionibus incumberet, acquieuit, suúmque munus prosequutus est, vt apparet ex originali epistola asseruata Neapoli in domo sancti Pauli.

De religione, eiusque actibus, oratione, & deuotione.

ORationi erat valdè addictus. 1. cui in toto suæ vitæ decursu maximè vacauit. 2. adhuc adolescēs in sæculo in aliqua remota Ecclesia per multas horas orationi incumbebat, & adeò feruenter orabat, vt Sicarius, qui ad eum percutiendum in Ecclesiam venerat, ab eo percutiendo desisteret, quia Angelo persimilem in oratione vidit. 3. In Religione verò ardentiùs huic exercitio se dedit, primus omnium ad orationem occurrebat, ad quam bis in die omnes in eius Religione conuenire solent: dicebat enim qui pauperrimus primo diuiti occurrit, vacuus redire non solet; sic nec ego à Deo optimo Maximo. 4. Nec tantùm statutis horis, sed etiam in hoc sancto exercitio sæpissimè pernoctabat; animæ enim suæ cibum sanctam orationem appellabat. 5. multos composuit libros, quibus facilior orandi modus præscribitur. 6. orationi adeò intentus, vt cùm quadam die Neapoli ad Ariolam oppidum quoddam pergeret, cùm iter inci

inciperet, ſocio dixit, ſine quæſo parumper me orare, ac iter inſequebatur. Completa oratione, quæ diuturna nimis fuit, ad itineris prope finem erat, & ipſe exiſtimabat in principio eſſe, ſic orationi erat intentus, vt ab omnibus aliis curis videretur ſemotus. 7. Orationi adeò aſſiduus, vt callum genibus obduxerit, tumorémque inde contraxerit, qui impediebat, ne genibus flexis oraret. Cùm accerſito Chirurgo in quatuor partes concidi imperaſſet, lætanter ſubſtinuit, dicens, Benedictus Deus: nunc genuflexus orare deinceps potero. 8. Hinc iure quidam ſpirituales viri Andream, orationis miraculum appellabant. 9. Mira ſpirituali dulcedine in orando afficiebatur, præcipuè in contemplando Incarnationis ſanctiſſimæ myſterio, & ſanctiſſima nocte Natiuitatis Chriſti, quam totam inuigilabat maximis lachrymis repletus. 10. & in ſanctiſſima Reſurrectione ſabbato ſancto, omnibus ſtupentibus occurrebat, & mira exultatione canticum Alleluia canebat; & quamuis dulcedinem Deus ſubtraheret, ab oratione

tamen non desistebat. 11. Multa sunt, quę sibi, & proximo impetrauit, vt latiùs cum de miraculis.

De actibus exterioribus Religionis.

ITem ponunt 1. quòd seruus Dei debitam reuerentiam, & cultum Deò exhibuit, non modò profundè, quoties pertransibat ante sanctissimum Sacramẽtum, genua flectens, verùm sanctæ Cruci, vt par erat, & sacris imaginibus reuerentiam exhibebat. 2. valdè sollicitus, vt rubricæ Messalis, & Breuiarij seruarentur ad vnguem. 3. Conciones stans audiebat, quamuis senectute grauis baculo esset, aliquantisper innixus, suadenti cuidam, vt sederet, respondit, verbum Dei cum reuerentia audiendum. 4. officium persoluebat in Choro, vel si impeditus mira deuotione stans, vel genuflexus statutis horis ob id relinquens alia negotia, vt testes informati deponunt. 5. Sacrificium per sexaginta annorum spatium quotidie Deo obtulit, nisi graui morbo detentus. 6. Per horam ante sacrificiũ meditationibus, & lachrymis se præparabat: absoluto sacrificio, per horam

horam etiam genuflexus in choro gratias agebat. 7. Voto etiam se astrinxit quotidie in maiorem perfectionem tendere, vt ipse testatur in epistola ad Marchionem Casæ Alberi. 1597. die 10. Septembri. 8. peculiarem deuotionem erga B. Virginem professus est, officium, & coronam quotidie recitans. 9. & quàm Deo esset grata recitatæ coronæ deuotio miraculo comprobauit; Nam in herbariolo, seu cellula in domo sancti Pauli Neapoli arbor persici ab ipsomet Andrea plantata per multos annos quindecim poma produxit, & quãuis vnum pomum ceciderit, vento excutiente, & iam quindecim reperta sunt, quod semel atque iterum in diuersis annis accidisse testes, melius informati deponunt. 10. Eiusdem Beatæ Virginis imaginem in cellula habebat, ex qua multas gratias se accepisse testabatur Andreas. 11. & in specie laborans herniæ maximis doloribus, ante Virginem prostratus orãs, repentè conualuit. 12. & nunquam aliquid à Virgine se petiisse, quod non continuò impetrasset, seruus Dei testabatur, ac ipse, quod in eius nomine petebatur (quod poterat concedere) minimè denegabat.

gabat. 13. alios etiam Sanctos præcipuè colebat, quorum multos eligebat in patronos, pro quorum deuotione multa faciebat, testes informati deponunt, quod est notum, &c.

De obedientia.

ITem in obediendo Superioribus erat diligentissimus. 1. quos Dei vice colebat, nostræ Congregationis regulas obseruans, & Superioribus in omnibus obtemperans. 2. & in specie vt obediret suo Superiori curam habuit cuiusdam ex nostris phrenetici, qui sæpe pugnos, & alapas in eum impingebat, quod libenter per viginti mẽses passus est. 3. quam obedientiam in mortis articulo variis actionibus seruauit, vt testes deponunt, & cùm Superior esset, suo Confessario in omnibus obediuit, vt testes aliqui in specie deponunt.

De gratitudine.

ITem ponunt, quòd gratissimus erat pro benefactoribus semper orãs, eorum nomina descripta tenebat, & omnes pro illis orare monebat, dicens, comedimus peccata populi.

De

De veritate.

ITem ponunt 1. quòd seruus Dei omne mēdacium detestatus est, cùm aliquando sæcularis presbyter in mendacium leue ob amici patrocinium incidisset, euoluens secum illud sapientiæ. 2. os, quod mentitur, occidit animam, statim munus patrocinandi reliquit. 2. Et multos suasit, vt relinquerent, & ad Religionem se conferrent. 3. & cùm esset mendacij inimicus, peculiare donum detegendi illud à Deo impetrauit, vt in specie accidit cuidam fratri, qui simulans patruum infirmum, facultatem domi exeundi petebat, cùm Andreas nullo pacto scire posset, vtrum infirmus, vel sanus esset, Spiritu sancto inspiratus, vt creditur; dixit, fili cur mentiris? tentatiō te apprehendit, & in cellam eum iussit redire. 4. post verò mortem Andreæ miraculo patefecit Dominus, illum mendacij fuisse inimicum, cùm quidam frater, vt aliquorum deuotioni satisfaceret, qui capillos serui Dei post mortem petebant, vt omnibus satisfacere posset, alios capillos, capillis serui Dei miscens in cartula reposuit,

mane ſeiunctos miraculosè aduenit, quod teſtes mèlius informati deponunt, & eſt verum, &c.

De obedientia.

ITem ponunt, quòd ſeruus Dei perfectè virtutē fortitudinis habuit. 1. qua omnes labores, & omnia mortis pericula ſuperabat, vt in ſpecie ob Monialis pudicitiā cuſtodiendam, expoſuit ſe periculo vitæ, & fuit percuſſus in facie, vt ſuprà. 2. A mulieribus aggreſſus, vt labefactarēt eius conſtantiam pluries illis optimè reſtitit, vt ſuprà de Caſtitatis obſeruantia. 3. Regulas per 60. annos optimè ſeruauit, earúmque defenſor acerrimus extitit. 4. Corpus vti infeſtiſſimum inimicum, variis flagellis & mortificationibus domuit. 5. appoſitus in extremo vitæ diſcrimine, cùm aliqua vitæ ſpes ei data fuiſſet, reſpondit, ſi ſalutem dabit Dominus, magis magíſque laboribus vacabo, vt èſt publica vox, & fama. Cùm aſſiduè pro Dei amore laboraret, inutilem ſeruum ſe agnoſcebat, & cuidam aſſerenti, vt poſt tot labores quieſcere graui ſenio defatigatus vellet, reſpondit maximis cum lachrymis Quid feci miſellus ego ſenex.

De

De patientia.

ITem ponunt quòd seruus Dei habuit virtutem patientiæ. 1. vnde in specie mortem nepotis proditoriam, iam patientissimè tulit prope Neapolim. 2. probra, cōtumelias, iniurias, & alia huiusmodi æquo animo passus est. 3. & in specie ab Aulicis cuiusdam Principissæ, quos cùm propter nonnullas rationes eidem commendare noluisset, plura in eum collata sunt conuicia, iniuriæ, pessima habitatio, lectulus sine linteis paratus, quæ omnia libenter passus est, imò socio volenti ea omnia incōmoda illi Principissæ aperire, noluit, affirmans, omnia debere pro Christi amore libēter pati. 4. dolores herniæ, quibus mirum in modum laborabat, magna patientia sustinuit, dicens, Benedetto dolore, che mi fa spesso lá carita a visitarmi. 5. ariditates spiritus, quos aliquando Deus conferre solet ad probationem, ita æquo animo ferebat, vt dicere soleret, etiam si me occiderit, in ipso sperabo; quæ omnia sunt vera, publica, & notoria palàm, &c.

De

De temperantia, abstinentia, & sobrietate.

ITem ponunt, quòd seruus Dei singulari temperantia fuit prædictus. 1. in ciborum vsu abstinentissimus, Religionis, & Ecclesiæ ieiunia, nedum seruabat, sed alia pecularia, ob particularem sui deuotionem quamuis eius complexio valdè calida, multos appeteret cibos. 2. Ante aliquos annos suæ mortis, non tantùm abstinuit ab ouorum; & similium vsu, sed & piscium, solis leguminibus, & herbis contentus. 3. Iam senex ob defectum dentium, pro delitiis habebat, panem aqua madefactum 4. sæpe ob occupationes salutis animarum vna vice comedere contentus. 5. Hinc Principissa Stilliani, quando ad Turrim del Greco pergebat, serui Dei morem agnoscens, legumina parari iubebat. Et cum quadam vice eum deludere voluisset, apponi in menestra fabarum pulli carnem contusam, animaduertit ipse, & statim illius cibi commestione abstinuit. 6 Cũ maxima esset annonę charitas, à vino abstinuit, nigerrimo pane cõtentus,

tentus, vt eleemosynas faciliùs erogare posset. 7. Nunquam panem, quod dicitur fresco, sed durum multorum dierum, comedere solitus, séque in omnibus vbi poterat, affligebat, solens dicere: Christianos carnem suam crucifigere debere cum vitiis, & concupiscentiis: & spiritualis vitæ principium esse gulam frænare. 8. sæpe visus est, panem, quo vescebatur, fletu miscere, dicens se comedere peccata populorum. 9. Persæpè clamabat, quot serui Dei, & viri nobiles isto pane egent, quo ego vilis homuncio, & peccator vberrimè pascor? 10. etiam ipso pane aliquando se mortificabat, non sumens, quod appetitus, sed quod necessitas postulabat, etiam ipsa aqua minimè ad satietatem eam bibens. 11. Quidam Pater magnæ authoritatis eum rogauit, vt suæ saluti in tam graui ætate magis prospiceret, ipse verò pro responsione Cap. Con. de cons. 5. distinct. 5. vbi Ambros. subdit. Contraria studiosè sunt dictæ Congregationi, præcepta medecinæ à ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, audito responso Pater erubuit, & illud annotauit, vt ipse, ex hac responsione, & alij fructum
capes

capeſcerent. 12. eadem moderatione vſus eſt circa ſomnum, dormiebat quantum neceſſe erat, vt neceſſitati humanæ vitæ ſatisfaceret, proinde vigilias matutinas præueniebat. Sæpe etiam in oratione pernoctabat. 13. & vt promptior eſſet ad vigilias veſtitus ſuper durum ſtramentum dormiebat, ſtramenti paleas, nec dimouebat, nec mutabat, niſi ex obedientia, & hoc octauo quoque anno, tunc ſolebat dicere (Aſinus gaudet: quia nouas paleas habet) 14. Aliquando hoſpes apud alium molle, & delicatum lectum relinquens, humi cubabat, vt deinde ad orationem citiùs accurreret. 15. vehementer optabat ſupremum diem obire, humi iacens, vel ſaltem ſuper nudas tabulas, ſacco, cilicióque indutus, vt Chriſto eſſet conformis, quod eſt verum, &c.

De caſtitate & virginitate.

ITem ponunt, quòd ex conſtanti amicorum fama. 1. virgo eſt habitus multas circa pudicitiam Dæmonis inſidias ſuperauit. 2. & in ſpecie adoleſcens ſtudiis humanis dans operam in oppido Seneſi, forti

fortiter restitit mulieri eius amore captæ (erat enim speciosa, & præstanti forma) quæ primò muneribus allicere, deinde apertis sermonibus, & multis argumentis in eius amorem illum trahere conabatur. 3. Secundo restitit fœminæ, quæ fuerat eius nutrix, quam fugiens, & relinquens cubiculum fortiter euasit Neapoli, dum studeret, ab impudica fœmina in cubiculo aggressus, & amplexatus continuò fugit, & res domesticas contempsit. Cæterùm, quæ non poterat castitatem, res familiares serui Dei furata est. 4. Sacerdos, & Confessarius à duabus pœnitentibus semel, & bis tentatus, ita optimè restitit, vt eas ad Dei timorem, & compunctionem induxerit, ignitis charitatis verbis. 5. tandem filiam spiritualem illum importunè sollicitantem, cùm suasionibus nihil se proficere cerneret, eius confessiones audire recusauit, & ab Ecclesia maxima cum prudentia eiecit. 6. fuit etiam huius pudicitiæ acerrimus defensor, vt suprà, cùm de Monialibus Sancti Archangeli, &c. & testes melius informati alia deponunt.

De regulæ obseruantia, & austeritate vitæ.

ITem ponunt, quòd 1. Religionis regulæ non modò obseruantissimus ipse, sed zelantissimus vt ab aliis obseruaretur. 2. obseruãtissimus Chori & recitationis Canonicarum horarum præcipuè Matutini, in quo erat semper primus, etiam infirmus non omittebat. 3. & si quando qui conuocare alios debebat ad matutinas horas, somno oppressus à suo officio destitisset, ipse eum euigilabat. 4. vsque ad decrepitam ætatem matutinam frequentauit, in qua tamen fuit illi ab obedientia prohibitum. 5. & quando, vel confessionibus, vel aliis legitimis causis impeditus in Choro non interueniebat, horas canonicas stans, vel flexis genibus persoluebat. 6. mirum in modũ gaudebat cùm cerneret Religiosos in sua Religione proficere, si secus, tristabatur. 7. Persæpè de obseruantiis custodiendis, cùm præcipuè esset Superior, ad fratres sermonem habebat. 8. & in specie acriter silentij fractores increpabat, adeò vt baculi, quo seruus Dei innite-

teba

tebatur sonitum omnes otiosi, & inobseruantes fugerent, & sese absconderent. 9. Ipse verò temporis optimus dispensator, ita vt, quod supererat vltra necessarium pro oratione, pro Cõfessione, pro substẽtatione sui corporis, quod modicum erat, dispensare solebat in visitandis infirmis suis pœnitentibus, vel alio pietatis opere, & vt dispensatio ad mensuram fieret, portabat secum horologium pulueris, & cęterũ, nunquam ipse otiosus visus est. 10. cilicio carnem suam domabat, ac etiam flagellis, cingulum ferreum, & infra cingulum cuneos aliquos ligneos, vt se magis affligeret, portabat, & multa alia, quæ testes informati, &c.

De humilitate.

ITem ponitur, quòd seruus Dei in humilitatis virtute excelluit. 1. viliáque exercitia sectans, v.g. calceos suis manibus reficiens. 2. Infirmis ministrabat, cellulam mũdans, ac vasa stercoraria. 3. Lapides, & calcem, præcipuè iuuentutis tẽpore, ad fabricæ structurã portabat. 4. Ad horas matutinas pulsare, pãnos lauare, refectoriũ struere, coquinæ deseruire, & alia huiusmodi.

5. quando nauigabat, onerariana naui contentus erat, paupertatis scilicet, & humilitatis amator. 6. & in specie accidit, dum Vicum pergeret in lignorum numerum se adnumerari gaudebat, & forsitan propter hanc humilitatem, exorta maxima tempestas, eius precibus sedata est. 7. Fratrem laicum sibi socium, vt deseruiret, nisi maxima vrgente senectute, noluit. 8. Cùm tamen laicus, in eius cellula moraretur, vt serui Dei infirmitati accurreret Andreas, nec spuere, nec aliquem rumorem facere audebat, ne socio molestiam inferret. 9. Persæpe se vilem, & humili loco natum affirmabat, & dictitabat, vt testes informati deponunt. 10. Dignitates oblatas à Gregorio XIII. & ab aliis recusauit. 11. gratias à Deo acceptas occultabat, dicens, secretum meum mihi 12. Cum maxima esset eius fama sanctitatis, petebãt infirmi, signo crucis muniri eius manibus, recusabat ipse; cùm verò à se non tanquam à bono, sed tanquã à Sacerdote, hoc pietatis munus peterent, precibus eorum annuebat, signans infirmum signo Crucis. 13. triduo ante mortem sua peccata confitens, ac de suo nihilo sermonem habens, multas lachrymarum copias

copias effundit, ſe dignũ æternis cruciatibus agnoſcens. 14. Mors ipſa prębuit humilitatis exemplum, in ſtramento mortuus eſt, & niſi obedientia obſtetiſſet, cinere, & cilicio indutus, in terra mortem expectaſſet, quod eſt verum, &c.

De paupertate.

ITem ponunt, quòd ſeruus Dei fuit amantiſſimus paupertatis. 1. ac eam in eminenti gradu habuit, quam oſtendit in cibo, lectulo, & cella, & in ſpecie in veſtitu: ſemper enim veſtes veteres deferre ſolebat, illáſque laceras, quas ipſe ſuis manibus reficiebat, cùm reficeret, in lecto iacebat, nam præter vnam nullam habebat, ſicut in calceis. 3. quos, cum veteribus, qui ſuorum comparatione, noui apparebant, etiam commutare renuebat, dicens ſum moriturus; & 26. annis eiuſdem vſus eſt caligis. 4. in cellula præter paucos libros, & B. Virginis Imaginem nihil habebat, vt expertus eſt Sereniſſimus Dux Parmæ, qui cellam eius inuiſit, pauperrimam reperiẽs quamuis ſecus à quibuſdam eſſet admonitus. 5. In hac paupertate vſque ad mortem per-

ſeuerauit, vt teſtes melius informati deponunt, quod eſt verum, &c.

De ſtudioſitate.

ITem ponunt, quòd ſeruus Dei, 1. habuit virtutem ſtudioſitatis, idcirco humanioribus litteris valdè inſtructus. 2. V. I. D in caſuum conſcientiæ ſtudiis verſatus, in ſacra Theologia, ac præcipuè in doctrina Diui Thomæ non mediocriter profecit. 3. Tandem ad proximorum vtilitatem multos, varióſque Tractatus compoſuit, tum in elucidationem Scripturæ, tum ad conciones, tum ad proximi ædificationem ſpectantia, quorum multa volumina in domo ſancti Pauli Neapoli aſſeruantur, vt teſtes informati deponunt, quod eſt verum, &c.

De diuinis reuelationibus.

ITem ponunt, quòd ſeruus Dei, 1. orando ſæpè habuit reuelationes diuinas de rebus occultis. 2. In Tractatu enim quem ipſe compoſuit de ſpe, & timore, oſtendit ſe fuiſſe in ſpiritu præſentem cuidam conflictui inter dæmonem, & animam ex hac

hac vita egredientem; quam vidit à præsenti vita migrantem, certam de victoria, quam suis precibus illa obtinuit: testatur autem hanc visionem se habuisse in die Conuersionis sancti Pauli 1551. 3. Vidit etiam Christum Dominum speciosa forma. 4. Cùm infirmus esset à sancto Augustino, & D. Thoma de Aquino visitatur, & cùm interrogasset eos de statu suæ salutis, responderunt, res nondum est in tuto: Accidit sub anno 1604. vt testes eius ore deponunt. 5. Quando pro aliquo defuncto orabat, & cõsolationem recipiebat, signum erat in bono statu esse defunctum, quando sentiebat reiici, in malo, quod est verum, publicum, & notorium, &c.

Quod cognouerit cogitationes cordis, & de dono Prophetiæ.

ITem ponunt 1. quòd occultas cogitationes cordis cognosceret, maximè occulta delicta, & spiritum prophetiæ habuerit. 2. socio, & comiti in via, cui cùm dixisset peccatum occultum, quod conceperat corde mirans acceptauit N & demũ reuersus eidem seruus Dei confessus est.

Ioanni Capicio Galeoto magno Thesaurario aperuit secretum, quod naturaliter scire non poterat. 4. Clerico ob denegatam concionis auscultãdę facultatem proponenti amplius exeundi domo facultatę nõ petere, hanc cogitationẽ aperuit, & ad concionem misit, affirmans tunc non reportaturum fructum, quia curiositate impulsus ad concionem pergebat. 5. Nobili mulieri Bononiensi, cogitationem, quam cognoscere non poterat, ipsa stupente aperuit. 6. Pomilianum de Arco, petijt, vt visitaret Eugeniam Molignanam propter tribulationem quę ei naturaliter minimè cognita esse poterat. 7. secretas causas, ob quas debebat quidam Confessarius à munere confessiones audiendi abstinere, in quodam Conseruatorio aperuit, quæ non nisi spiritu prophetico esse cognitæ illi poterant. 8. De spiritu verò prophetiæ, id est, de morbis curandis, vel non curandis in specie multos casus, testes melius informati deponunt. 9. Vt Principissæ Auellini, imminentem prædixit mortem contra medicorum constantem sententiam, affirmans breui illam esse morituram, admonens, vt rebus suis pro-

spice

ſpiceret, ſéque ad mortem præpararet, cui credens Principiſſa confeſſa eſt peccata ſua, & fecit quaſdam diſpoſitiones rerum ſuarum, & paulò poſt, vt prædixerat, mortua eſt. 10. Portiæ Adornæ, mortem prædixit, & vt ad illam ſe præpararet, admonuit, vt euenit. 11. D. Aloyſio Herinch filiorum ſalutem, quam interceſſione ſerui Dei habuit, iterum prædixit, imò ſeruo hoc nuncianti occurrit, & cauſam ſui aduentus aperiit. 12. Duciſſæ Cerſiæ, adhuc viuo viro, prædixit fore Religioſam, vti in Religione optimè viuens adhuc perſeuerat. 13. Iuueni licentioſam vitam viuenti prædixit mortem repentinam, & abſque contritionis ſigno, vt euenit.

Suam mortem prædixit.

ITem ponunt, quòd ſuam mortem varijs prædixit. 1. ſuo ſocio infra octo dies magno onere vtroſque alleuandos prædixit, quod euenit moriens in dicto tempore. 2. Pauperculæ, cui dimidiatum Iulium in dies eleemoſynæ cauſa erogare ſolebat, integrum dedit affirmans eſſe poſtremum, vt fuit. 3. Audiens confeſſionem ſuæ pœniten

nitentis in Conseruatorio dicto le Papare, petiit licentiam, affirmans breui se moriturum, ac illam esse vltimam confessionem, vt fuit. 4 Pulcherrimum colorem, quem in vita habebat, post mortem habiturum affirmauit, quod, &c.

De morte.

ITem ponunt, quòd 1. 10. Nouembris 1608. cũ ad altare celebraturus accessisset, & dicens verba, Introibo ad altare Dei, apoplexia correptus cecidit. 2. quamuis desideraret saltem si celebrare nõ posset, antequam cellam pergeret, sacro pane refici, tamen Superioris iussu ad cellam portatur, mox accersitis medicis, & eorum sẽtẽtia de salute desperatus, sacrum viaticũm maxima cum humilitate, & deuotione sumpsit, nutibus annuens se velle tantam gratiam humi prostratum recipere, quòd illi maximè sæuiente morbo denegatum fuit, paulò post pari deuotione, & reuerentia vnctionem extremam sumpsit. 3. Circa 22. horam ingrauescente morbo, & in angonia positus optimè cum antiquo hoste, qui in forma hominis pannosi, & horribilis aspectus cõparuit, decer

decertauit, quamuis primo aſpectu ad tam magnum certamẽ inhorruerit ſeruus Dei, & facies quæ candida, & rubicunda eſſe ſolebat, nigra effecta eſſet. 4. Hic conflictus Andreæ cum Diabolo à P. D. Iacobo Torno eminẽtis ſanctitatis viro viſus fuit, qui retulit ſe vidiſſe ſuper lectulum agonizantis Andreæ Dæmonem, cui cùm dixiſſet, quid hic agis? reſpondit, volo huius animam lucrari, tunc apparuit quidam ceruleo amictu ornatus, qui & Dæmonem ligauit, & per murum foras emiſit, qui aperiri viſus eſt, & in clauſtro maximis flagellis animaduertit in Dæmonem. 5. Quod factum Dæmones ipſi Surrenti ante corpus ſancti Antonini confeſſi ſunt. 6. Interim omnes, qui conſpexerunt in nigrum colorem immutatum Andreæ vultum, album, & exhilaratum conſpiciunt, interim Andreas exoſculans Chriſti Crucifixi plagas, maxima quiete, & hilari vultu ſpiritũ Deo reddidit. 7. quem colorem per triduum à morte retinuit, deinde rubicundus factus eſt, vt teſtes optimè informati de viſu deponunt. 8. Pater quidam ſuæ Religionis, dum corpus ſerui Dei iaceret in terra, vidit illud maximo ſplen-

dore coruſcans. 9. Cùm ad ſepeliendum pergerent Patres, populi frequentia, & precibus præcipuè Principis, & Principiſſæ Stilliani impediuntur, confluit maxima multitudo, deinde oſculans manus, & pedes, qui flexibiles, & ad inſtar viui tractabiles maxima omnium admiratione erant. 10. circa tamen horam noctis, quamuis Patres ſepelire vellent, capſa, quæ ad menſuram cadaueris imò longior, & latior extructa de induſtria erat, ipſum capere minimè potuit, maxima admiratione, ſæcularibus exclamantibus Dei eſſe voluntatem. 11. Cadauer relictum eſt in feretro; mane verò quidam puer annorum 11. dictus Ioannes Baptiſta Guindatius cum magna deuotione abſtulit coronam ſerui Dei, & quamuis multi reprehendiſſent illum, attulit matri ſuæ, quàm libentiùs apud ſe retinuiſſet. 12. alter verò dictus Carolus Guinnacius ætatis annorum nouem, petiit forbices ad præcidendum aliquid à corpore defuncti, & cum illis pilos decerpſit; alius verò poſt oſculans manns ſerui Dei, & vultum, ſuóque vultu tangens nō poterat ab illo diuelli, quod aſtantes dixerunt, ex ore infantiū, &c. 13 Hinc

factum

factum est, vt multi de capillis capitis, & serui Dei Barbæ ob deuotionem decerpserint. 14. Interim omnibus pueris, ac mulieribus, quæ mortui contactum abhorrere solent, manus, & pedes serui Dei osculantibus. 15. Quidam sacerdos biretum abstulit, suúmque eius vice reposuit. 16. Principissa Stilliani partem coronæ habuit à matre pueri, & cum magna deuotione illam collo suspendit, ita vt pertingeret ad mammillam sinistram, in qua duritiem quādam ex multo tempore habebat, quam medici curare non poterant, & de morbo aliquo incurabili timebant; verùm seruo Dei se commendans, durities dissoluta est, & ipsa totaliter sana effecta est. 17. Dum autem capillos incideret, fuit incisa cutis capitis, ex qua de serò post experimentum capsæ exiuit sanguis qui tinxit linteamen, quo corpus erat inuolutum. 18. sequenti mane Hieronymus de Tomasio Medicus boni nominis, accessit ad cemiterium, & miratus valdè corpus senis per horas 27. hoc pacto permanere, dedit vulnus paruum supra frōtem, & aliud maius in capite in micrania, secans petium cutis cum pelle, quod adhuc maxima cum
vene

veneratione conseruat, & per illam testatur multas gratias accepisse. 19. Deinde deuenit Iulius Azolinus famosus medicus, similiter admirans cadaueris statum, pellem auris dexteræ partem exanguem incidit, & exierunt guttæ rubicundi coloris, & sic tria vulnera, vt prædixit, habuit. 20. tribus horis post dictam incisionem Ducissa Aquariæ, Marchionissa Vici, filius eius, & nurus cum aliquibus familiaribus, corpus serui Dei visitantibus, animaduerterunt multum sanguinem iam ex auris incisione egressum, & iugiter fluere, quod cùm mirabile videretur, ipsa Ducissa Notarium Auersini iubet, & voluit publicum instrumentum de hoc confici. 21. & vt sanguinem fluentem colligeret, quædam vasa ex vitro sub aure serui Dei collocarunt, quæ breui sanguine sunt repleta, nec non linteum, & puluinaria madefacta, licet tũc frigidus Aquilo spiraret, qui posset humorem comprimere, eo maximè cùm corpus fuisset in cœmiterio, aëri frigidissimo expositum. 22. Eadem die Patres corpus deferri fecerunt, in quodam cubiculo propè Capellam sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & tunc cessauit sanguis, qui ex

inci

incisione auris egrediebatur: corpus verò eodem pacto pulchrum, & tractabile sine aliquo malo odore visum est. 23. cùm post prandium aliud inuiseret medicus Azzolinus, oculos illi aperuit, qui videbantur esse hominis viui. 24. Accidit etiam, vt illius vultus, qui post mortem alios effectus fecit, tertia die post mortem, apparuerunt genæ illius rubicundæ, sicut illas solebat habere in vita, & eadem die, à vulnere infecto in craneo, cœpit egredi sanguis, eo maiori cum admiratione, quia per diem ante, & plus fuit vulnus inflictum, & tamen sanguis non fluxerat, hoc sanguine fuit madefactū biretum. 25 Demum die Veneris circiter duas horas noctis, cùm plurimi concurrerent, & peterent, vt illis ostenderetur, fuit denuò delatum intra capsam, & sepultum post altare eiusdem cœmiterij. 26. sanguis autem ille, qui exiuit ex vulneribus capitis, & auriculæ, collectus fuit, & cōseruatus in quibusdā ampullis vitreis, permāsit, & permanet incorruptus, cum suo colore rubeo, & pulchro. 27. & vna ampulla existit penes Ducissam Aquariæ, in qua dictus sanguis liquidus, & clarus cōseruatur. 28. sed in ampulla

pulla existenti in Ecclesia sancti Pauli, fecit sequentes mutationes. Die octaua post obitum serui Dei, medicus Petrus Vecchionus, petiit sibi ostendi dictum sanguinem, qui sanguis profluxerat in cœmiterio sancti Pauli loco frigidissimo, spirante frigidissimo Aquilone, quem illi exhibuerunt Patres, & in ampulla liquidum, & clarum, sed cùm incidisset sermo cum dicto Medico de austeritate vitæ, & virtutibus dicti P.D. Andreę, dictus sanguis cœpit ebullire, & fecit spumã crassam, & Medicus tangens ampullã, affirmauit sentire pulsum, & motũ sanguinis, & tãta fuit spuma, vt maculata remãserit tota ampulla, & in die sequẽti reperta fuit nitida, & sanguis quietus, nitidus, & pulcher. 29. Post nonnullos menses sanguis in dicta ampulla, in bona parte indurauit, & sub die 10. Nouembris 1611. anniuersarij mortis serui Dei, multi ex Patribus sancti Pauli, cum deuotione inspicerent dictum sanguinem, viderunt eum magis liquidum, quàm antea esset, & redeundo illa die diuersæ personæ ad illum inspiciendum, aduerterunt, continuè liquefieri, ita vt prima hora noctis esset liquefactus in totum, & cœpit ebul

ebullire, & facere ſpumam, & durauit per nonnullas horas, & demum ceſſauit, & ſtatim rediit ad priſtinum ſtatum. 30. eadem die 10. Nouembris 1612. Anniuerſarij dictus ſanguis in ampulla ſancti Pauli liquefactus eſt, & poſteà rediit ad ſuum ſtatum. 31. Hoc idem aliis annis viſum eſt, vt patet per Notarij authenticas fides, & per teſtes de viſu. 32. Quidam etiam Sacerdos ſuæ Religionis habēs apud ſe bombicem intinctam ſanguine ſerui Dei, ex illa ſuauiſſimum odorem efflaſſe expertus eſt, quamuis ipſe odores difficile ſentire ſolebat. 33. & poſt biennium cum dimidio à ſerui Dei obitu cùm ſanguinem prædictum aſpexiſſet, quem prius ſemper durum viderat, tunc veluti recentem inuenit, paginæ, in qua bombix intincta ſeruabatur, adhærentem, quam etiam prædictus ſanguis maculauerat. 34. Ex parte etiam prædicti ſanguinis in quibuſdā ampullis ſeruati, in Monaſterio Monialium ſancti Andreæ Neapoli, ſuauis odor ſpirauit, cùm dictæ Moniales, dictas ampullas ex deuotione oſcularentur; quod fuit, & eſt verum, &c.

De

De fama sanctitatis.

ITem ponunt, quòd 1. seruus Dei Andreas tam viuus, quàm post mortem ab omnibus vtriusque sexus, à Cardinalibus, Prælatis, Principibus, & ignobilibus tam laïcis, quam ecclesiasticis, & Religiosis personis, in omnibus locis, ad quæ ipsius rerum gestarum fama peruenit publicè, & palàm pro viro supradictis virtutibus ornato, sancto, & pio, & Deo amico habitus, & reputatus fuit. 2. & præcipuè à Sancto Carolo, dum esset Mediolani. 3. à Gregorio XIII. à Cardinali Cusanò. Sãctaseuerina. Columna. 4. imò hodie in maxima veneratione habetur ab Illustriss. Cardinali Carafa Ordinario, & aliquando eius corpus inuisere solet, ab Episcopò Theatino, Episcopo Soræ, pluribus Principibus, Ranutio Farnesio, Serenissima D. Maria de Portugalo, Serenissima Ducissa Ferrariæ, ab Vrsola Dei Serua, à Baptista de Ianua, & ab alijs multis reputatus fuit, & reputatur pro viro sanctitatis insignis. 5. Item ponunt, quòd eiusdem non solùm in vita, sed etiam in morte, & post mortem, auxilium multi in infirmitatibus, laboribus, angustiis,

stiis, tribulationibus, & periculis implorauerunt, & implorant, & ita fuit, & est publica vox, &c. 6. Item ponũt, quòd Imagines ipsius serui Dei Andreæ, tam dũ viueret, quàm post mortem expressè fuerunt habitæ, & veneratæ, sicuti fieri solet de Imaginibus Sanctorum. 7. & vestes, & alia, quibus ipse vtebatur, Breuiarium, corona, calcei, ossa, pellis, pili, & per ea multa miracula patrata fuerunt, & quotidiè patrantur, vt testes informati deponunt 8. fuit quidam, qui dum oscularetur manus serui Dei, dum adhuc viueret, cùm nullum secum odorẽ afferret, suauissimum odorem, & supernaturalem spirare sensisse testãtur, ita fuit, & est.

De veneratione post mortem.

ITem ponunt, quòd 1. post mortem cœpit venerari, & sanctus haberi, & beatus ab omnibus appellari. 2. Anno sequenti 1609. de mense Decembris die 9. cùm Pater Generalis vellet videre corpus serui Dei, aperta capsa, fuit repertum absque fœtore, & sine vermibus, & in decentiorem locum redactum est. 3. Priuatim multę personæ graues, & religiosæ in suum Prote-

ctorem eligunt, recitando officium sub duplici ritu Confessoris, non Pontificis. 4. In vigilia ipsius Anniuersarij ieiunant in pane, & aqua, & vigilant ad eius sepulchrum. 5. multi in deuotione serui Dei filiis Andreæ nomen imponunt. 6. multi ad similitudinem serui Dei vestiunt pueros, & vsque ad certum tempus, vt solent de aliis Sanctis, vestem deponunt, easque ad sepulchrum serui Dei Andreæ appēdunt. 7. Tandem Ciuitas Neapolis, quotannis aliquos cereos, & argenteum calicem inter Missarum solemnia, in eius die Anniuersarij, maxima populi frequentia spectante, offert. 8. In grauibus necessitatibus ad eius sepulchrum confugit, quod est publicum, & notorium, palàm, &c.

De frequentia ad sepulchrum.

ITem ponunt quod 1. ad sepulchrum dicti serui Dei Andreæ, semper habitus fuit, & habetur frequens vtriusque sexus concursus, quos neque traxit, neque trahit aliqua humana diligentia, sed sola deuotio, & ipsius affectus, quo diuinitus hominū corda mouentur. 2. Multi ob

vene

venerationem serui Dei offerunt candelas, & cereos vt in honorem serui Dei, & pro aliquarum gratiarum petitione accendatur, sicque singulis diebus totius anni, sunt luminaria plura in honorem serui Dei accensa, à fidelibus maxima deuotione oblata. 3. ita vt & lampades, & innumera signa, dona, tabellas argenteas, cereas, ligneas imò statuam, in eius honorem põdere circa mille, & sexcentorum ducatorum obtulerunt, vt patet ex catalogo, in domo Sancti Pauli asseruato, & omnia hæc pro gratiis acceptis oblata sunt. 4 & sacellum in quo corpus serui Dei Andreæ asseruatur, palàm & publicè ab omnibus appellatur sacellum Beati Andreæ. 5. & quotidie ibi celebratur, & multi ex diuersarum Religionum fratribus celebrare volunt, affecti maxima deuotione erga seruum Dei. 6. eius sepulchrum non rarò homines alij pedibus nudatis, alij linguam super terram trahentes maxima cum deuotione, & lachrymis venerati sunt, & venerantur. 7. Nec vnquam desunt, qui ante serui Dei sepulchrum preces fundunt, instantérque deosculantur, coronísque tangere eius sepulchrum postulant. 8. Non

solùm homines ordinarij, sed Principes, Prælati, Proreges, Cardinales eius sepulchrum maxima reuerentia venerati sunt, & multi ex voto facto, hoc præstiterunt, quæ omnia vsque adhuc acta in dies magis, magísque crescunt, quod est verũ, &c.

De veneratione Reliquiarum Serui Dei.

ITem ponunt; qualiter. 1. non solùm corpus Serui Dei Andreæ, sed quælibet eius reliquiæ; & à Neapolitanis, & ab omnibus Christi fidelibus; ad quos peruenit eius sanctitatis fama, tum publicè, tum priuatim in maxima veneratione sunt habitæ. 2. & in specie Panormi aqua, in qua capilli serui Dei ponuntur, instantissimè, & summa cum veneratione, & frequentia à fidelibus exposcitur, per quam non paruas consequuntur gratias, & communiter aqua Beati Andreæ appellatur. 3. capillus quidam serui Dei, non semel in ignem decidens, illæsus euasit: 4. Item cum de frusto calceamentorum in eadem veneratione habito. 5. multi sunt, qui ante serui Dei reliquias, vel

ima

imagines, lampades accendunt. 6. Fructûs, & frondes quarumdam arborum, scilicet Persici, & Gugliolæ, quas seruus Dei plantauit, sunt in maxima veneratione, propter innumeras, iis mediis, gratias acceptas. 7. Sanguis præcipuè, & biretum in capsula seruatum in maxima veneratione habetur, & ab infirmis vt vnicum salutis remedium sæpissimè exposcitur. 8. in his omnibus maximam odoris fragrantiam supernaturalem, multos sensisse testantur, vt testes melius informati, in specie deponunt, quod est, & fuit verum, &c.

De miraculis.

ITem ponitur, quòd Altissimus Dominus noster, ad gloriam sui nominis, fidei catholicæ corroborationem, & manifestandam dicti serui Dei vitam inculpatam, & sanctam, & incorruptos mores non ex arte, neque ex vi verborum, neque ex illicita passione, sed eius meritis, & intercessione, multa miracula fecerit, quæ omnem creaturę facultatem superant, tam in vita, quàm post illius mortem, tam apud eius sepulchrum, quàm alibi ad cõtactum

veſtimentorum, ſicut reliquiarum ipſius, ad eiuſdem inuocationem, & adhuc aſſiduè operari dignatur, à variis infirmitatibus, & periculis, tam corporalibus quàm ſpiritualibus, eos liberando, qui eius auxilium humiliter, & deuotè implorarunt, & quòd omnes de huiuſmodi miraculis notitiam habẽtes, pro certo, & ſine aliqua dubitatione crediderunt, tenuerunt, & reputarunt, tenent, credunt, & reputant, miracula huiuſmodi fuiſſe, & eſſe vera, & non ex arte, neque illicita pactione cum aliquo malo ſpiritu, ſed à Deo, ob merita, & interceſſiones ſerui Dei Andreæ, præter aut ſupra rerum naturalem ordinem, ad laudem & gloriam diuini nominis, fidei catholicæ corroborationem, & ad manifeſtandam ſerui Dei Andreæ ſanctitatem facta fuiſſe, & eſſe, & pro tempore fieri, prout teſtes deſuper examinati, & examinandi, qui præmiſſa ſuo tempore viderunt, vel in ſeipſis experti ſunt, vel ab aliis audierunt, & conteſtati ſunt, & conteſtabuntur ſic fuiſſe, & eſſe verum, publicũ & notorium, publicam vocem, & famam.

Post articulos inseruntur Interogatoria, in hunc, vel similem modum concepta.

INterrogatoria, quæ solent in Rotulo ad partes transmitti, in quibus mutantur, & adduntur aliqua, prout status causæ suggerit. 95.

Illustrissimi & Reuerendissimi Patres Domini, &c. à sanctissimo D. N. Iudices cõstituti in causa canonizationis serui Dei, ex officio mandarunt testes producendos, & examinandos super excellentia vitæ, sanctitate & miraculis illius, antequam super articulis examinentur præmisso iuramento in actis, iuxta omnia & singula interrogatoria infrascripta diligenter, fideliterque interorgari.

In primis moneatur quilibet testis de grauitate periurij, præsertim in similibus causis canonizationum, prout est hæc super qua est examinandus.

Secundò, Item interrogetur de nomine, cognomine, Patria, ætate, parentibus, & exercitio, & an sit diues, vel pauper, & cuius expensis viuat.

Tertiò interrogetur, an sit cõfessus peccata sua Sacerdoti, & sacram sumpserit Eucharistiam hoc anno, & quolibet anno, à quo Sacerdote, in qua Ecclesia, & de quo mense & anno, & quibus præsentibus.

Quartò item interrogetur, an citatus, vel sponte venerit ad examen.

Quintò item interrogetur, an fuerit doctus, & instructus quid, & quomodo deberet deponere, & an fuerit aliquid sibi datũ, promissum, vel remissum ad hoc, vt se examinaret, & quid, & à quo.

Sextò item interrogetur, an ipse testis vnquam viderit, vel cognouerit, vel aliàs nominare audiuerit N. & si dixerit N. vidisse & cognouisse.

Septimò interrogetur, vbi illum vidit, & cognouit, cum qua occasione, de quo anno, & an cũ illo fuerit alloquutus, & per quot vices, & qua de causa, & an solus vel associatus. Si autẽ dixerit illum nominari audiuisse interrogetur, à quo, seu à quibus illũ nominari audiuit, pro qua persona illum nominari, & cõmuniter teneri audiuit, & an personæ, quæ illum nominabant, & de illo nominabant, essent personæ graues, & timoratę cõnscientiæ, per quot vices illum

sic

ſic nominari audiuit, & cũ qua occaſione.

Octauò item interrogetur, an ſciat dictũ N. obiiſſe, in quo loco obiit, & ſepultus fuit, de quo anno, & in qua opinione mortuus eſt, & an talis opinio deinde cõtinuauerit, & continuet, & quæ opinio hodie vigeat de eo.

Nonò interrogetur, an ſciat d. N. reputatum fuiſſe, & hodie reputari pro ſancto, & magno ſeruo Dei, & pro tali venerari, & ſi dixerit, quòd ſic interrogetur quomodo id ſciat, quibus ſignis id cognouit, in quo loco, & de quo tempore & cauſam ſui dicti cum loco, loco loci, tẽpore & conteſtibus.

Decimò interrogetur, an ſciat, vel dici audiuerit eiuſdem N. meritis, & interceſſione omnipotentẽ Deum D.N. operatum fuiſſe aliqua miracula, & an vnum, vel plura, & an in vno, vel pluribus locis.

Vndecimò item deueniendo ad articulos ſuper quolibet interrogetur de cauſa ſciẽtię, loco, loco loci, tẽpore, & conteſtibus. Et quoad miracula, de quibus teſtes in ſpecie deponent, interrogetur quilibet ſuper ſingulo, ſuper quo fuerit inductus, quã cauſã & rationẽ reddat, per quam cõcludat illud fuiſſe miraculũ, & an illa ſanatio, & curatio,

de qua deponit, potuerit, vel possit tribui remediis, medicamentis, & operibus humanis, vel potiùs illorum vires excesserit, & supranaturæ facultatem emanauerit, & an fuerit in instanti, vel ex interuallo, & an inuocatio ipsius N. & intercessio illius apud Deum fuerit priùs, & in ipso actu implorata, & orationes & preces præcesserint, & quomodo id sciat, locum, tempus, & contestes, circunstantias, & causas exprimendo, per quas concludatur talem sanationem, & curationem tribuendam diuinæ gratiæ, meritis, & intercessione N. emanatum. In reliquis suppleat integritas, & prudentia DD. Iudicum examinare debentium, in quorum arbitrio sit addere, vel minuere quicquid libuerit, & aliqua ex hîc positis interrogatoria omittere, prout expedire iudicabitur.

Tenor Rotuli, qui hodie consueuit ad partes transmitti, prout in causâ canonizationis Beati Philippi Benitij Fundatoris Ordinis Seruorum.

IOannes Baptista Coccinus sacræ Rotæ Decanus.

Fran

Franciſcus Sacratus Archiepiſcopus Damaſcenus, vnus ex ſacri Palatij Apoſtolici cauſarũ Auditoribus locum tenens.

Alphonſus Manzanedo de Quinones, etiam ſacræ Rotæ Auditor, nunc Patriarcha Hieroſolymitanus.

Et à Reuerendiſſimo D.N Paulo diuina prouidentia Papa V. in cauſa canonizationis Piæ Mem. B. Philippi Benitij Florentini, Ordinis Seruorum B.Mariæ Virginis, iam ſuper eius meritis per ſacram Rituum Cõgregationem de Ordine eiuſdem Sanctiſſimi in genere cognita, ſeu diſcuſſa iudices Commiſſarij ad formandum proceſſum, & de meritis dictæ cauſæ ſuæ ſanctitati referendum, ac citra pronunciandi facultatem ſpecialiter, vel coniunctim deputati, prout in litteris in forma commiſſionis deſuper emanatis, & manu ſuæ Sanctitatis ſignatis nobis directis, ac præſentatis, ac per nos debita cum reuerentia receptis, & acceptatis pleniùs continetur, quæ ſunt tenoris ſequentis.

Hic inseritur commissio causæ de verbo ad verbum, & subditur.

ILlustrissimo & Reuerẽdissimo in Christo Patri, & Domino, Domino, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo Florentino, nec non Illustr. & Reuer. DD. Cosmo Minerbetto, Archidiacono Florẽtino, ac Petro Nicolino Canonico Protonotario Apostolico, & Vicario generali Florentino iudicibus executoribus ad infrascripta peragenda per Nos deputatis, & subdelegatis salutem in Domino sempiternam. Nouerint dominationes vestræ, quòd cùm licèt de vitæ, sanctitatis, & miraculorum dicti serui Dei B. Philippi, ac Populi erga ipsũ deuotionis fama in genere satis & sufficiẽter cõstaret, nihilominus pro maiori claritate illius beatitudinis ad effectũ deueniendi ad ipsius canonizationem aduenientibus die, & anno infrascriptis, cõparuit coram Nobis R. P Fr. Ioannes Baptista Petrochius de Perusio Baccalaureus in sac. Theologia dicti Ordinis Religiosus, ac eiusdem vniuersi Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis principaliũ procurator ab admodum R. P. Fratre Aurelio Raphaele

Raphaele dicti Ordinis Procuratore generali substitutus, & eo nomine ad vlteriora in causa canonizationis prędictę, & ad specialem inquisitionẽ, seu informationẽ super sanctitate, fidei puritate, miraculorum operatione, & deuotione prædictis faciendam, & recipiendam iuxta, & secundùm præinsertæ Cõmissionis formam, & tenorem per Nos procedi cupientes nonnullas positiones, & articulos, siue materias articulatas exhibuit, dedit, atq; produxit, quos ad probãdum extra Romanam Curiam, & ad partes admitti, remissoriámque & compulsoriã respectiuè desuper decerni, & iudices, locum loci, in quibus executio dictæ remissoria faciẽda sit deputari per Nos debita cum instantia postulauit. Nos verò attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, positiones, & articulos prædictos ad probandum admisimus, remissoriámque & compulsoriam respectiuè desuper decreuimus, & concessimus, & vos Illustr. & Reu. D. Archiepiscopũ Florentinũ, nec non Illustr. & RR. DD. Cosmum Minerbettum Archidiaconum Florentinum, & Petrum Nicolinum Canonicum Protonotarium Apostolicum, &

Vica

Vicarium Florẽtinum ante dictos, de quorum fide, sinceritate Religionis zelo, & propensa, & debita erga sanctam Sedem Apostolicam obedientia plurimum in Domino confidimus in iudices executores tenore præsentium nostrarum litterarum nominauimus, & constituimus has nostras litteras desuper decernẽtes, & concedentes opportunas. Idcirco vobis Illustriss. & Reuerend. D. Archiepiscopo Florẽtino, & Vicario generali Florentino iudicibus prędictis cõmittimus, & autoritate Apostolica mandamus, quatenus vos coniunctim, vel simul, vel saltem non minus, quàm duo simul procedentes omnes & singulos testes, litteras, sententias, instrumẽta, munimenta, & alia quæuis probationũ genera, quos, quas, & quæ coram vobis, vt promittitur simul & coniunctim procedentibus, præsentari, produci, extrahi, & cõpulsari contigerit à legitima mandata habenribus super interrogatoriis, & articulis in hac remissoria contẽtis, & vobis exhibitis, & pręsentatis, & exhibendis, ac presentãdis, quę & quos sub sigillis nostris inclusa, & inclusos vobis trãsmittimus in ciuitate Florentiæ, ac in aliis forsan locis diœcesis Florentinæ,

tinæ,ac in Ecclesiis,vel locis piis,& ibidem in Capellis per vos eligẽdis, seu deputãdis pro tribunali admittatis,& ab ipsis testibus iuramentum de veritate dicenda ad sancta Dei Euangelia præstitũ super tota causa,& super his, super quibus examinabuntur in manibus vestris recipiatis, eósq; super dictis interrogatoriis, & deinde super positionibus, & articulis. Vos deputando, qui processum scribat diligenter examinatis, ipsorũ attestationes,dicta, & depositiones, nec nõ litteras,scripturas,instrumẽta,iura, ac munimẽta quęcunq; coram vobis exhibenda & cõpulsanda fideliter transcribi, & coram vobis cum Originalibus auscultari, & concordari faciatis. Si verò aliqua persona Cardinalitia, vel Ducali dignitate pręfulgens,vel Religiosę Moniales intra septa Monasteriorum clausæ super fama sanctitatis, vel operatione miraculorũ prædicti B.Philippi examinãdæ forent,vos ad eam, vel eas examinandas accedatis. Postquam verò processum modo prædicto perfeceritis clausum, vestrísque sigillis munitũ per fidelem Nuncium ad nos Auditores prædictos iudices autoritate Apostolica in hac causa deputatos trãsmittere curetis, significan

ficantes nobis per vestras litteras quantam fidem testibus desuper examinatis iuribus, ac munimentis prædictis sic exhibitis, & compulsatis præstandam esse duxeritis. Vt eadem prædicta omnia, & singula liberiùs exequi valeatis, eadem autoritate Apostolica vobis committimus, vt Nuntium, seu Nuntios pro citationibus faciendis, & aliis mandatis & decretis exequendis deputare, & testes, vt se examini subiiciant, & priuatos quoslibet etiam Notarios, & Archiuistas, & scripturas, & instrumenta quæcunque ad hanc causam quomodolibet pertinentes, & pertinentia habentes, vt eas, vel ea vobis exhibeant sub censuris, & pœnis canonicis compellere, & cogere possitis, & demum prædictis omnibus transmissis, & à nobis suæ Sanctitati oblatis Apostolicã benedictionem suam, & æternæ beatitudinis præmium pro labore piè executo consequi valeatis. In quorum omnium, & singulorum fidem, &c. Datum Romæ, &c.

Post hæc se subscribunt Auditores Rotę deputati, ac etiam Notarius, deinde sequuntur articuli, qui possunt cõcipi modo infrascripto, paucis mutatis, vel additis, prout materia canonizandi suggerit.

DE SANCTITATE ET MIRACVLIS, QVIBVS in vita & post obitum claruit Venerabilis Vir Frater

THOMAS A VILLANOVA,

cognomento Eleemosynarius, Archiepiscopus Valentinus, ex Ordine Eremitarum sancti Augustini.

AD

S. D. N. PAVLVM V.

P. O. M.

RELATIO

Illustr. & Reuerendiss. IOANNIS BAPTISTÆ COCCINI S. Rotæ Decani.



RECTE admodum, Beatissime Pater, prouidit Sapientissimus ille causarũ Ordinator DEVS, vt dilectissima sua, quam sanctè fouet Ecclesia, inter æstuãtes maris immensi procellas recentibus continuè fulgeret illustrata sideribus & validioribus in dies contra obnitentia aduersitatum pondera assurgeret incrementis, vti fortissimis constantium athletarum aucta subsidiis, & decertaret alacriùs, & perfida circum strepentium inimicorum agmina potẽtiùs deterreret: Quæ vt faciliùs Ecclesia cõsequeretur, conueniens videbatur, vt postquam diuina iustitia eos, qui strenuè militantes vicissent in via, cum gloria triumphantes coronasset in patria, vniuersis quoque fidelibus in imitationis exemplum proponeret, quod tepentium charitatem accenderet, & feruentium magis inflammaret; vnde meritò eadem voluit diuinæ mentis prouidentia, vt Romanus Pontifex, quem Vicarium suum, & sacrosanctæ vniuersa-

lis Ecclesiæ Præsidem constituit, insignes huiusmodi heroas æterna Sanctorum gloria perfrui declararet, totique Ecclesiæ proponeret honorandos, imitandos, vtque nostros apud Deum intercessores inuocandos. Quod cùm ante actis temporibus, tum hoc præcipuè sæculo vsu venit, quo fertilissimus Ecclesiæ campus nouis quotidie irrigatur fluminibus, vestitur floribus, resplendet ornamentis; inter quæ proculdubio non infimum locum obtinet Venerabilis Dei seruus frater Thomas à Villanoua, Ordinis Eremitarum sancti Augustini Archiepiscopus Valentinus, qui egregia, quibus à Deo multifariam insignitus fuerat maximarum virtutum ornamenta, atque feruentes sacri amoris flammas, quibus animi sui lucerna semper ardebat, non sub modio posuit, sed super candelabrum, vt lucerent vniuersis, neque certa mensura, aut limitibus coarctari voluit, sed ardētissimè in Deum proximúmque charitatis exempla vbique terrarum conspicienda dedit, ac imitanda, vigilantissimus pastor, acerrimus Ecclesiasticæ libertatis vindex, refugium pauperum, leuamen afflictorū, operarius in vinea Domini inde

indefessus, cuius tanti viri actiones, cùm S.V. placuerit nobis iniungere, vt diligenter examinaremus, processúsq; super sanctitate vitę eiusdē ex mandato sacræ Congregationis Rituum confectos exactè perpenderemus, vt S.V. deliberare posset, an debeat annuere supplicationibus Catholicæ Majestatis, & aliorū, qui pro illius canonizatione deuotissimè instant, vt visum est nobis, negotio vt par est, maturè discusso, S.V. posse supplicationibus prædictis annuere. Ad cuius demonstrationē præmittenda sunt, quæ requirantur, vt canonizari quis possit, non enim sufficit, quòd aliquis simpliciter sit scriptus in libro vitæ Ecclesiæ triumphantis, per determinatiuam Dei sentētiam prout sunt omnes prædestinati; sed requiritur vlteriùs quòd scriptus sit in dicto libro secundùm præsentem iustitiam, prout sunt illi, per quorum opera, documenta, & exempla Ecclesia iuuatur, informatur & promouetur; de quibus Apostolus Paulus ad Philipp. 4. *Adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ, & de quibus* Ecclesiast. 44. *Laudemus*

 viros

viros gloriosos in generationibus suis. Et quorum postquam obierint, orationibus beneficia & vtilitates Ecclesia in languidorum curatione, & mortuorum suscitatione, aliisque rebus fuerit consecuta, vnde de Paul. Apost. dicitur, *Actor.* 19. quod Sudario suo super languidos posito, confestim curabantur, hinc Confessores sancta Mater Ecclesia laudando sustollit: Qui pius, prudens, humilis, pudicus, & paulò pòst: Ad sacrum cuius tumulum frequenter membra languentum, & benè expendit Augustinus de Ancona *de potestate Ecclesiæ, quæstione* 17. *art.* 1. Quòd autem quis scriptus sit in libro Ecclesiæ triumphantis secundùm præsentem iustitiam, ex fide & excellentia vitæ cognoscitur, quam gratia operatur, in qua, & donis Spiritus sancti constitit Sanctitas. S. Thom. 1. 2. *quæstione* 68. *art.* 2. Suarez *de Religione tom.* 1. *tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. quæ quidem nihil est aliud, quàm generalis quædam virtus, complectens omnium virtutum actus, quos per imperium ordinat in bonum diuinum, hoc est, refert in DEVM, omnium virtutum opera. S. Thom. 2. 2. *quæstione* 81. *art.* 8. *in corp.*

corp. & in responsione ad 1. Et hanc sanctitatem præsertim miracula demonstrant, quæ cum fide & excellentia vitæ requiri, vt canonizari quis possit, docent Canonistæ *in c.* 1. *de reliq. & venerat. Sanctor.* Vbi Innoc. *num.* 1. Hostien. *num.* 5. *ante finem.* Ioan. Andr. *num.* 14. Butr. *num.* 7. Anchar. *num.* 5. Iacobus Castellan. *de canonizatione Sanctorum, quæstione* 4. *in princip.* & *in Ceremoniali Romano lib.* 1. *sect.* 6. legitur, quòd debet constare de excellentia, de sanctitate vitæ, de puritate fidei, de patratione miraculorum; Sicut etiam Sanctitatē maximè cōprobant fama ipsa Sanctitatis donū propheticę & similia, de quibus Augustinus de Ancona *de potest. Ecclesiæ quæst.* 115. *art.* 3. *&* 5. Fides autē de qua prædicti Doctores, debet esse coniuncta cum spe & charitate, licèt quis amittendo charitatē, nō propterea spem & fidem amittat: Concil. Trident. *sess.* 6. *cap.* 15. quia fides & spes possunt esse sine charitate. S. Thom. 1. 2. *quæstione* 65. *art.* 4. *in corp.* tamen propriè loquendo sine charitate virtutes non sunt, vt probat sanctus Thomas *dicto loco*, & propterea optimè sanctus Augustinus *in Enchir. cap.* 2. *&* 3. ait, dum à nobis coli

 fide,

fide, ſpe, & charitate. S. Thomas 2.2.*quæſtione* 62.*art*.3.*in corp*. & clariùs 2.2. *quæſtione* 18.*art*.4.*in corp*.Suarez.*de relig. tom*. 1.*tract.c.lib*.3.*c*.2.*nūm*. 1. Et iſta fides coniuncta cum ſpe,& charitate, vocatur fides viua,ex adductis per S.Thom. 2.2.*q* 4.*art*. 4. & elegantiſſimè ad rem noſtram loquitur S. Antonin. *parte* 4. *titulo* 2. *cap*. 1. *in princ. per totum*.

Excellentia vitæ conſiſtit in eo, vt quis præditus fuerit virtutibus cardinalibus, quæ debent eſſe in homine ad diuina ſe trahente, & in diuinam ſimilitudinē tendente, ita vt ſint purgatoriæ, ſcilicet, vt prudentia omnia mundana diuinorū contemplatione deſpiciat, omnémque animæ cogitationem in diuina ſola dirigat, de qua idem D. Paul. in epiſt. 2. ad Corinth. c. 4. *Non contemplantibus nobis, quæ videntur*. Temperantia verò relinquat, quantum natura patitur, quæ corporis vſus requirit, de qua idem D.Paul in epiſt. ad Timoth. c. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus*. Fortitudo autem talis ſit, vt anima non terreatur; propter exceſſum è corpore & acceſſum ad ſuperna, de qua Apoſt. 2. ad Corinth. c. 5. *Audemus magis*

pere

peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum. Iustitia verò, vt tota anima consentiat, ad huiusmodi propositi viam, de qua pariter Apost. ad Philipp. 1. *Cupio dissolui, & esse cum Christo*, ita S. Thom. 1. 2. *q. 61. art 5. in corp.* Porrecta *ibidem in appendice.* Et ideò istæ virtutes sunt cõnexæ, vt prudentia non vocetur, quæ iusta, temperans & fortis non sit, nec perfecta temperantia dicatur, quæ fortis, iusta, & prudens non sit: nec fortitudo integra existimetur, quæ non sit iusta, prudens, & temperans: fortis & prudens. S. Gregor. *lib. 22. moral. c. 1. ad medium.* S. Thom. 1. 2. *quæst. 61. art. 4. in respons. ad* 1. Et aliquando etiã sunt purgati animi. S. Thom *dicto loco*, vbi quòd quędam sunt virtutes iam assequentium diuinam similitudinẽ, quæ vocantur virtutes iã purgati animi, ita scilicet, quòd Prudentia sola diuina intueatur, Temperantia terrenas cupiditates nesciat; Fortitudo passiones ignoret: Iustitia cum diuina mente perpetuo fœdere societur, eam scilicet imitando: quas quidem virtutes dicimus esse beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum. Sanctus Thomas 1. 2. *quæstione 61. art. 5.* vbi Porrecta

in additione ad 2. & in appendice. Vinc. *in Specul. 3. parte 3. lib. 1. titul. de virtutib. distinct. 7. in fine.*

Accedit ad ea, quæ suprà de miraculis in ordine ad sanctitatem dicta sunt, quod *Marci vltimo* habetur. *Illi verò profecti prædicauerunt, vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis,* & ad Hebr. 2. *contestante Deo signis, & virtutibus,* & amplissimus Cardinalis Bellarminus, *tom. 1. parte 2. controuersia 7. general. lib. 1. c. 9. vers. 3. miracula de Sanctor. beatitud.* Miracula, inquit, magna faciunt rem euidentem, quòd quis sit sanctus, ad hoc tamen requiritur, quòd ista miracula sint facta ad demonstrationẽ Sanctitatis illius, quem DEVS vult proponere in exemplũ virtutis, prout absque dubio sunt omnia miracula facta post mortem, non autem quæ facta sunt in vita ad comprobandam bonam doctrinam prædicatam, vt distinguit sanctus Thomas 2. 2. *quæstione 178. art. 2. in corp.* nisi attribuantur fidei, vt sentit gloss. *in c. 1. in verb. Sedis Apostolicæ, circa princ. de reliq. & venerat. Sanct. in 6.* & expresè colligitur ex locis sacræ Scripturæ *Marc. num. c. altero* legitur:

tur: *signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur, in nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non nocebit eis*, & Matth. 17. *Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic monti, transi hinc, & transibit.*

Animaduertendum est autem, quòd cùm agatur de sanctitate Archiepiscopi & Religiosi, aliquid vlteriùs ad vitæ sanctitatem considerandum est, nam vt inquit sanctus Bonauentura, *super* 3. *sentent. distinctione* 30. *quæstione* 3. quinque sunt genera perfectionis. Prima est perfectio sufficientiæ, quæ consistit in adimpletione mandatorum, & de hac dicitur Matth. 5. *Estote perfecti sicut Pater vester cælestis perfectus est.* Secunda est perfectio Religionis, quæ consistit in obseruantia consiliorum, & de hac dicitur Matthæi 19. *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Tertia est perfectio prælationis, quæ consistit in regimine subditorum, & de hac *Luc.* 6. dicitur, *Perfectus omnis erit, si sit sicut magister eius.* Quarta est perfectio operationis, quæ consistit in ostensione exemplorum, & de hac dicitur

dicitur Genes.6.*Hic vir iustus atq; perfectus in generationibus suis.* Quinta est perfectio trãquillitatis,quę cõsistit in consummatione difficillimorũ & optimorum, & de hac dicitur in 1.epist.Ioan.c.4.*Perfecta charitas foras mittit timorem*, & Philosophi quẽ refert S.Bonau.*loc.cit.* Quòd perfecta virtus optimorũ est operatiua,si perfectio accipiatur primo modo,pro perfectione videlicet iustitiæ,quæ cõsistit in adimpletione mandatorum, homo est in perfecta charitate si perfectè adimpleat dicta mandata, eóque magis, quo maius percipit donum, per quod possint impleri, si autem aliis modis accipiatur perfectio, dicendum est ad hæc vt quis habeat perfectam charitatem, non obligari ad ea quæ continentur in dictis modis, quantum est ex obligatione diuini mandati, nec aliter obligatur,nisi interueniat vinculum aliquod ex sequẽtibus, votum videlicet per quod ad perfectionẽ Religionis,vel officium susceptum, per quod ad perfectionem prælationis obligatur, vel scandalum,ratione cuius tenetur, ad perfectionẽ operationis, vel consciẽtiæ dictamẽ,per quod ad perfectionẽ tranquillitatis astringitur. Quare patet ex dictis quòd ad hoc

hoc vt probetur Venerabilis huius viri sanctitas, necesse est probare, nedũ impletionẽ mandatorũ, sed etiam ea quæ spectant ad perfectionẽ Religionis ratione voti, atq; ea quæ ad perfectionẽ prælationis, ratione Archiepiscopatus suscepit, nec non quòd aliis etiã perfectionibus præditus fuerit, ad quarum exercitiũ, si aliqua sese offerebat occasio, astringebatur. Quæ omnia requisita in in Veñ. hoc Dei seruo tam fuerunt eximia, vt lucidissimos per vniuersũ orbẽ diffuderint radios, & mirabiles in hominũ animis excitarint amores, à puero enim viã Domini alacriter ingressus è cœlestibus thesauris tres sibi sumpsit pretiosissimos lapides; fidẽ, spem, & charitatem, quibus in eo perfectè ac firmiter virtutes reliquæ ornabantur: texens quoq; pretiosissimam coronam bonis operib. Regum Regi Domino, à quo munus acceperat, offerebat; quis enim in fide firmior, constantior in spe, in charitate erga Deum, proximumq; feruentior? quis extendit alacriùs ad inopẽ manus suas, aut abundãtiùs fregit esurienti panẽ, quàm vir iste misericors, qui cũ sciret se nihil habere quod nõ accepisset, quę sibi elargitus fuerat bonorũ omnium dator Deus, liberaliter ipse

ipſe quoque proximo ſuo amantiſſimus paſtor erogauit? quis in actionibus ſuis prudentior? in cuſtodiendo grege vigilantior? in Eccleſiaſtica libertate tuenda diligentior, acriórque? quis temperantior in proſperis, fortior in aduerſis, quàm conſtantiſſimus iſte Chriſti miles, qui velut aurum in fornace, ita in tempeſtoſis ingruentium calamitatum procellis clariſſima probationis ſuæ dedit exempla, quibus & inſtruerentur boni, & inſultantes malorum exercitus confunderentur? Incitabatur diu noctúque claritatis immenſæ ſtimulis, nihil intentatum relinquebat pro populo, cui præerat, nullum virum iuſtum vidit vnquam, pro quo vti perſeueraret in finem, nullum peccatorem, pro quo vt confeſtim reſipiſceret, fontem miſericordiæ Dominum cum lachrymis non rigarit.

Quamobrem mirandum non eſt, quòd tam eximia maximorum miraculorum claritate in vita & poſt obitum præſtantiſſimus iſte Præſul effulſerit, & quotidie magis ac magis magno cum Eccleſiæ fructu clareſcat. Reliquum eſt, vt quæ de hoc viro diximus, in ſequẽtibus demõſtremus.

Et

Et vt recto ordine in hac re procedatur, agetur primò de virtutibus Theologicis, fide, spe, & charitate, quæ ideò Theologicæ appellantur, quia habent DEVM pro obiecto, in quantum per eas rectè ordinamur in DEVM, tum quia à solo Deo nobis infunduntur, & à sola diuina reuelatione in sacra Scriptura traduntur, S. Thom. 1. 2. *quæstione 62. art. 1. in corpore.* Deinde tractabitur de Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Temperantia, quæ sunt virtutes Cardinales, ideò sic appellatæ, quia sunt principales, & tanquam fontes bonarum operationum, & solidum mentis nostræ fundamentum sustinent, & in his totius boni operis structura consurgit, S. Greg. 2. *Moral. cap. 36. circa principium*, S. Thom. 1. 2. *art. 2.* Tertiò de donis Spiritus Sancti. Quartò de miraculis, fama Sanctitatis, & veneratione reliquiarum. Postremò, de validitate processuum.

De

De Fide ac eius præcepto.

AC primò vti ad materiam accedamus,prænotandum eſt,quid ſit fides; quæ eſt ſubſtantia rerũm ſperandarum, argumentum non apparentium, S.Paul.*ad Hebr.* c.11. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 4. *art.* 1. Magiſter ſententiarum *in* 3. *diſtinctione* 23. *art.* 1. *quæſtione* 5. S. Antonin. 4. *parte*,*tit.* 8. *cap.* 2. hoc eſt; fides eſt habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis faciens intellectum non apparentibus aſſentire, S. Thom. 2.2. *quæſtione* 4. *art.* 1.S. Auguſt. *in Ioannem*,*tract.*79.tom. 9. Doctores noſtri *in c. firmiter de ſumm. Trinitat. & fide Cathol.* ad quam tria præcepta reducuntur, præceptum nempe credendi, præceptum ſciendi res fidei,& prçceptum exterius res illas confitẽdi debito & opportuno tempore, Azor.*inſtitut. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 7. *quæſtione prima*, Sanchez *in ſumm.lib.* 2.*cap.* 1.*in princ.* Primum eſt de actu fidei ſupernaturalis, Doctor : cum S. Thom. 2. 2. *quæſtione* 16. *art.* 1. quia credere fide ſupernaturali eſt medium neceſſarium ad obtinendam ſalutem ſpiritualem, vt conſtat ſacroſancto

Con

Concil. Trident. *seß. 6. cap. 6.* Et credere est cum assensu cogitare, non vt cogitatio spectat ad vim cogitatiuam, seu vt cõmuniter sumitur pro qualicunque actuali intellectus consideratione, sed vt importat intellectus considerationem cum aliqua inquisitione, & voluntatis consensu. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione 2. art.* 1. S. Augustin. *lib. de prædestinat. cap.* 2. *vel* 7. idem S. Thom. 3. *sent. distinct.* 25. *quæst.* 2. *art.* 2.

Quòd autem Veñ. hic præsul crediderit ex sequentibus apparebit, etiam ex legitimis, catholicis, piis & puri sanguinis, honestissimísque coniugibus, Alphonso Thoma, & Lucia Castellana in oppido Fontis plani Toletanæ diœcesis natus est, vt probant testes in processu Castellæ super 1. 2 3 4. & aliis, videlicet primus, Ioannes Gallego. *fol.* 460. Secundus Ludouicus Feo. *fol.* 465. Tertius Ioannes de Ramos, *fol.* 470. 4. Antonius de Molina *fol.* 475. Sancta Catharina Garzia *fol.* 478. *à tergo.* Sancta Maria Sanchez *fol.* 483. & alij, qui deponunt circa matrimonium, & filiationem de tractatu, & communi reputatione, continua cohabitatione, fama & edu-

catione filij, ex quibus probatur matrimonium, & filiatio, cùm versemur in antiquis, tempus enim 60. annorum excedunt, quod est antiquum in teste, iuxta opinionem Rotæ, Put. *decis.* 506. *eodem lib.* 2. *in nou. & de matrim.* probat idem Put. *decis.* 506. *eod. lib.* 2. & de filiatione *in dicta. decis.* 506. *eod. lib.* 2. *in nou.* Et in eodem oppido baptizatus fuit, & confirmatus, vt satis probare videntur tres parochi de credulitate examinati in processu Castellæ, de anno 1612. deponunt enim libros à quinquaginta & sexaginta annis, & citra de huiusmodi rebus fieri non consueuisse, scilicet Gaspar Bonillo primus testis, *fol.* 671. super 1. Didacus de Busto, *fol.* 672. Hieronymus de Busto *fol.* 673. & ista probatio sufficere videtur, nam licèt quis non præsumatur, baptizatus & confirmatus, cùm hoc sit quid facti. *c. paruulos, distinct.* 4. tamen hæc regula fallit in his, quæ fieri solent; nam in consuetis, atque ita in communiter accidẽtibus ea quę facti sunt præsumuntur. Bald. *in l. incendium, in fin. C. si cer. pet.* Iason. *in l. sciend. num.* 2. *de verb. oblig.* Quod autem paruuli in Regnis Hispaniarum baptizari soleant,

leant, & confirmari, adeò notum eſt, vt nullus planè relinquatur dubitationi locus, cùm ſubſint Regi Catholico, qui nomen hoc promeruit ob conſtantiam in fide Catholica, contra ingruentes hoſtium impetus ad extremum vſque vitæ ſpiritũ tuenda fortiter & conſeruanda, quæ eſt magna & indubitata præſumptio, vt in ſimili de Comitiſſa Matilda cõſiderat Crotus *conſ. 332. num. 10. vol. 3* & ceſſat omnis difficultas, quia quando agitur de baptiſmo mortui, præſumitur, *c. ſi eos*, vbi gloſſ. *in verb. contendimus, de conſecrat. diſtinctione 4* & gloſſ. *in verbo conſecretur, in c. presbyteri, in fin. 68. diſtinct.* Iacobus Caſtellanus *de canoniz. Sancto. quæſt. 4 §. quæro, iuxta præmiſſa, verſ. contrarium eſt verum*, quibus accedit qualitas parentum, de qua ſuprà dictum eſt, ex qua oritur violenta præſumptio baptiſmi, *c. veniens in fine, de presbytero non baptizato.* Iacobus Caſtellanus *de canoniz. Sanctor. dicta quæſtione 4. §. quæro iuxta præmiſſa, verſ. 2. per text.* ex quibus clarum compertúmque eſt, venerabilem virum primo fidei præcepto ſatisfeciſſe.

De secundo & tertio præcepto Fidei.

QVantum attinet ad secundum fidei præceptum, per quod scire tenemur res fidei, aliquas quidem explicitè, S. Thomas 2. 2. *quæst.* 2 *art.* 1. 6 7 & 8. & post alios eleganter Sanchez *in summ. lib.* 2. *c.* 2. & 3 satis constat hunc Dei seruum eas omnes sciuisse, & quidem explicitè, cùm esset Theologus excellens, & eximiæ doctrinæ Vir, vt deponunt primus testis Frater Didacus de Gueuara in processu Castellæ *fol.* 460. super 19. 47. Franciscus Iter examinatus authoritate ordinaria in processu Valentino *fol.* 234. à primo. Et de eximia doctrina librorum eius deponit idem 147. testis, & D. Hieronymus de Herrera 12. super 19. in processu Castellæ, *fol.* 70.

Tertium præceptum confessionem externam continet, & in duobus casibus obligat, quando scilicet aliàs vel honos Deo debitus, vel vtiliùs proximè impendenda subtraheretur. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 3. *art.* 2 Angel, *in verb. fides*, *num.* 8. & ibi Syluester *quæst.* 1. *num.* 8. Armill. Tabien.

bien. *quæst.* 7. Azor *institut. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 7. *quæst.* 7. Vbi licèt addat alios casus in quibus præceptum obliget, tamen omnes per ipsum enumerati ad hos duos reducuntur, vt docet Sanchez *in lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2.

Cùm igitur venerabilis Vir Thomas esset Archiepiscopus, tenebatur ad istam confessionem fidei externam: ad officium enim eius spectabat alios docere res fidei Religionis S. Thomas 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 1. Valentia *ibidem disputat.* 1. *quæstione* 2. *puncto* 3. *conclusione vltima.* Sanchez *loco præcitato, cap.* 3. *num.* 2. Quod optimè adimpleuit mediante munere prædicationis, in quo obeundo adeò doctè, sanctéque ea quæ ad salutem pertinent explicabat, vt in maximam omnes admirationem raperentur, & quandoque S. Ioannes Chrysostom. quandoque Apostolus, nonnunquam S. Paulus videretur, & mirabiles inde effectus circa mutationem vitæ audientium resultarent, vt deponit Frater Didacus de Gueuara primus testis in processu Castellæ super 19. *fol.* 260. & in processu Valentino Franciscus Iter. I. V. D. 47. *fol.* 134. Ioannes Baptista Caluet. 343. testis

fol. 999 & Ioannes Feris. 5. testis, *fol.* 151. & Franciscus Blasco. 12. testis, *fol.* 170. & Matthias Pallias 18. testis, *fol.* 249. qui vltimi quinque sunt examinati authoritate ordinaria, quod quidem munus prædicationis est proprium Episcoporum, Sanctus Paulus *ad Titum*, *cap* 1. Episcopum, inquirens, amplecti debere eum qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere, ad quod ex præcepto tenentur Episcopi, Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis lib.* 30. *tract. primo*, *sect.* 2. *num.* 44. *vers. septimum est*, & in Concil. Trident. *sess.* 5. *cap.* 2. *de reform.* & rursus *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.* habetur, quòd præcepto diuino mandatum est omnibus, quibus cura animarum commissa est, oues suas cognoscere, & pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, quæ omnia perfectissimè præclarissimus iste Pontifex adimpleuit, vt etiam ex sequentibus apparebit.

De

De magnitudine Fidei.

QVoniam non solùm, vt ex prædictis patet, venerabilis Vir habuit fidem, sed etiam vt ex infrà dicendis palàm post magnitudinem fidei, de ea modò subnectemus. Ad cuius intelligentiam præmittendum est, quòd habitus magnitudo attenditur, vel ex obiecto, vel ex participatione subiecti. Sanctus Thomas 1. 2. *quæstione* 112. *ar.* 4. Obiectum verò fidei, vt docet idem sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 5. *art.* 4. *in corp.* potest considerari dupliciter, vel secundùm formalem rationem, vel secundùm ea quæ materialiter credenda proponunt; Formale obiectum fidei est vnum & simplex, scilicet veritas prima. Sanctus Thomas *dicto loco*, *&* 1. 2. *art.* 1. sub qua ratione fides est vna specie in omnibus. S. Thom. 2. 2. *quæst. loco allegato*, *& quæstione* 4. *art.* 6. *in corp.* Ea verò quæ proponuntur, credenda sunt plura, & possunt accipi magis & minus explicitè, & hoc modo, scilicet, ratione credendorum, vnus homo potest plura explicitè credere, aliis, & sic maior esse in eo fides, secundùm maiorem explicationem, vt benè

declarat Porrecta ad S. Thom. 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 4. *in corp.*

Si verò consideretur fides secundùm participationem subiecti, ratione scilicet personarum, id dupliciter contingit, quia actus fidei procedit ex intellectu, & voluntate. S. Thom. 1. 2. *quæstione* 4. *art.* 2. ratione quidem intellectus potest dici fides maior in vno quàm in alio, ob maiorem certitudinem & firmitatem, & hoc modo est maior fides in Theologo, quàm in rustico, vt benè S. Antonin. *parte* 4. *titulo* 8. § 6. Didacus Nūgno *in* 3. *partem*, *quæst.* 34 *art.* 1. *in vltima quæstione fol.* 537. Ratione autem voluntatis potest dici maior fides in vno, quàm in alio, ob maiorē promptitudinem, deuotionem, vel confidentiā, & quòd in fide adsint gradus excellentissimi, insinuat D. Paul. *ad Corinth. c.* 13. *ibi, si habuero omnem fidem, ita vt mōtes transferam*, & dicit Bañes *super* 2. 2. *quæstione* 1. *art.* 4. *vers. pro decisione huius difficultatis*, & Matthæi c. 14. *Modicæ fidei, quare dubitasti*, & sancta Mater Ecclesia orat per hæc verba; Da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, ita vt ista fides magna producat excellentiores effectus, vt dicit

Dida

Didacus Nugno *loco suprà allegato* S. Antonin. *in summ. parte* 4. *titulo* 8. §. 4. *& seq.* & nouissimè Ludouicus Carbo *in summ. summ. tom.* 3. *lib. c.* 40. *col.* 3. *vers. quintum.*

His breuiter præmissis, aut consideramus magnitudinem fidei secūdùm ea, quæ materialiter credenda proponuntur, hoc est, per quam vnus potest plura explicitè credere quàm alius, & hāc magnitudinem fidei habuisse Veñ. Virum non est dubitādum, cùm vt mox dicetur, habuerit magnitudinem fidei intellectus, in qua necessaria comprehenditur, hæc de qua est sermo, licèt non contrà, aut consideratur magnitudo fidei ex parte intellectus, per quā vnus potest habere maiorem certitudinē & firmitatem in fide, quàm alius, quia certiùs ac deuotiùs se ei subiicit. S. Thom. *dicto art.* 4. *in responsione ad* 2. Porrecta *ibid. in* 3. *concl. & in respons. ad* 2. & hac etiam fidei magnitudine præditus fuit, cùm vt supradictū est, fuerit præclaræ & eminentis doctrinæ Theologus. ita Didacus Nugno *loco suprà allegato*, aut consideratur magnitudo fidei ex parte voluntatis, deuotione confidentia adhærere potest fidei, quàm alius, vt declarat Porrecta,

dicto loco, *in* 4. *conclusione*, & hunc sanctissimum Præsulem habuisse hanc quoque magnitudinem fidei certum est, cùm habuerit illa, quæ ad hunc effectum requiri docent Guilielmus Peraldus *in summ. virtutum ac vitiorum tom.* 1 *de fide, cap.* 29. vbi agit de fide magna & fide modica, & S. Antonin. *in summ. parte* 4. *tit.* 8. *cap.* 3. *de obiecto fidei*, §.7. *per totum*. quorum primum est, vt quis alta de Deo sentiat, vt de Centurione habetur, *Matth.* 8. cui dictum est. *Non inueni tantam fidem in Israël*, & in venerabili viro fuisse hoc requisitũ, mox probabitur, sed vt clariùs procedamus præmittendum est, vnum in iure verissimum, nempe quòd quando non agitur de probando certo actu speciali, sed in genere id quod resultat ex actibus specialibus ad probandam istam generalitatem, admittuntut testes singulares deponentes singulariter de illis actibus particularibus, ex quibus generalitas resultet, prout in casu nostro DD. *in c. qualiter, & quando il* 2. vbi Innoc. *de accusat.* Specul. *in tit. de inquisitionibus*, § 1. *num.*27. *vers. quid si vnus*, *& in* §. *nunc tractemus*. aliàs incipit, *viso igitur vers. si autem, est in tit. de*

de testibus. §. *iam de interrogatoriis: verſ. etiam de tempore.* Hoc ſtante ſatis plenéq; probatur, quòd venerabilis Vir alta de Deo ſenſerit, ita vt dicendum ſit, eum habuiſſe primum hoc requiſitum: nam P. Magiſter Didacus de Gauara, viſitator Ordinis ſancti Auguſtini primus teſtis ſuper 19. in proceſſu Caſtellæ *fol.* 265. deponit venerabilem Virum in concione, quam habuit coram glorioſæ memoriæ Philippo II. Hiſpaniarum Rege, dum ageret de Myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis, hæc verba magno cum feruore protuliſſe: Dicam fratres, dicam, & cum nimio cordis gaudio dicam, etſi vobis forſitan temerarius viſus fuero: fides tua Domine Sanctis tuis, qui in huiuſmodi teſtimoniorum ſcrutinio verſantur, iam vix fides eſt, quoniam de fide iam tranſit in lucem. Ex quibus verbis clarè colligitur id dixiſſe de his, quæ ipſe gerebat in corde, vtpote quia de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis conſtantiſſimam haberet fidem, & merito quidem ita loquutus eſt, nam fides non remanet poſt hanc vitam: inquit enim ſanctus Paulus 2. ad Corinth. c. 1. *Quàm diu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino,*

mino, per fidem enim ambulamus, & non per ſpem; ſed illi qui ſunt in gloria non peregrinantur à Domino, ſed ſunt ei præſentes: ergo fides non manet poſt hanc vitam in gloria, Sanctus Thomas 1. 2. *quæſtione 61. art. 3.* nam cùm fides ſit, qua quis credit quæ non videt, Beatus autem id videat, quo beatificatur, impoſſibile ſimpliciter eſt, illam ſimul cum beatitudine, in eodem permanere ſubiecto.

Vlteriùs idem teſtis ſuper 30. *fol.* 260. à 1. deponit de ſingulari deuotione erga ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & beatam Virginem, & Fr. Auguſtinus Antolinez 2. teſtis ſuper 19. *fol.* 269. deponit de magno zelo fidei, & Bartholomæus Eſcola 14. teſtis *in proceſſu Valentino fol.* 321. ſuper 7. de magno zelo circa reformationem morum, & idem etiam Mariana de Sottomayor. 26. teſtis ſuper 8. & in eodem proceſſu Valentino *fol.* 363. à 1. & de hoc latiùs conſtat ex ſupradictis, quibus additur maximus ille deuoti animi feruor, quo ſanctè ardebat, vti Concilium Tridentinum Orbi Chriſtiano vtiliſſimum, concluderetur, vt refert Salon in eius vita,

lib.

lib. 2. *cap.* 3. *ante finem.* Secundum requisitum eſt, vt quis terrena hæc, & momentanea pro præmio æterno contemnat, ſicut fecit Moyſes, de quo ſanctus Paulus ad Hebr. cap. 11. *Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* Quæ quidem caduca & fluxa venerabilis hic Vir inuicto animo deſpexit, cùm 27. annum agens erectis priùs domibus à Patre relictis in hoſpitale pauperum pudicorum Fratrum Eremitarum Ordinis ſancti Auguſtini inſtitutum fuerit amplexus, ibique profeſſionem emiſerit, quæ vita melior eſt atque perfectior. Matth. cap. 19. ibi, *ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter Regnum cælorum*, quem locum ad rem noſtram explicat textus *in cap. qui ſiſtit* 33. *quæſtione* 1. Tertium requiſitum eſt, vt in aduerſis de Deo confidat, & non deficiat, cuius contrarium eſt, quod habetur, Matthæi decimo quarto. *Modicæ fidei, quare dubitaſti?* quod quidem requiſitum, magnus iſte Prelatus mirificè adimpleuit, ſemper enim in arduis ad orationis clypeum recurrit, vt infrà

infrà dicetur, cùm de oratione tractabitur. Et multa subiit incommoda & difficultates, pro tuenda Ecclesiastica libertate, sempérque in Dei confisus auxilio, nullo vnquam aduersitatum pondere depressus succubuit, & omnia ex voto, & iustitia prosperè successerunt, vt etiam infrà dicetur; tunc autem, vt inquit S. Ioannes Chrysostomus *tom. 4. orat. 2. epist. 2. ad Thessalonicen. cap. 1. post princ.* Fides augetur & crescit cum rebus aduersis, quis tentatus non labat, neque vacillat, quòd verò semper in Deo spem collocarit, comprobatur ex testimonio Francisci Iter. I. V. D. 47. in processu Valentino *fol.* 234. examinati authoritate ordinaria deponẽdis eum in fine vitæ constitutum dixisse circunstantibus. Prius volo videre creatorem meum, quàm ab hac vita discedam, & confestim Missam celebrari visisse, quæ est memoriale vitæ & passionis Christi Redemptoris nostri, eique maximè cum deuotione interfuisse, & in eleuatione sanctissimi Sacramenti incipiendo Psalmum, *In te Domine speraui*, & illum paulatim prosequendo, donec sacrosanctam Eucharistiam Sacerdos sumeret, dixisse, *In ma-*

nus

nus tuas Domine commendo spiritum meum. Iussit postmodum vbi recitari passionem Domini nostri Iesu Christi, secundùm Euangelium Ioannis, in quo cùm legi sanctissimum Ioannem audiuisset, silentium signis indixit, vt tantisper meditationi vacaret, mox lectori, vt sequeretur Euangelium, innuit, & cùm hæc sæpiùs inter legendum peregisset; in illis verbis, *Postea autem rogauerunt Pilatum, &c.* creatori suo reddidit animam, ita in processu Valentino super 18. deponit Ioannes Pellejero maior Sacrista Ecclesiæ Valentinæ, ætatis 72. annorum, 7. testis *fol.* 157. qui supradictis interfuit, additque, quòd venerabilis Archiepiscopus, viuens manu sibi manum apprehendit; quam moriens deinde dimisit, & cum hoc concordat Petrus Moncada Eques 14. testis, qui tantùm hæc de auditu deponit super 18. *fol.* 177. qui duo vltimi testes authoritate ordinaria fuerunt examinati. Ex quibus procuddubio infertur, quòd sanctus hic Dei seruus maximè in Deo confisus, totum se diuinæ clementiæ, bonitatíque commiserit: nam vt inquit D. Paul. Actor. 4. *Non est datum aliud nomen, in quo oporteat nos*

salues

saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi, & ad Rom. 3. *quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.* & Dauid in Psalm. 17. *In te eripiar à tentatione:* & Psalm. 43. *Inter inimicos nostros ventilabimus cornu.* Et quamuis prædictus Franciscus Iter in hac sua depositione non habeat contestem, ea tamen comprobatur, tum ex dicto fratris Ioannis Alphonsi 11. testis super 18. in eodem processu *fol.* 167. & ex dicto Gregorij Iuañes primi testis pariter super 18 in eodem processu *fol.* 141. examinatorum authoritate ordinaria, tum ex aliis testibus, qui de sanctissimo deuotissimóque huius Præsulis fine deponunt: ex quibus simul iunctis facilè potest colligi plena probatio. Baldus *in cons.* 136. *num.* 5. *lib.* 2. *& cons.* 3. *in fin. lib.* 3. ac proinde ex supradictis omnibus palàm fieri in venerabili Viro tertium quoque adfuisse requisitum. Quartum requisitum est, vt quis à bono opere non desistat, quemadmodum fecisse mulierem Cananæam in sua petitione perseuerantem, donec obtineret, testatur Matthæus *c.* 15. & hoc quoque adimpleuit magnus hic Præsul, cùm toto vitæ suæ curri

curriculo nihil sibi antiquiùs duxerit, quã diuinæ maiestatis honorem tueri pariter ac promouere, & nullo vnquam tempore destiterit à bonis operibus, nullúmque aggressus fuerit, quod maxima cum charitate generosè, & fortiter non compleuerit, vt patet ex prædictis, & infrà dicendis clariùs apparebit, ita vt de isto venerabili Viro meritò dicendum sit cum sancto Paulo; 2. *ad Thessalonicenses cap.* 1. Iam multa de te, sancte Præsul, tàmque læta ad nos quotidie perferuntur, vt Deo bonorum omnium auctori immortales propemodũ gratias, vt par est, agere cogamur, ob eam potissimùm causam, quòd magna fides tua accipiat incrementa, magísque charitatis in dies abundet. Nam & in extremis vitæ confinibus magnum ista fides accepit incrementum, cùm pecuniam omnem inter pauperes distribui iussit, cuius cum certa quantitas domum reportaretur, ad Thesaurarium viuo charitatis affectu conuersus; reuertere, inquit, & omnia diuide, ne pecunia, dum moriar, domi meæ reperiatur. Si viuã, non deerit mihi Deus. Hoc præclarum est, nunquam satis dignè laudatum præstantissimi huius viri factum

probant de vera ſcientia in proceſſu Valentino duo teſtes ſuper 16. Ioannes Pellejero examinatus authoritate ordinaria 7. teſtis *fol.* 323. & Petrus Pallares. 25. teſtis ſuper 16 *fol.* 338. deponit de auditu à Patre ſuo, quòd cùm prædicto ſancto Archiepiſcopo ſignificatum fuiſſet, omnia eſſe diuiſa, & diſtributa, & nihilupereſſe, adeò vt ſi per vnum diem ſuperuiueret, non haberet, quod comederet, tunc eleuatis in cœlum oculis, fluentibúſque præ nimio gaudio lachrymis alta voce dixiſſe. Nunc lætus morior.

Accedat prædictis exacta votorum ſeruatio, de qua infrà dicetur, & legitur Eccleſiaſt. 5. *Quodcunque voueris, redde, multóque melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere.* Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 88. *art.* 3. Dominicus Soto *lib.* 7. *quæſtione* 2. *art.* 1. *de iuſt. & virt.* Viguer. *de vir. Inſtit. cap.* 1. §. 5. *verſ.* 14. Angel. *verſic. votum.* §. 3. Sanctus Antonin. 2. *part. tit.* 11. *cap.* 2. §. 4.

De

De duobus miraculis in vita ad corroborandam magnitudinem fidei.

PLacuit insuper diuinæ Clementiæ, vti pleniùs vniuerso terrarum orbi eximia sanctissimi huius Præsulis fides innotesceret, eam duobus præclarissimis, gloriosissimísque miraculis in vita factis comprobare, cùm vt supradictum est, miracula in vita fidei attribuantur, si abundè non constet, Dei benignitate factā esse ad comprobationem doctrinæ prædicatæ; quare illa hîc, quasi in sua sede recensenda decreuimus, & primum quidem est huiusmodi.

Solebat misericors iste Dei seruus inter cætera charitatis officia, triticum etiam, quod non sustentationi modò, verùm etiā seminationi satis erat pauperibus erogare. Cùm verò quadam die distributo jam penitus omni tritico, mulier quædam vidua ad eum accessisset, rogans, vt quoniam ipsa, filiíque miserandum in modum fame discruciabantur, sibi quoque triticum in eleemosynam impertiret, ardentissimus Dei amator proximi Thomas, aduocato

cõfestim horrei ministro, vti triticum mulieri daret, iniunxit, cúmque ille horreum omnino vacuum, nullum in eo triticum esse respondisset, venerabilis Vir, vt diligentiùs introspiceret, ac scrutaretur, imperauit; cui cùm ille, ne tritici quidem acinum adesse, horreúmque præcedenti die mundatum, iterum tertióve retulisset, subiunxit Thomas: Ascende rursus, & in Deo confide remedium allaturo; quibus dictis minister denuò ascendit ad horreum, & cùm ianuam aperiret, tantam ibi vim frumenti conspexit, vt præ magna copia per ostium ipsum exuberaret, quare mirum in modum rei nouitate perculsus, dum alta voce per domum exclamat, ilicò miraculum toti ciuitati patefecit.

Ad plenam autem huius miraculi probationem tria requiruntur. Primò defectus tritici. Secundò, quòd fuerit repertum triticum. Tertiò, quòd ibi non fuerit reconditum humano opere.

Quãtum attinet ad 2. indubitatũ est, plenum tritico horreũ fuisse repertum, de vsu enim deponũt Mariana de Cabanillas, Mariana de Sottomaior, & Petrus Garzia locis infrà allegãdis. Difficultas igitur circa alia

duo

duo requiſita verſatur,& quidẽ ad proban-dũ tritici defectum concurrit prima cõfeſ-ſio cuſtodis ad interrogationem Veñ. Viri, vt probat Mariana de Cabanillas ætat. 70. annor. 45. teſtis ſuper iis:in proceſſu Valẽ-tino, *fol.* 422. Mariana de Sottomaior. ætat. 80. annor. ſuper 25. in eodem proceſſu, *fol.* 365. Petrus Garzia examinatus authoritate ordinaria ætat. 86. annor. 39. teſtis ſuper 24. pariter in eodem proceſſu *fol.* 225. *à* 1. qui quidem teſtes probant cõfeſſionem ipſius cuſtodis, cùm ſint cõteſtes ex allegatis per Put. *in deciſ.* 466. *lib.* 2. *in non.* & concurrunt alia, de quibus mox dicetur. Ex quibus iun-cta prędicta confeſſione reſultat plena pro-batio circa ſupradictũ frumenti defectum,

Quantum attinet ad 3. requiſitum, quòd triticum in horreo nõ fuerit humano ope-re reconditum, Mariana de Sottomaior. loco prædicto deponit, eſſe non potuiſſe, quòd triticũ in horreo fuiſſet, ipſa neſciẽ-te tranſlatum, & meritò cùm habitaret continuè in palatio Archiepiſcopali, nec erat veriſimile, tantam grani quantita-tem fuiſſe abſque aliquo rumore delatum in horreum, & Mariana de Cabanillas deponit loco citato, neminem vnquam

ſuſpicatum fuiſſe, quòd eò granum opere humano fuerit tranſportatum.

Et prædictæ probationes circa defectum tritici, & multiplicationem diuinitus factam, ſatis ſupérque coadiuuantur, ita vt habeatur pleniſſima probatio, primò, ex quo cuſtodi affirmanti non adeſſe triticum S. Pontifex reſpondit, vt in Deo confideret, quemadmodum deponit vtraque Mariana, & Petrus Garzia locis prædictis. Secundò, quia ſecuto euentu idem venerabilis Vir iniunxit ſilētium familiaribus, vt deponit vtraque Mariana, & ipſi Marianæ de Sottomayor dixit vt comederet, & taceret; poſtquam Dominus illi triticum tribuiſſet; quæ aſſertiones venerabilis viri multum faciunt, licèt contineant geſta ad eius interceſſionem, cùm aliunde pleniſſimè conſtet de vitæ ſanctitate; Videmus enim quòd ſancta Mater Eccleſia pleniſſimam adhibet fidem ſanctis viris, de ſeipſis multa narrantibus, vt patet in illorum vitis ab Eccleſia receptis, & ſanctus Paulus 2. *ad Corinth. capite* 4. multa de ſeipſo commemorat; nam etſi inquit D. Gregor. *lib.* 18. *moral. cap.* 1. aliàs 7. Omnes veraciter ſancti non ſolùm gloriam ſu-

pra modum ſuum omnino non appetunt, ſed etiam hoc ipſum videri refugiunt, quod eſſe metuerunt, & venerabilis hic Præſul non negauit miraculum, ſed indicendo ſilentium approbauit, idem S Gregor. loco præcitato luculenter oſtendit, ſanctos viros, dum ſuas interdum laudes enarrant, aliqua ratione Deum imitari, qui ſe nonnunquam laudibus extollit, non quòd ipſe præconiis, verborúmque deliciis egeat, ſed vt ſuam hominibus dignitatem, præſtantiam, maieſtatémque declaret: inquit enim ibidem S. Gregor. idcircò laudes ſuas indicat, vt valeamus eum audientes cognoſcere, cognoſcentes amare, amantes ſequi, ſequentes adipiſci, adipiſcentes verò eius viſione perfrui. Vnde Pſalmiſta Pſalm. 110. *Virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo, vt det illis hæreditatem gentium*, ac ſi apertè diceret, idcircò fortitudinem ſuæ operationis inſinuát, vt is qui audierat, donis diteſcat. Itaque venerabilis Archiepiſcopus Deum imitatus, prædictum miraculum à ſe factum fuiſſe confeſſus eſt, vt aliis prodeſſet, non autem vt ſeipſum approbatione rerum à ſe geſtarum extolleret. Tertiò,

quia hoc communiter fuit habitum pro miraculo, vt deponit vtraque Mariana, & D. Petrus Garzia locis præcitatis, & Baptista Nauarro ætatis 74. annorum. 38. testibus; super 24. in processu Valentino *fol.* 406. deponit se statim ad palatium contulisse, vt triticum aspiceret, quod videre nõ potuit ob multitudinem populi, quæ eodẽ ex tota ciuitate confluxerat. Et hanc communem reputationẽ facere gradum probationis in se perfectum, licèt non per se solũ concludentem. In simili dixit Alexand. *in cons.* 51. *n.* 2. *&* 4. *lib.* 1. Butr. *in c. transmissa, n.* 10. *vers. quandoque, qui fil. sint legit.* immò quòd ista cõmunis reputatio sit magni momenti ad effectũ probationis, dixit Rota in causa Mediolanẽ. Emphyteusis 23. Ianuar. 1599. coram Orano. Quartò, quia plures testes de auditu, & de publica voce, & fama deponunt de hoc miraculo, & præcipuè Amplissimus Princeps non minus pietate, quàm antiqua nobilitate laudandus, Don Gaspar de Borgia S. R. E. meritissimus Cardinalis, 30. testibus super 18. in processu Castellæ *fol.* 337. *à* 1. Petrus Guttierez ætatis 91. annorum super 24. testis 21. in processu Valentino *fol.* 346. *à* 1. Ioannes Pana

Panagos ætat 74. annorum super 472. testis in eodem processu Valentino *fol.* 488. Petrus de sancta Eulalia 124. testis super 4. in dicto processu *fol.* 189. Ioan. Baptista Calbet. ætat. 76. annorum super 24. 343. testis *ibid. fol.* 199 Petrus Mañes ætatis 70. annorum, 20. testis super 24. *ibid. fol.* 190. Antonius Ruiz. ætat. 82. annorum, 21. testis super 24. pariter *ibid. fol.* 192. Matthæus Ioannes Lopez 22. testis, ætat. 72. annor. super 24. eodem loco *fol.* 193. *à* 1. Quæ quidem publica vox & fama sic probata, negari non potest, quin faciat etiam in recentibus semiplenam probationem. Butr. *in cap. veniens il* 1. *num.* 1. *vers. si aliter factum esset* Abb. *num.* 8. *de testibus.* Bart. *in l. de minore.* §. *tormenta, num.* 3. *vers. si verò ff. de quæstionibus.*

Ex quibus omnibus simul iunctis apparet hoc miraculum plenè probatum, nam quòd triticum fuerit repertum in horreo, optimè cōstat ex depositione trium testiū de visu: defectus verò probatur per confessionē custodis bene cōprobatam, vt dictum est ex assertionibus Veñ. Viri, & cōmuni reputatione, quæ etiā probant, granū nō fuisse opera hominū, & in loco repositū,

de quo etiam benè videntur deponere vtraque Mariana, vt suprà dix.mus, vnde quatenus sola confessio custodis non probaret defectum tritici, cùm sit absque iuramento, & in omnem euentum non possit plus valere, quàm dictum vnius testis: attamen hæc confessio coniuncta cum aliis supradictis videtur facere plenã probationem circa defectum tritici: nam probationes, quæ per se non sufficerent, debent coniungi ad hoc, vt plena probatio ex illis colligatur, cùm in sua specie sint perfectæ. Alexand. *cons.* 11. *in princ. lib.* 4. *& cons.* 13, *num.* 19. *lib.* 1. Paris. *cons.* 27. *in fin. lib.* 2. Bald. *in l. si quis ex argentariis*, §. 1. *num.* 4. *ff. de edendo.* Iason. *in l. admonendi*, *num.* 257. *ff. de iureiurando.* Aymon. *consil.* 216. *num.* 12. *& seqq.*

Videndum superest, quomodo ista creatio tritici censeatur facta, & dicendum est, quòd Deus ad preces venerabilis Viri potuit materiam adiacentis, vel existentis aëris in domo conuertere in triticum, quemadmodum in miraculo, quod narratur, *Matth.* 14. *Marc.* 6. *Luc.* 9. *Ioann.* 6. volunt factum fuisse Euthym. quem refert Tolet. *in Ioannem cap.* 6. *annotat.* 5.

§. *quar*

§. *quartum sub littera B.* aut exteriorem aliam materiam conuertere in triticum, quod fecisse Dominum *Matth. cap.* 14. affirmat S. Augustinus *in Ioan.cap. 6.tract.* 24. *in princ.* Abulens. *in Matth.* 14. *quæstione* 103.*in fin.* Aut in horreo triticum de nouo creare, sicut Dei omnipotentiâ ad fractionem panis vult factum fuisse idem Euthym. quem refert Tolet. *Vbi suprà*,& Dionys.Carthus. *Matth.* 14. *denique nouas partes substantiæ creatæ.*

Non minoris est admirationis miraculum quod paucis secũdo loco complectemur. Etenim mendicus quidam pedum vsu destitutus, ita vt sine fulcimentis procedere minimè posset, in aulam sese Palatij Archiepiscopalis transtulerat, stipem inter cæteros, qui plurimi vndique confluebant, ipse quoque rogaturus, quem vbi venerabilis Dei seruus Thomas Archiepiscopus conspexit,misericordia, atq; ea qua præditus erat charitate motus illicò ad eum accedens, percunctatus est,sanitatem ne vellet, an eleemosynam acciperet. Cúmque ille sine mora,sanitatem, Domine, si Deo placeret, respõdisset sanctus iste Præsul stabili viuáque fide instructus

ctus facto super infirmum sanctæ Crucis signo, Frater, inquit, redde gratias Deo, qui sanitatem tibi dignatus est impertiri, accipe fulcimenta tua, & vade in pace. Ad quę verba cōfestim infirmus ille sanitatẽ, plenúmque membrorum vigorem maxima adstantium admiratione consecutus est, sine vllis fulcimentorum adminiculis, exuberãte perfusus gaudio recessit, & clara voce laudando bonorum omnium datorem Deum, mirabilem in operibus & sanctis suis, miraculum palàm enarrauit.

Hoc quoque miraculum optimè probatur, nam quòd iste mendicus esset pedũ vsu destitutus, probãt Petrus de sancta Eulalia, 124. testis ætat. 70. annorum super 24 & iux. 6. in processu Valentino *fol.* 190. & Mariana de Sottomaior. ætat. 80. annorum 26. testis, super 25. in eodem processu *fol.* 364. *à* 1. qui benè hoc probant, cùm ex eorum dictis appareat, quòd ex aspectu cognoscebatur, eum huiusmodi pedum infirmitate laborare. Bart. *in l. vnica n.* 5. *C. de mendic. valid. lib.* 11. *& in l. quæsitum, in fin. ff. de re iudic.* Abb. *in c. tenor. n.* 2. *de sent. & re iudic.* Et cùm sint duo satis probant. *c. in omni negotio de testib.* Alexand. *cons.* 188. *in princ.*

princ. lib. 7. & colligitur etiam ex depositionibus aliorum testium, de quibus infrà, qui quidem duo testes prædicti etiam de visu deponunr, quòd venerabilis Archiepiscopus dictum pauperẽ in palatium aduocauit, quem postmodum, vt dictum est, sanitatem ne vellet, an eleemosynam, interrogauit, cúmque sanitatẽ peteret, modo supra narrato eam à Domino postulatã illi restituit, vt deponunt de visu dicta Mariana de Sottomaior loco prędicto, & Io. Bapt. Scriba, ætat. 70. annor. in eodem processu Valent. super 24. *fol.* 203 & dictus Petrus de sancta Eulalia loco prædicto deponit se interfuisse vocationi, cùmque diuertisset aliquantulum pro quadam sua necessitate, & ilicò reuersus esset, inuenisse hominem claudicatione liberatũ, narrantem omnia, quæ sibi contigerant, coram circunstantibus qui ferè 20. erat; & Bartholomæus Perez examinatus authoritate ordinaria ætatis 101. annorum. 50. testis in eodẽ processu Valentino super 24. *fol.* 242 deponit se vidisse prædictum hominem cum fulcimentis ascendentem, & postmodum absq; eis redeuntem, omnibúsque qui præsentes erant narrantem miraculum.

Et

Et hoc etiam in facto venerabilis hic Præsul, Christi Dei vestigia secutus est, qui sicut narratur *Matth.* 21. claudos, cæcósque sanauit, vt virtutis suæ magnalia in templo palàm faceret, calumniantibus,& quod populi clamabant, ipse factis ostenderet, quasi testis vocis illorum, vt dixit Ambrosius, quem refert Nicolaus Gorran. *Matth.* 21. §. *sed quare*. Idem à Petro factum fuisse Apostolorum Acta. cap. 3. testantur. In nomine enim IESV CHRISTI Nazareni claudus ex vtero matris protinus surrexit, & ambulauit, vt fides nostra secundũ Apost. 1. *ad Corinth.* 2. non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis eluceret, (vt inquit Dionys. Carthus. *Matth.* 21. §. *per horum.*)

Et prædicta duo fuisse miracula inficiari nemo potest, cùm sint præter ordinem totius naturæ creatæ. S. Thom. 1. *parte, quæstione* 110. *art.* 4. *in corp.* & præter spem naturæ, cùm non habeant ad illa naturalem ordinem, sed ordinem obedientialem, idem sanctus Thomas *parte* 1. *quæstione* 105. *art.* 7. *ad* 2. imò primum est miraculum maximum, scilicet primi ge-

neris

neris, cùm nullo modo natura facere potuerit, vt illud frumentum in horreo produceretur. Secundum verò est miraculum medium, scilicet secundi generis, cùm excedat facultatem naturæ non quantum ad id, quod fit, sed quantum ad id in quo fit, quia natura potest causare hominem rectè stantem, non autem homini in claudicatione cõfirmato pedum restituere firmitatem, vt colligitur ex sancto Thoma 1. 2. *quæstione* 105. *art.* 8. Et hæc duo in præsentiarum sufficiant, quæ ad fidei magnitudinem huius sancti Præsulis corroborandam, hoc in loco breuiter narranda iudicauimus.

De Spe.

SPes est certa expectatio futuræ beatitudinis proueniens ex gratia & meritis, Magister *in 3. sent. distinctione* 26. *c.*1. quod colligitur ex illo sancti Pauli 1. ad Timoth. cap. 1. *Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare,* vt inquit sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 17. *art.* 7. Canisius *cap.* 2. *de spe.* Geraldus *in prima parte summæ virtutum, c.*1.

de

ſpe. Aſten. *lib.2. tit. 61. art.* 1. S. Antonin. *in ſum. part.* 4. *tit.* 7. *c.* 1. § 2. *in princ.* Obiectum autem illius nihil eſt aliud, quàm vita æterna, vt patet ex dictis, & egregiè ſanctus Paulus ad Hebr. 6. *Spem*, inquit, *habemus, ſicut anchoram animæ tutam, ac firmam, & incendentem vſque ad interiora velaminis*, id eſt, ad beatitudinem cœleſtem, vt gloſſ. *ibidem.* Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 17. *art.* 2. & licèt homo ſperet & petat à Deo alia, quàm beatitudinem, vt patet ex oratione Dominica, *Matthæi cap.* 6. tamen hoc non repugnat prædictis, cùm illa ſperanda & petenda ſint in ordine ad beatitudinem. Sanctus Thomas *loco præcitato ad* 2. *& in* 3 *ſentent. diſtinctione* 26. *quæſtione* 2. *art.* 2. S. Antonin. 4. *parte, titul.* 7. *cap.* 3. §. *in princip.* Sanctus Bonauentura 3. *ſentent. diſtinctione* 28. *art.* 2. *quæſtione* 4. Viguer. *tit. de ſpe, cap.* 11. *in princ.* Vbi duplex eſt, inquit, Obiectum ſpei, id eſt, materiale, & formale; obiectum materiale principale, & primarium eſt beatitudo æterna: minus principale & ſecundarium ſunt ea, quæ conducunt ad vitam æternam.

Sed quo tempore ſpei præceptum obliget,

get, maxima est inter Theologos quæstio, vt latè per Sanchez *in summa lib. 2. cap. 33. per totum*, vbi in principio docet constare ex fide esse præceptũ de spei actu aliquando eliciendo, & hoc probari ex Psalmo 4. *Sperate in Domino*, & ad Titum 2. *Expectantes beatam spem*, & ex aliis locis, quos allegant Bañes, Strago & Ledesma, & hoc etiam affirmat ratione probari, nã de omni, inquit, actu ad vitam æternam obtinendam, necessariò est præceptum, & huiusmodi est sperare peccatorum veniam & gloriam obtinendam à Deo, vt constat ex Concil. Trident. *sess. 6. cap. 6*. Nostrum autem non est hîc disputare, quo tempore præceptum hoc obliget, cùm clarè constet sanctissimum Præsulem spem semper viuam habuisse, siue pueritiæ, siue adolescentiæ tempus expendamus, siue vt Religiosum, siue vt Archiepiscopum etiam in extremo vitæ spiritu consideremus, cùm enim habuerit effectus spei, per consequens dicendum est eum habuisse ipsam spem: nam amor est effectus spei, in quantum spes respicit illum, per quem fit aliquid nobis possibile. Sanctus Thomas 1. *parte, quæstione 40. art. 7. in corp.* & gloss.

super illis verbis Matthæi cap.1. *Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob.* 5. fides spem, spes charitatem, charitas autem amor est, ergo amor causatur à spe. In quantum verò spes respicit bonum speratum, spes ex amore causatur. S. Thom. *vbi suprà.* Hoc autem amore venerabilem virum toto vitæ suæ cursu flagrasse, tam ex colloquiis, quàm concionibus manifestè intelligi potest, & deponunt Ioannes Feris 1. testis. super 8. in processu Valentino *fol.* 111. examinatus authoritate ordinaria, & Anna Bretona ætatis 90. annorum 5. testis in processu Castellę *fol.* 145. sed in morte pariter spem viuam retinuit: cùm enim ei per venerabilem virum Episcopum Segrian. obitus nunciaretur, diuino afflatus spiritu, protulit illud Psalm. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus*, vt deponit in processu Valentino super 18. Frater Ioannes Alphonsus 11. testis *fol.* 167. *à* 1. & Don Petrus Moncada 14. testis super 18. examinati authoritate ordinaria *fol.* 177.

Alter spei effectus est, vt ipsa conferat ad operationes. Sanctus Paulus 1. *ad Corinth. cap.* 9. vbi quòd debet in spe, qui erat,

arare,

arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi, & eandem ſperandi rationem in cæteris quoque actionibus reperiri docet S. Baſilius *in homilia prima in Pſalm* 1 *poſt princip. verſ. nam quando Dauid.* Quales autem fuerint operationes ſancti Præſulis, ex totius relationis lectione colligitur: quapropter negari non poteſt, maximam eum ſpem habuiſſe. Hæc autem ſpes comprobatur ex adductis per ſanctum Antonin. 4 *parte*, *tit.* 7. *cap.* 1. §. 5. Vbi inquit, quòd ſeptem virtutes conceduntur ex ſpe. Prima potentiæ directiua & incitatiua, nemo enim dignè poteſt agere pœnitentiam, niſi qui ſperauerit indulgentiam. *C. nemo de pœnitentia, diſtinct.* 1. quam verò pœnitentiam ſanctiſſimus hic vir egerit, infrà demonſtrabimus. Secunda eſt in anguſtiis magnis fortificatiua. Eſa. 40. *qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem.* Quali autem fortitudine Thomas in vita præditus fuerit, infrà dicemus, dum de fortitudine agemus; qualem verò habuerit in morte, ſatis patet, ex quo nihil ad mortis nuncium terrefactus, ſpiritum voluntatémque ad ea, qui diuina voluiſſet omnipotentia promptiſſimam demonſtrauit, vt probant

in processu Valentino Gregorius Iuañes super 18. primus testis examinatus authoritate ordinaria *fol.* 142 & Ioachimus Real super 14. *fol.* 288. & Mariana de Sottomaior super 14. 26 testis *fol.* 373. *à t.* Franciscus Iter examinatus, authoritate ordinaria 47. testis *fol.* 234. *à t.* Tertia est intelligētiæ aperitiua, Sapientiæ 3. *Qui confidunt in Domino, intelligent veritatem*, de qua suprà dictum est, dum fuit actum de magnitudine fidei. Quarta est malorum liberatiua. Psalm. 21. *In te sperauerunt Patres nostri, sperauerunt, & liberasti eos.* Quantà autem pro defensione libertatis Ecclesiasticæ subierit incommoda, quibus diuina potentia liberatus est, & qualem æternæ vitæ spem prope mortem constitutus habuerit, colligitur ex primo teste suprà citato super 18. & 5. super 14. in processu Valētino, & 27. testis Michaële Ioanne Ioseph Casanoua in eodem processu super 18. *fol.* 206. *à t.* qui expresè addit, quòd cùm sancti Præsulis obitus nunciatus esset, dixit cum sancto Martino, Domine, si adhuc pòpulo tuo sum necessarius, non recuso laborem, sin minus cupio dissolui, & esse tecum. Quinta est tētationum triumphati

phatiua, Pſalm. 55. *In Domino ſperaui, non timebo, quid faciat mihi caro.* Sexta eſt eſt præſeruatiua intentionis hominis. Paulus Epiſcopus à prima ad Timotheum cap. 5. *Galeam ſalutis aſſumite*, id eſt, ſpem ſalutis. Septima eſt bonorum multiplicatiua Pſalm. 51. *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum*; & Pſalm. 129. *A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſraël in Domino.* Quæ omnia cùm habuerit ſanctus Præſul, vt conſtat ex dictis, & clariùs ex dicendis apparebit, & hæc ſint effectus ſpei, neceſſariò ipſam ſpem in excellenti gradu fuiſſe in venerabili viro concludunt.

De Charitate.

Agendum eſt modò de Charitate, quæ vt Theologi docent, fidem informat; duplex enim eſt fides, alia formata, quam habent boni, alia informis, quam habent etiam mali. Prima eſt formata charitate, ſed alia caret forma charitatis, Directorium inquiſitorum *parte prima, pagina 15. columna ſecunda.*

Prima dicitur viua, alia verò mortua, Iacob 2. *Fides sine operibus mortua est*, Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 4. *art.* 4. Ragner. *vers. fides, cap.* 14. *& seqq.* Fides viua est, quæ debitas operationes est potens elicere, & per charitatem operatur. Paul. *de Galat. cap.* 1 Fides verò mortua est, quæ impotens est ad debitas operationes *Iacob.* 2. si fides non habet opera, mortua est in semetipsa, Perald. *in prima parte tit. de fide cap.* 29. Viguer. *tit. de virt. fidei, cap.* 10. §. 1. *vers.* 6. Charitas autem simpliciter loquendo, simplex est, videlicet essentialis, personalis, & virtualis. Prima est Deus, & summa Trinitas, Ierem. cap. 31, *In charitate perpetua dilexi te*, ait Dominus, & est ipsa essentia Dei, non autem accidens, sicut in nobis. Charitas verò personalis est Spiritus sanctus, de quo in prima Epistola Ioannis cap. 4. *Deus charitas est*, quod exponit sanctus Augustinus de Spiritu sancto: dicitur autem Spiritus sanctus charitas propter appropriationem, quia procedit per modum amoris. Vnde sanctus Gregorius ipse Spiritus sanctus amor est, Patris in Filium, & Filij in Patrem, non tamen accidens, sicut amor noster.
Chari

Charitas autem virtualis est amor creaturæ in Creatorem gratia formatus, de qua ad Romanos cap. 1. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum*, non quòd magis datur nobis à Spiritu sancto, quèm à Patre & Filio, cùm inseparabilia sint opera Trinitatis ad extra; *c. vlt. de consecratione distinct.* 3. sed quia gratis datur ex amore, ideò attribuitur Spiritui sancto. S. Antonin. 4. *parte, titulo 6. cap.* 1. *in fin.* Et de hac nobis in ordine ad canonizationem venerabilis Præsulis agendum est.

Est igitur hæc Charitas, vt docet Magister *in* 3. *sent. distinctione* 27. Dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum, vel in Deo, versatur enim circa duo mandata adimplenda, quorum vnum pertinet ad dilectionem Dei, & est maximum in lege mandatum, *Deut.* 6 alterum ad dilectionem proximi, *Matthæi cap.* 22. In his enim duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ; finis autem præcepti est dilectio, quæ duplex est, Dei scilicet & proximi. Sequuntur Magistrum sanctus Bonauentura *ibid. in primo dubio*, S. Antonin. *in* 4. *parte, tit.* 6. *c.* 1. §. 3 Rayner.

verſ. charitas,c. 2. vbi Angel. *in prin.* Rot. Tabien. & Syluest. *verſ. charitas in princ.* Asten. *lib.* 2. *titul.* 62. *art.* 1. Caniſius *tit. de charitate, cap.* 2. Viguer. *tit. de virt. charit. cap.* 12. *in princ.* Peraldi 1. *parte ſum. virt. cap.* 1. quæ definitio vera eſt, ſi charitas comparetur ad obiectum; ſi verò cõſideretur in ordine ad finem vltimum, erit virtus, qua Deum videre, eóque perfrui deſideramus, vt dicit ſanctus Auguſtinus, *in lib. ſoliloqu.* ſi autem conſideretur ad actum proprium, qui eſt vnire & adhærere, erit animi affectio iuſtiſſima, coniungens nos cum Deo. S. Aug. *in lib. de moríb. Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 11. *tom.* 1. *& in lib. de ſpiritu & anima, c.* 16. *tom.* 3. Poſtremò, ſi comparetur ad habitum ſibi adiunctum, qui quodãmodo eſt ipſius charitatis principium, erit finis præcepti de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Sanctus Paulus 1. *ad Timoth. c.* 1. S. Bonauentura *ſuper* 3. *ſentent. diſt.* 27. *in princ. dub.* 1. & quamuis præceptum charitatis, quod vt dictum eſt, conſiſtit in diligendo Deum, & proximum, non legatur in decem præceptis Decalogi; tamen in omnibus includitur tanquã primum principium, ad quod omnia

omnia reducuntur, tanquam ad finem, vt docet Diuus Thomas 2.2. *quæst.*44.*art.* 1. *ad* 3.*&* 1.2.*quæst.* 100.*art.*3.*ad* 1.*& art.*11. *in corp.*Caiet.*ibid.* Nauar.*in sum.c.*11.*n.*5.

De Charitate in Deum.

QVòd autem venerabilis hic vir perfecta Deum charitate dilexerit, colligitur ex iis, quæ suprà diximus de magnitudine fidei, cùm dilectio diuinorum non fiat, nisi per charitatem. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 45. *art.* 2. *in corp.* & vlteriùs perfecta eiusdem in Deum charitatis aliis probationibus demonstratur: etenim deponunt testes, ipsum tanquam æreum accensum diuini amoris eluxisse, & verum Iesu Christi amorem, qui etiam ex sermonibus affatim colligi poterat, in corde eius resedisse, vt & perfectissima in Deum excelluisse charitate, vt in processu Valentino super 8. Petrus Guttierez examinatus authoritate ordinaria, ætatis 91. annor. 21. testis super 8. *fol.* 347. Mariana de Cabanillas ætatis 70. annór. 45. testis super 8. *fol.* 422. Io.Bapt. Scriua, examinatus autoritate ordinar. 26. testis super

8. *fol.* 204. Petrus Portillo ætatis 78. annorum 60, testis super 8. *fol.* 463. Ioannes Feris 5. testis examinatus authoritate ordinaria ætat. 76. annorum super 8. *fol.* 102. & in processu Castellæ Magister Frater Didacus de Gueuara, Ordinis sancti Augustini primus testis super 22. *fol.* 261. & Mentia della Torre 9. testis super 4. *fol.* 99. examinata authoritate ordinaria. Ex quibus apparet venerabilem Virum habuisse perfectam charitatem erga Deum, ex parte diligentis, non ex parte diligibilis, qui est Deus, (hæc enim haberi non potest) nam cùm sit tantum diligibilis, quantum bonus, bonus autem sit infinitè, infinitè quoque diligibilis est, ac proinde cùm nulla creatura possit eum infinitè diligere, cùm quælibet virtus creata sit finita, nullius etiam creaturæ charitas in Deum ex parte diligibilis poterit esse perfecta. Ex parte verò diligentis, tunc charitas dicitur perfecta, quæ in via possibilis est haberi, cùm homo diligit, quantum potest, & studium suum deputat ad vacandum Deo, & rebus diuinis, prætermissis aliis, nisi quantum necessitas præsentis vitæ requirit, & habitualiter totũ cor suum

ponit

ponit in Deo, ita ſcilicet, vt nihil cogitet, aut velit, quod diuinæ dilectioni ſit contrarium. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 24. *art.* 8.

Vlteriùs perfecta venerabilis huius viri in Deum charitas ex ipſo in Religionem ingreſſu probatur; nam vt dicebat Abbas Moyſes, quem refert ſanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 186. *art.* 1. Ieiuniorum inediam, vigilias, labores, corporis nuditatem, lectionem, cæteráſque virtutes debere non ſuſcipere nouerimus, vt ad perfectionem charitatis iſtis gradibus poſſimus aſcendere, & Dionyſius *cap.* 6. *part.* 1. *in fin. Eccleſiaſt. Hierarchiæ*, dicit eos, qui nominantur Dei famuli ex Dei puro ſeruitio, & famulatu vniri ad amabilem perfectionem; quare cùm venerabilis vir nedum Religionem fuerit ingreſſus, qui ſtatus, vt dixit ſanctus Thomas *vbi ſuprà* in reſponſione ad 3. & eodem loco art. 2. eſt inſtitutus ad perfectionem adipiſcendam per quædam exercitia quibus tolluntur impedimenta perfectæ charitatis & finis ſtatus Religionis, ſed etiam paupertatem, obedientiam, caſtitatémque ſeruauerit, quæ pertinere ad perfectam charita-

tem

tem docet Bañes 2. 2. *quæstione* 23. *art.* 3. necessariò concluditur, quòd venerabilis hic Præsul perfectam etiam in Deum charitatem habuerit. S. Thom. *vbi suprà art.* 7.

Postremò ex summa vigilantia, summóque studio, quo libertatem Ecclesiasticam contra sęcularium potestatum authoritatē custos eximius defendit, audaciáque satellitū arma, & insultantiū iniurias propulsarit. Nam Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Valentinæ gemino pugionis ictu quendam affecerat, & cùm in carcerem à sæculari potestate cōiectus esset, & Præsul sanctissimus suum sibi reddi subditū enixè postularet, negauit Gubernator; qua de causa acerrimus veritatis vindex Thomas Gubernatorem & Algaziriū, vt vocant, excōmunicationis incurrisse censurā declarauit, & ciuitatem Ecclesiastico supposuit interdicto: cúmque indurato adhuc animo Gubernator perseueraret, Dux Calabriæ Prorex litteris minarum plenis Archiepiscopum monuit ab incepto desisteret, nisi propriis spoliari facultatibus mallet; cui constanter Archiepiscopus: si propriis me bonis spoliaueris, ditior fiam, in cubiculum reuertar, vnde me extraxerunt inuitum, &

mecum

mecum benè beatéq; actum putabo, si sanguinem pro Ecclesiæ meæ libertate profudero. Præclarè quidem ad exemplum Susannæ *Daniel* 13. dicentis: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quā peccare in conspectu Domini.* Dum hic esset rerum status, ob patratum homicidiū clericus alter à sæculari iudice captus & publicè suspensus est; quapropter rebus magnis exasperatis, cùm inuictissimus Pōtifex ad instar alterius Thomæ Cantuariensis, & Stanislai Poloni fortiter in decreto persisteret, tandē sexto post mense Gubernator & Algazirius publicā suscipere pœnitentiā coacti sunt, illos enim in die Palmarum in Ecclesię gremiū Archiepiscopatus recepit, eísq; iniunxit, vt nudis pedibus detecto capite, libero tamen corpore, & cū cereis accensis, quos manibus sustinebāt, officio diuino, donec cōpleretur, assisterēt eo modo quo publicos pœnitentes ab Ecclesia recipi solitos tradit Pontificale Romanū, & meminit S. Hieronymus in vita sanctæ Fabiolæ Romanæ. Hæc omnia optimè probant de vera sciētia in processu Valentino super 6. *fol.* 174. Don Federicus Borgia Archidiaconus maior & Canonicus Ecclesiæ

Valen

Valentinæ 42. testis *fol.* 228. *à* 1. Mariana de Sottomaior. 26. testis super 6. *folio* 365.

Quòd autem ex ista defensione libertatis Ecclesiasticæ resultat charitas in Deum, satis patet, cùm charitas in Deum sit, quando ipse diligitur propter seipsum, vt suprà dictum est, quod eo ipso fecit venerabilis Archiepiscopus, quem propter honorem Dei, quem ardentissima charitate turbatur, sibi reddi dictos clericos postulauit, qui iure diuino sunt exempti à iurisdictione laicorum, tam quoad delicta Ecclesiastica, quàm sæcularia, vt probat *text. in c. relatum, & in cap. Syluester* 11. *quæstione* 1. *c. certum. il* 1. 10. *distinct. c. si Imperator* 96. *distinct.* vbi gloss. *in verb. & discuti*, quam sequuntur Turrecremata, & cæteri DD. Rota *decis.* 10. *de consuet. in antiq.* Gloss. *in auth. de non alienan.* §. 1. *in verb. degeneri.* Syluest. *in verb. immunitas* 1. *quæstione* 4. *num.* 16. *vers. secundùm* Azor. *Institut. moral. tit.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *col.* 4. *vers. ego profectò existimo*, & res est tanti momenti, vt Cassaneus *in cons.* 38. *num.* 20. *&* 34. dicat quòd Episcopus non repetens clericum detentum à iudice

sæcu

ſæculari debet deponi, & ſi clericus moriatur, tenetur pœna homicidij.

De charitate erga proximum.

PRæmittendum eſt opera miſericordiæ, in quibus charitas in proximum conſiſtit, in duo capita diſtingui, quorum alterum eſt operum, vt vocant corporalium, de quibus *Matt. c.* 25. iuncto pro vltimo opere miſericordiæ, *Matthæi cap.* 26. *& Tob. cap.* 12. quæ omnia ſpectant ad corporalem proximi miſeriam, ſeu indigentiam ſubleuandam, Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 32. *art.* 2. & cæteri Doctores communiter. Alterum verò eſt operum ſpiritualium, quibus ſpirituali neceſſitati, ſeu indigentiæ proximi, quoad animam ſubuenitur, & de his agitur 1. *ad Theſſaloniſc. cap.* 5. & de primo operum ſpiritualium habetur etiam Pſalm. 10. *Docebo iniquos vias tuas*, & Daniel 12. *qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſtellæ firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, in perpetuas æternitates.* de ſecundo legitur, Pſalm. 140. *Corripiet me iuſtus in miſericordia*, & Eccleſiaſt. 19. *Corripe amicum, corripe proximum,*

mum de tertio ad Galatas 6. *ſi praeoccupatus fuerit homo aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis*. De quarto ad 1. Theſſalonicenſ. c. 5. *Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes*. De quinto ad Rom. 15. *Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere*. De ſexto Lucæ 6. *Dimittite, & dimittemini*. De ſeptimo & vltimo Iacobi 5. *Orate pro inuicem, vt ſaluemini*. Rationem huius diſtinctionis inter opera miſericordiæ corporalia, & ſpiritualia affert ſanctus Thomas *loco præcitato*, & elucidat ampliſſimus Cardinalis Bellarminus *tom. 3. contr. 3. de bonis operibus lib. 3. c. 2.*

Spectat autem præcipuè ad Epiſcopos prædicta opera charitatis exercere, vt dicit Dionyſ. Carthuſ. *de vit. & Regim. Epiſcop. c. 8.* inquit enim, ſicuti ſanctus reſtatur Ambroſius, ſumma totius Chriſtianæ Religionis, id eſt plenitudo, & perfectio in actibus miſericordiæ conſiſtit: cùm ergo in Epiſcopis tanquam in ſummis Eccleſiarum Prælatis ac ſponſis debeat maximè elucere Euangelicæ Chriſtianæque legis perfectio, conſtat, quòd Præſules te-

nen

nentur esse hospitalissimi, & vniuersis misericordiæ ac pietatis operibus eminenter perfecti, præsertim cùm debeant esse perfecti, tam in vita actiua, quàm contemplatiua; & cap. 9. idem Dionys. *loco præcitato in princ.* prosequens materiam operum misericordiæ spiritualium subiungit: si ergo crudelis ac impius censeretur, qui viatoribus peregrinis rectam viam ignorantibus, aut de ea dubitantibus, ac suscitantibus, nollet rectum iter ostendere, sed illos permitteret deuiare, præsertim si ex debito speciali iustitiæ teneretur illis bonam ostendere viam, nónne ineffabiliter crudelior, iniquiórque esse probatur omnis pastor, præsertim Episcopus, si subditos sibi commissos ignaros, aut dubiosos, seu vitiis excecatos negligat informare, hortari, & eis salubria dare cõsilia, cùm teneatur ad hoc non solùm ex debito charitatis, sed etiam ex obligatione iustitiæ ratione pastoralis, seu pontificalis officij.

De charitate erga proximum, quoad Spiritualia.

QVòd sanctus Archiepiscopus magnę in proximum fuerit charitatis, magnoperè zelo saluti animarum sibi commissarum inuigilauerit, deponunt testes in processu Valentino super 8. videlicet Petrus Guttierez 21. testis *fol.* 348. Baptista Ñauarro 38. testis *fol.* 407. Ioannes Feris. 5. testis examinatus authoritate ordinaria *fol.* 152. Ioannes Baptista Scriba 26. testis *fol.* 203. Petrus Portillo 60. testis *fol.* 463. dum enim priuatè in Religione degeret, negligentes in via salutis excitabat, languentes erigebat, peccantes non solùm verbis, vt resipiscerent, sed etiam vultu admonebat, rata consilia ignaris dabat, salutarem omnibus doctrinam impendebat; postquam verò ad Archiepiscopatum fuit assumptus, collapsam cleri disciplinam erexit, populum ad vitia pronum exemplo vitæ & prædicatione, ad pristinam morum sanctimoniam reuocauit. Quod quidem munus proprium est Episcoporum, Concil. Trident. *sess. 5. cap. 2. de reform.*

form. & pulcherrimè ſanctus Gregorius *lib. 2. Regiſt. epiſt. indict.* 10. *Epiſt. vltimâ.* Prius, inquit, eſt Sacerdoti neceſſe, vt cęteris ad exemplum viuat, ac deinde ſeruandum, vt mentem per extenſa exempla non eleuet, de prædicationis ſemper miniſterio cogitet, intenſiſſimo timore conſiderans, quòd receſſurus ad percipiendũ regnum Dominus, & talenta ſeruis diſtribuens dicat: Negotiamini dum venio, quod profectò negotium tunc verè nos agimus, ſi viuendo, & loquendo proximorum animas lucramur, ſi infirmos quoſque cœleſtis regni gaudia prędicando in ſuperno amore roboramus, ſi proteruos & timidos gehĕnæ ſupplicia terribiliter inſonando flectimus, ſi nulli contra voluntatem parcimus, ſi ſupernis amicitiis dediti humanas inimicitias non tímemus. In quibus omnibus obeundis venerabilis hic Dei ſeruus ſecum reputans illud Apoſt. 1. ad Corinth. cap 3. & illud Ioannis: *Sine me nihil poteſtis facere*, priuſquam ad correptionem fratris accederet, ante imaginem ſanctiſſimi Crucifixi in Oratione pernoctabat, vnde diuino ſpiritu plenus blando colloquio alios ad pœnitentiam reduxit,

alios indurato pertinaces animo se in eorum conspectu flagellis acriter percutiendo ad relictam vitæ melioris semitam reuocauit, ita de auditu & publica voce & fama deponunt in processu Valentino super 7. Don Federicus de Borgia 42. testis *fol.* 224. Michaël Hieronymus Vinaron. 2. testis *fol.* 143. Frater Franciscus de Molina 24. testis *fol.* 199. & Mentia della Torre 9. testis, super 4. in processu Castellæ *fol.* 99. qui omnes examinati fuerunt authoritate ordinaria, & narrant Salon *in eius vita, parte* 2. *c.* 3. & quòd vsus fuerit magna prudentia mediis exquisitis, & magno charitatis feruore plenis, dicunt Bartholomæus Escola, Petrus Guttierez, & Ludouicus Nadal locis infrà citandis, & dicta Mentia subdit, quòd Agnes Garzia ipsius testis amita, honestissima fœmina nobilis, potens, & diuitiis affluens, postquam sua peccata sanctissimo Præsuli confessa fuit, facultates suas per hospitalia pauperibus distribuendo fluxa hæc, & caduca mundi bona deseruit, & vsque ad vltimum vitæ diem in his operationibus persistens, non sine magna sanctitatis fama, è viuis excessit, & Philippus Adell

exami

examinatus authoritatė ordinariâ 6. testis ætatis 71. annorum Presbyter beneficiatus in Ecclesia parochiali sancti Ioannis de Mercato, super 7. in processu Valentino *fol.* 154. deponit sanctum hunc Præsulem, tam eximiæ charitatis in corrigendis proximi vitiis extitisse, vt cùm quendam Sacerdotem ipsius testis consanguineum ob grauia delicta carceribus inclusisset, Canonicis pœnam reo deprecantibus, post vigesimam diem ad se vocauerit, & vnà sedere iusserit, illúmque tanta cum charitate allocutus fuerit, vt lachrymas guttatim effunderet, & Sacerdos amarè lugens ad eius pedes deosculaturus præuolueretur: Archiepiscopus autem osculum renuens, ipsúmque attollens dixit: Tam magnus est Sacerdos, quàm ego, ac denuò sedere iussit, rursúmque erumpentibus lachrymis placidissimo sermone: O amice, inquit, ô mi frater, vnde hoc mihi, quòd audeam iudicare fratrem meum emptum eodem pretio, quo empta est anima mea, & quòd ego te iudicare debeã, qui metipsum haud cognosco, melior fortasse es tu, quã ego: Inspice te, corrige te, & sacerdotalẽ considera dignitatẽ.

Quibus ex dictis cùm iterùm Sacerdos se ad Archiepiscopi pedes prosterneret, illum liberè, nulla imposita pœnitentia, solutáve pecunia dimisit.

Ex quibus omnibus probatur immensa charitas, qua vigilantissimus Pastor oues sibi creditas gubernabat, nam etsi prædictæ probationes disiunctim sumptæ, perfectè non probant, quoad actus particulares, cùm testes sint singulares, attamen si simul iungantur, resultat ex illis plena probatio, quia agitur de probando id, quod ex eisdē actibus particularibus elicitur, scilicet quòd mediis eximiæ charitatis vtebatur, vt gregem suum ad aulam Domini reduceret, vt optimè ad propositum Calderinus *cons.* 1. *de testibus*, Geminianus *cons.* 117. *num.* 1. *& seq.* Bald. *cons.*438. incipit *ad euidentiam num.* 7. *lib.* 5. Anchar. *cons.* 277. *num.* 8. *& cons.* 276. *num.* 3. Castellion. *cons.* 21. *num.* 6. *vers. tamen dicti testes, & vers. & non obstat.* Castren. *cons.* 51. *num.* 2. *vers. nec obstat, quod dicitur de singularitate libro* 2.

Probatur etiam ex infrà dicendis venerabilis viri charitas; nam reprehenderat pluries sanctus hic Præsul amantissimis verbis

verbis Sacerdotem, munus quoddam in Ecclesia Valẽtina obeuntem, visáque tandem illius proteruia ad se vocatum proprio cubiculo, vbi sanctissimi Crucifixi imago aderat, inclusit, ad quem, meis, inquit, peccatis factum est, vt tam pertinaciter in malè agendo perseueres, cùm mea tot monita nihil hactenus profecerint, & fluentibus vbertim lachrymis, ac denudato corpore flagellis coram Sacerdote verberare se cœpit, quo ille spectaculo cõmotus, ad pedes sancti Archiepiscopi rogans, vt desisteret, se proiecit, & meliorem vitæ rationem se imposterum secuturum spopondit. Ita deponunt de publica voce & fama in processu Valentino super 7. Carolus Ioannes de Torres 20. testis *fol.* 341. Petrus Guttierez, 21. testis ætatis 91. annorum *fol.* 348. qui vltra publicam vocem & famam deponit de auditu à Bernardo Simon, cui hoc de vera scientia innotescebat Ludouicus Nadal 22. testis, *fol.* 252. & Franciscus Dymas Pellicer. 12. testis in processu Valentino, super 23. *fol.* 313. qui fuit filius dicti Sacerdotis, qui etiam vltra publicam vocem & famam deponit auditu ab ipsomet Sacerdote suo

patre, qui multis cum lachrymis factum hoc ob quod aliam vitam instituerat enarrabat.

Iste actus non potest negari, quin sit probatus, habemus enim primò testes deponentes de publica voce & fama, quæ coadiuuatur ex duobus testibus, quorum vsus deponit de auditu, ab ipsomet Sacerdote correcto, qui erat pater ipsius testis, alius verò de auditu ab eo cui de vera scientia factum innotescebat, & concurrunt etiam dicta aliorum testium, vt statim diceretur, qui deponunt; quòd venerabilis vir solitus erat vti similibus remediis, & etiam qualitas facti, quæ est difficilis probationis, necnon tempus satis antiquum, cùm sanctus vir obierit de anno 1555. Ex quibus omnibus simul iunctis cum dicta publica voce & fama habetur plena probatio. Bartolus *in cons. 2. numero 2. libro. 2.* Alexand. *cons. 24. numero secundo, vers. vltima præsumptio. libro secundo.*

Iterum quendam Canonicum dissolutè viuentem ad se vocauit, eique iniunxit, vt res suas componeret, & noctu ad se accederet, quasi manè Romam profecturus:

ſturus : quod cùm ille perfeciſſet, per menſem integrum cubiculo detinuit, tótque illo tempore ad meliorem frugem, & generalem peccatorum expiationem hortatus eſt, cúmque poſt ſex menſium retentionem verus Chriſti miles euaſiſſet : neceſſe non eſt amplius, inquit, Romam proficiſci, cùm te in cœleſtem Ciuitatem hac ratione proficiſci decreuerim; quibus dictis eum dimiſit, & vniuerſa ciuitas à Romana curia reuerſum fuiſſe credidit, & ſanè magnum huiuſmodi correctio peperit in Canonico vitæ mutationem, vt deponunt de auditu in proceſſu Valentino ſuper 7. Petrus Moncada 14. teſtis, *fol.* 175. Michaël Hieroymus Vinaron. 2. teſtis *fol.* 143. & generaliter de hoc facto deponit Petrus Valentinus 16. teſtis, *fol.* 180. examinatus authoritate ordinaria. Et iſta probatio coadiuuatur, quia his piis modis & ſimilibus vtebatur ſanctus Præſul pro concluſione ſui gregis, ita Petrus Guttierez, & Ludouicus Nadal locis ſuprà allegatis, & Mariana de Sottomaior, ætatis octuaginta annorum teſtis, 26. ſuper 7. in proceſſu Valentino *fol.* 322.

deponit, quòd ſanctus vir in reformatione vſus fuit modis exquiſitis, & prudentibus, magno feruore & charitate plenis; & ſubiungit particulariter ſe meminiſſe cuiuſdam nobilis & eximij ciuis Valentini, & cuiuſdam Eccleſiaſtici ſibi cogniti, coram quibus aſperè ſe pro illorum culpis atterendo flagellis, perditos eorum mores, invſitata hac ratione coërcuit.

Ita actus videtur ſatis probatus, qui cùm Sanctus obierit de anno 1555. verſamur de probando facto excedente tempus 60. annorum, quod tempus in teſte antiquum dicitur, quare admittuntur teſtes de auditu. Alex. *conſ.* 187. *num.* 3. *lib.* 2. *lib.* 1. Put. *deciſione* 74. *lib.* 1. *in nou* Maximè concurrente adminiculo, Seraph. *deciſ.* 75. *num.* 1. Et ceſſat omnis difficultas, quia ſi tempus non eſt antiquum, habita ratione ad diem examinis teſtium, accedit ſaltim proximè, quare depoſitiones de auditu vinctis adminiculis ſunt admittendę. Alex. *conſ.* 236. *in fin. lib.* 6. Adminicula autem hîc ſunt validiſſima, vt patet ex omnibus prædictis.

Modus autem iſte corrigendi non mediocri laudatione à ſcriptoribus commen-

datur

datur, nouissimè enim Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 44. *vers. octauum est*; Episcopus, inquit, non debet esse violentus & percussor, sed modestus, vtens verbis, quibus potiùs ad amorem quàm ad confusionem, vel iram, aut indignationem moueat, ex illo Apost. ad Galatas, c. 6. *Fratres, etsi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis*, & in posteriori ad Timoth. cap. 2. *cum modestia*, inquit, *corripientes eos, qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitētiam ad cognoscendum veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis*, & quamuis ibidem sanctus Paulus *ad Titum cap.*1. dicat; *Increpa illos durè, vt sani sint in fide*, & cap.2. *Argue eos cum omni imperio*, & 2. ad Timoth. c. 4. *Argue, obsecra, increpa, cum omni patientia & doctrina*; tamē Chrysostomus & Theophylactus obseruant hæc inter se non pugnare, nam Chrysostomus, vehemens, inquit, reprehensio, quando ita fit, vt à mansuetudine non discedatur, ea maximè est, quæ operari egregiè cōsueuit, quod suum est, licèt enim profectò acriùs cum mansuetu

ſuetudine carpere, quàm cum audacia & ſeueritate confundere ad quē locum alludens Auguſt.*tom.6 lib.cōtra Epiſt. Manich. quā vocant fundamētum c.*1. Neceſſarium, ait, fuit eligere & optare meliora, vt ad veſtrā correptionem aditū habeamus, non in contētione, & æmulatione, & perſecutionibus, ſed manſuetè conſolando, beneuolè hortando, leniter diſputando, ſicut ſcriptum eſt, *Seruum autem Dei non oportet litigare*, ſed non à ſcriptoribus tantùm hæc corrigendi ratio extollitur, verùm etiam plurimos Patres ſanctitate pręſtantes eam ſecutos fuiſſe hiſtoriæ atteſtantur: nam quantum ad orationem attinet, Dionyſ. Carthuſ. *de vi & regim. Epiſc. cap.* 44. ſcribit, ſanctum & feruentiſſimum ac humiliſſimum Hugonem ad Gratianapolitanæ Eccleſiæ regimen aſſumptum, inueniſſe populum ſuum miro modo deformatum, rudem & incultū circa Dei obſequium clerum quoq; omninò deordinatum atque collapſum, in tantùm quòd ſacerdotes publicè in facie Eccleſiæ duxerint vxores: qui videns ſe viribus ſuis nequaquā ſufficere ad reformandum, gubernandū, & cuſtodiendū ſibi cōmiſſos cō-

fugit

fugit ad Deũ, die ac nocte inuocãs eũ, prostratus in terrã, sicq; infra breue tẽpus mirabilẽ fructum fecit in populo, & sacerdotes cũ cętero Clero magnificè reformauit, idem legitur de S. Lupo Episc. Senens. qui suis orationibus induxit clerũ ad continẽtiam. S. autem Malachias Episcopus, cuius vitã scribit S. Bernardus, oratione Ecclesiã reformauit. Moyses etiã omnia negotia cũ Deo cõmunicabat, querelas enim populi tabernaculum ingressus ad Dominũ referebat, vt secũdùm eius imperiũ iudicaret, vt cõsiderat Innoc. *in c. cùm æterni, de sent. & re iud.* & S. Bern. *super Cantic. serm. 76.* Boni, inquit, pastores, qui vigilãtes animo, atque in orationibus pernoctãtes hostium insidias sagaciter explorãt, anticipant cõsilia malignantiũ, deprehẽdunt laqueos, eludunt tẽdiculas, retiacula dissipãt, machinamẽta frustrantur, & multũ solliciti pro sibi cõmissis dominicis ouibus cor suũ tradunt ad vigilandũ diluculo ad Dominũ, qui fecit illos, & in cõspectu altissimi deprecãtur.

Itaque excelluit in Thoma cum misericordia pietas, & tum maximè populo cui præerat, orbíque terrarum innotuit, cùm ipse ratione pastoralis officij delinquentes

sibi

ſibi ſubditos coactus eſt obſecrando monere, increpando corrigere, & pro eorum culpis à ſemetipſo pœnam exigendo ſatisfacere, quod ab aliis etiam Epiſcopis factũ fuiſſe ſcribit Dionyſ. Carthuſ. *de vi & regim. Epiſcop. c. 9.* Hæc pietas, inquit, vera & ſpiritualis miſericordia in ſanctis Epiſcopis viguit vehementer; ſic namque de beato Ambroſio, legitur, quòd confitentibus grauia peccata tam cordialiter condolebat, quòd vberrimè fleuit in tantùm quòd & illos fecit plorare; ſic quoq; ſanctus Vgo Grationopolitanus Epiſcopus ſuper capita confitentiũ copioſas conſueuit fundere lachrymas, & *c.* 44. de eodem loquens, nedum inquit, oratione Clerum reformauit, ſed etiam non parcendo ſibi in laboribus, ieiuniis, diſciplinis, lachrymis & vigiliis,conformiter D. Thomas de Aquino confeſſiones audiendo confitentibus condoluit lachrymosè. Præterea in veteri teſtamento Hieremias, Danièl, & ſancti Prophetæ peccata Iſraeliticæ plebis amariſſimè deplanxeruut, Eſdras quoque cùm peccata grauia filiorum Iſrael percepiſſet, ſcidit veſtimenta ſua præ ingenti mœrore, ſeditque lugens vſque ad veſperam,

ram; & S. Ioannes Eleemosynarius, vt habetur *in eius vita cap.*13. memor illius D. Pauli 2. ad Corinth. c. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor.* & ad Galatas 16. *Vos qui potentes estis, debetis infirmitates impotentium portare*; humilitate reduxit ad pœnitentiam clericum contumacem. In vitis etiam Patrum nuper recognitis ab Heriberto Rosuueydi *libro* 1. *libell.* 5. *de fornicatione.* § 27. habetur, quòd cùm duo Fratres venissent ad ciuitatem, & aliter in fornicationem incidisset, & propterea ad Heremum redire recusaret, idem peccatum alter se commisisse dissimulans, effecit, vt socius ad eremum reuerteretur, & vterque cùm se reos illius peccati fecissent seniores Heremitæ pœnitentiam iniunxerunt; ille tamen innocens non pro se, sed pro altero fratre pœnitentiam agebat, ac si ipse peccasset. Quare videns diuina misericordia eximiam illius fratris charitatem, paucos infra dies vni ex senioribus reuelauit, se ob charitatem fratris qui non peccauerat, illi qui fornicatus fuerat, pepercisse, & subdit author libri: verè hoc est ponere animam suam pro fratre suo. Idem, vel non dissimile exemplum refert

Ruffinus Aquileienſis,vt habetur in dictis vitis Patrum *lib.* 3. §.12. & rurſus Ioannes Moſchus,vt legitur in eiſdem vitis Patrum *lib.* 10.*cap.* 97.

Accedit ad ea, quæ de charitate venerabilis viri diximus,quòd in oppido Compluten. Religioſis ſui Ordinis, vt inibi ſacræ Theologiæ operam darent, Collegium à fundamentis extruxit, & annuos redditus ducatorum 300. aſſignauit, prout probant quamplures teſtes in proceſſu Caſtellæ ſuper 30. videlicet frater Didacus de Gueuara 5, teſtis *fol.* 266. Doctor Gregorius Ruiz Canonicus Magiſtralis Salamantin. 6. teſtis *fol.* 280. & in proceſſu Valentino ſuper 26. Matthæus Ioannes Lopez 22. teſtis *fol.* 193. *à t.* Frater Franciſcus de Molina 24. teſtis *fol.* 299. Antonius Ioannes Andreu. 35. teſtis ſuper 26. *fol.* 215. Don Federicus Borgia *fol.* 213. & ſuper 30. Franciſcus Dimas Pelicer. 12. teſtis *fol.* 312. *à t.* Aliud quoque Collegiũ pro pauperibus Theologiæ & artibus operam nauantibus in ciuitate Valentina fundauit, dotauítque,ex quo viri tum doctrina, tum ſanctitate conſpicui prodierunt, vt deponunt teſtes in proceſſu Valentino,

vide

videlicet Franciscus Dymas Pellicer. 12. testis super 26. *fol.* 197. Antonius Ioannes Andreu. 33. testis super 26. *fol.* 216. Don Felicianus de Figueroa, 52. testis, super 24. *fol.* 242. Vincentius Ferrer, 3. testis super 30. *fol.* 282. *à t.* Michael Hieronymus Vich. 4. testis super 30. *fol.* 285. *à t.* Marcus Antonius Vernich, 8. testis super 30. *fol.* 297. Petrus Ioannes Assenno 46. testis super 30. *fol.* 427. *à t.* quæ quidem fundationes licèt videantur mixtæ, vt scilicet spectet ad charitatem corporalem & spiritualem, tamen cùm venerabilis Archiepiscopus principaliter spectasse videatur, vt Religiosi & pauperes litterarũ studiis incumberent, debent attribui primo præcepto charitatis spiritualis, quod est docere ignorantes, vt optimè fecit sanctissimus Præsul duo Collegia ad hunc vsum erigenda, & sanè laudabile est, quòd ea quę per seipsum propter munera Episcopalia adimplere nõ poterat, per alios fieri perpetuò curaret, vt pulchrè ad propositũ considerat Dionys. Carthus. *de vit. & reg. Episc. c.* 8. inquit enim: Et quod per seipsum S. Episcopus nõ potest exequi, & implere, faciat per alios diligẽter & cõdignè impleri.

Extant etiam plures libri ſermonum eiuſdem Archiepiſcopi animarum ſaluti perutiles, inter quas vnus Latinè conſcriptus, & anno 1581. Compluti editus per manus circumfertur, ita deponunt in proceſſu Caſtellæ ſuper 30. art. Magiſter Frater Didacus de Gueuara primus teſtis *fol.* 260. Magiſter Frater Auguſtinus Antolinez. 5. teſtis *fol.* 250. *à t.* Doctor Gregorius Ruiz 6. teſtis *fol.* 252. *à t.* Doctor Don Hieronymus de Herrera 12. teſtis *fol.* 70. Petrus Ioannes Aſſentio presbyter Theologus 86. teſtis *fol.* 477. *à t.* in proceſſu Valentino, Fr. Franciſcus de Molina Cartuſian. *in ſuo libro inſtructionis Sacerdotum impreſſo Romæ de anno* 1614. *tract.* 4. *cap.* 5. §. 1. Verba ſancti Præſulis in concione tertia de Sacramento altaris habita valdè cõmendat, inquiens eum ad imitationem ſancti Ambroſij ſumma cum pietate, verborúmque elegantia petiiſſe à Deo neceſſariam diſpoſitionem ad ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, & vt refert primus teſtis loco præcitato de operibus venerabilis viri, meminit eruditiſſimus Franciſcus Suarez, ad dictam autem erectionem collegiorum, librorúmque compoſitio

poſitionem, vt inſtruerentur ignari, collapſique ſubditorum mores reſtituerẽtur, videtur edoctus à ſancto Paulo *ad Coloſſ. cap.* 1. inquit enim: *Quem*, id eſt, *Chriſtum, nos annunciamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu*, & Daniel cap. 1. *Præceptum eſt præpoſito Eunuchorum, vt introduceret pueros; in quibus nulla eſſet macula, decores forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in Palatio Regis, vt doceret eos litteras & linguam Chaldæorum.*

De charitate venerabilis viri erga proximum quoad opera corporalia.

ABſolutis miſericordię ſpiritualis operibus, ad corporalia deueniendum eſt; & primò quidem habita ætatis ratione ab eis, quæ venerabilis Thomas egit, dum puer adhuc eſſet, exordiemur, poſtmodum de iis, quæ geſſit in Epiſcopatu tractabimus. Legitur in vita ſancti Ioannis Eleemoſynarij apud ſuum tom. 1. quod

de ſeipſo hanc viſionem referebat. Cùm eſſem quíndecim annos natus, & verſarer in Cypro, quadam nocte puella quædam ſplendidè veſtita, & oleagina corona erat ei caput redimitum. Cùm verò propè me ſteriſſet, & manu latus pupugiſſet, me territum è ſomno excitat, ſtatímque non ampliùs ſomnium, ſed reuera aderat id, quod apparebat. Rogaui autem eam, quęnā eſſet, & vnde veniret, & quomodo auſa eſſet accedere ad me dormientem? illa verò ſubridenti, & læto vultu me hilariter & placidè intuens: Sum inquit, prima ex filiabus Magni Regis, ſi tu me amicam paraueris tibi, potero te ei efficere familiarē: nulli enim maior eſt apud eum quàm mihi fiducia, quoniam ei, vt è cœlo deſcenderet in terram, & carnem acciperet humanam, ego perſuaſi: hæc dixit, & ſtatim receſſit. Ego verò cùm ad me rediiſſem, & id quod viſum fuerat, mente verſarem, iudicabam eā eſſe miſericordiam, ſiue eleemoſynam. Hæc tibi cùm agendum ſit de cœlo eleemoſynario, non Ioanne, ſed Thoma, non ad rē prędicta incerta ſunt; nā etſi ſimilem viſionē non habuit, Eleemoſyna tamen cum illo nata fuit, & creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa

est mecũ, (quæ verba postquã pręsenti loco adscripsimus apud Michaëlẽ Salonem, qui vitã Thomę cõscripsit,pro eiusdẽ Vẽn. viri symbolo vsurpata fuisse reperimus, & sic gratiã quam Dominus vno modo eleemosynario Ioanni impertitus fuerat, alio modo eleemosynatio Thomę impetiuit; adhuc enimpuerulus ientaculum sibi datũ gimnasiũpeteret,interpauperesdiuidebat. & modò sagũ,modò thoracem,nõnunquã pileum,caligas & palliũ, quasi alter Ioannes Eleemosynarius, qui adhuc iuuenculus eadem agebat, vt habetur in eius vita c.7. pauperibus erogabat, ita vt nudus paternam in domum reuerteretur: messoribus paratum cibum inter pauperes spicam colligentes partiebatur; & triticum recepturus à rustico cui accommodauerat,viso filiorum illius numero, cognitáque indigentia benignè donauit. Hæc probantur per testes de publica voce, & fama, & de auditu à maioribus, quos satis probare nõ est ambigendũ, cùm agatur de re antiquissima ex suprà deductis, ita in processu Castellę super 6.Maria Sãchez ętat.80.annor. 6.testis *fol.*483.Alphõsus Garzias ætat.90. annor.8.testis *fol.* 494.*à t.* Anton.Martinez

ætatis 80. annorum 9. teſtis *fol.* 501. & ſuper 9 art. Agnes Gonzales, ætatis 80. annorum 14. teſtis *fol.* 521. *à t.* Gundiſaluus de Polo ætatis 80. annorum 15. teſtis *fol.* 531. Ioannes Sanchez ætatis 70. annorum 28. teſtis *fol.* 576. *à t.* Ioannes Fernandez ætatis 60. annorum 33. teſtis *fol.* 591. *à t.* Chriſtophorus Thomas ætatis 70. annorum 34. teſtis *fol.* 591. *à t.* Gundiſaluus Camero, ætatis 88. annorum 38. teſtis *fol.* 607. *à t.* Beatrix Lopez 40. teſtis, ætatis 70. annorum *fol.* 641. Helena Lopez ætatis 83. annorum 44. teſtis *fol.* 641. Andreas de Buſto ætatis 64. annorum 45. teſtis *fol.* 645. & ſuper 3. Maria Lopez ætatis 50. annorum 20. teſtis *fol.* 550. Lucia Perez ætatis 90. annorum 22. teſtis *fol.* 157. *à t.* Ludouica Lopez ætatis 80. annorum 26. teſtis *fol.* 569. *à t.* Barnabas Gonzales ætatis 88. annorum 27. teſtis 573. *à t.* Lucia Martines 70. annorum 30. teſtis *fol.* 583. qui omnes præter Mariam Lopez fuerunt examinati authoritate ordinaria. Hæc eleemoſyna facta à venerabili viro dum erat filiusfamilias commendanda, & non reprehendenda eſt: licèt enim filiusfamilias non poſſit eleemoſynas facere

cere sine consensu patris, sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 32. *art.* 8. *in responsione ad tertium.* attamen vt inquit idem sanctus Doctor cōclusio non habet locum in modica eleemosyna, quam filius præsumere potest, quod patri non displicet, Alex. de Ales. 4. *parte, membr.* 4. *art.* 3. in resolutione, prout etiam nō habet locum, quando filius facit illam eleemosynam, quam bona fide credit ratam habiturū patrem. Azor. *instit. moral. parte* 2. *lib.* 12. *cap.* 10. *post principium.* & consentit Leonardus Lessius *lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 13. *num.* 79. In proposito autem, si capiamus leuem eleemosynam circa ientaculum intrat prima limitatio; si verò capiamus alias eleemosynas, intrat præsumptio, quòd patri placuerit, tum quia parentes erant admodum pij in eleemosynis elargiendis, vt probant testes in processu Castellæ super 3. Ludouicus Feo 2. testis *fol.* 465. Ioannes de Ramo *fol.* 470. Antonius de Molina 4. testis *fol.* 475. Catharina Garzia 5. testis *fol.* 478. *à t.* qui omnes sunt examinati authoritate ordinaria, & alij quamplures testes, & coadiuuatur ista præsumptio ex depositione Gundisalui Camero, exami-

nati authoritate ordinaria 38. testis super 9. in processu Castellæ, *fol. 607. à t.* dum deponit, quòd cùm mater sancti viri dixisset patri de donatione tritici rustico facta, pater ei silentium iniunxit, & coadiuuatur ex alia depositione Mariæ Lopez 20. testis super 3. in processu Castellæ *fol.* 550. dicentis sanctum puerum cùm domi solus quadam die remansisset, & quid egenis distribueret, non deberet vnicuique pauperum dedisse pullum Glotiæ, & reuertēti matri dixisse, vt imposterum eleemosynam pauperibus distribuendam domo egressura relinqueret, quæ cognoscens eleemosynā de pullis factam, valdè gauisa est, & exinde eleemosynas quas puer faciebat, videre se dissimulauit, prout deponit in eodē processu *fol. 641.* super 9. Helena Lopez. 44. testis examinata autoritate ordinaria, ex quo consensu matris iunctis aliis suprà deductis ad consensum patris saltim ex omnibus simul iunctis facilè potest inferri.

Suscepta verò Archiepiscopatus dignitate ad ciuitatem Valentiæ in die Circuncisionis Domini anno 1544. accessit, vt deponunt plures testes in processu Valentino

super

ſuper 10. art. videlicet, Franciſcus Dymas Pellicer. 12. teſtis *fol.* 313. Bartholomæus Eſcola 14. teſtis *fol.* 320. Honofrius Monfort 50. teſtis *fol.* 437. & alij quamplures, & in eodem Archiepiſcopatu vixit vſque ad feſtiuitatem Natiuitatis Virginis Mariæ anni 1555. vt prædicti 12. & 14. teſtes deponunt, & alij quamplures, in quo ſanctiſſimo munere paſtoralis officij manus ſuas largiter extendens maximas pauperes eleemoſynas ſubleuauit, de quibus antequam agatur, prænotandum eſt, quòd vbi non eſt facta diuiſio bonorum, vna pars ſpectat ad Epiſcopum, alia ad Clerum, tertia ad fabricam Eccleſiæ, quarta ad pauperes *c. quatuor 12. quæſtione* 2. vnde ſi non eſt facta bonorum diuiſio ſecundùm legẽ iuſtitiæ, debet Epiſcopus quartam redditùum partem in pauperes erogare, ita vt ſi aliter fecerit, ad reſtitutionem teneatur. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 185. *art.* 7. vbi Caiet. Nauar. *de reddit. Eccleſ. quæſtione* 1. *moniti* 49. Tolet. *inſtruct. Sacerd. lib.* 5. *c.* 4. *num.* 9. ſi verò diuiſio facta eſt ex lege charitatis ſub pœna peccati mortalis, quod ex portione ſua deducto competẽti victu & veſtitu ſupereſt, pauperibus debet

elargiri, licèt aliter faciens ad restitutionem non teneatur, quamuis aliqui contrà senserint. Sanctus Thomas & Caiet. *loco prædicto*: Tolet. *num.* 1. Nauar. *locis præcitatis*. Molina *de iustit. & iur. tract.* 2. *disputatione* 144. *num.* 7. *vers. contrariam sententiam.*

Ex quibus si admitteremus, quòd in ciuitate Valentina non fuerit facta diuisio, si pauperibus portionem eis debitam venerabilis Archiepiscopus distribuit, id ex iustitia fecit, si verò ex portione sua fuit elargitus, id charitati adscribendum est; imò etiam aliqua pars liberalitati, illam scilicet, quam necessitatibus suis subtrahebat, vt in pauperes erogaret, prout infrà dicemus, dum de liberalitate tractabimus; verùm in hoc casu tota sancti Archiepiscopi eleemosyna probabiliter charitati adscribenda videtur, quæ fuit adeò excellens, vt omnes redditus sui Archiepiscopatus (licèt in regnis Hispaniarum sit facta diuisio reddituum, vt dicit Molina *de iustitia & iur. tract.* 2. *disputatione* 144. *num.* 14.) pauperibus nihil sibi obseruando, erogaret, ita de vera scientia deponunt super 15. In processu Valentino

Don

Don Carolus Ioannes de Torres 20. teſtis *fol.* 339. *à t.* Mariana de Sottomaior 26. teſtis *fol.* 363. & de publica voce & fama Petrus Guttierez, ætatis 91. annorum 21. teſtis *fol.* 346. *à t.* ita vt neminem vnquam illius rei indigum ad ſe venientem dimiſerit vacuum, ita in proceſſu Valentino Don Carolus Ioannes de Torres 20. teſtis ſuper 14. *fol.* 339. *à t.* Petrus Guttierez 21. teſtis ſuper 11. *fol.* 346. Don Petrus Moncada examinatus authoritate ordinaria 14. teſtis ſuper 11. & 14. *fol.* 173. *à t.* Petrus Garzia 42. teſtis examinatus authoritate ordinaria ſuper 32. in proceſſu Caſtellæ *fol.* 630. qui ſubiungit, quòd ſanctus vir habebat catalogum omnium pauperum ciuitatis Valentiæ, vt etiam narrat Salon in eius vita *lib.* 2. *cap.* 14. prout de ſancto Syluestro ſummo Pontifice legitur, quòd omnium orphanorum, viduarum ac pauperum nomina penes ſe ſcripta ſeruabat, eíſque neceſſaria ſubminiſtrabat, vt refert Dionyſ. Carthuſ. *de vita & regim. Epiſcop. cap.* 8. tantáque fuit eius charitas, vt dictus Petrus Guttierez *loco præcitato* ſuper 11. *fol.* 346. *à t.* deponat de viſu, quod (quaſi alter ſanctus

Mat

Martinus cuidam pauperi proprium pallium dederit, & dicta Mariana de Sottomaior 26. testis super 10. loco præcitato *fol.* 363. dicit, quòd indusia, linteamina, cæteròsque pannos lineos, &c. proprij lecti indigentibus elargiebatur; & ipsa testis licèt haberet auxiliatrices, in pannis consuendis, non poterat tam celeriter illos perficere, quin sancti viri liberalitas suam præcurreret celeritatem, adeò vt si subitis sancti viri necessitatibus prouisum vellet, duo semper indusia adseruare cogeretur, cúmque ei aliquoties dixisset, aduertat dominatio vestra, quòd si ita aget, indusia & linteamina sibi necessaria deficient. Respondit Archiepiscopus, Chara filia, hoc pro pauperibus est, dato & ferto mihi opem, additque insuper eadem testis ex illis quæ aderant pãnis lineis peiores semper sibi suísque eligere solitum.

Ista præclara, & nunquam satis laudatà monumenta charitatis clariùs inter homines elucebunt si perpẽdatur eius immensa, vestitu ac suppellectili temperantia, quódque fratri ad Patriam redeunti, non nisi ducatos ducentos, currúmque cum binis mulis donauerit, neptes valdè mode-

ratè

ratè dotauerit, cæterisque propinquis habita personarum ratione parcè subuenerit, vnum tantùm biretum, vt vocant, habuerit, & vestimenta sua propriis manibus resarserit, vt pauperibus quorum se tutorem ac patrem egit largiùs subueniret, de quibus omnibus latiùs suo loco dicetur. Quæ charitatis opera, quantæ sint æstimationis facilè intelligitur ex *Matth.* 10. vbi, *qui dederit potum aquæ frigidæ non perdet mercedem suam.* & Matth. c. 25. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*; vbi causam tantæ retributionis assignans subdit. *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi potum*, & Apostoli 1. ad Timoth. cap. 4. *Pietas*, inquit, qua datur pauperibus, *ad omnia valet, promissionem vitæ, quæ nunc est, habens & futuræ*, id est, bonorum præsentium & futurorum, vt eleganter docuit S. Antonin. 4. *parte, tit. 5. c. 17. §. 3.*

Tanta enim & tam eximia charitate proximorum necessitati in dotātibus puellis succurrebat, vt nullus ad eum accederet parēs bonorum egenus, nubiles tamen filias in matrimoniū daturus, quin ipse prestò necessitatibus adesset, dotē cōstitueret,

& om

& omnes, quæ tamen innumerabiles fuerunt, honesto matrimonio collocaret, ita de vera scientia in processu Valentino deponunt Mariana de Sottomaior. 26. testis super 12. *fol.* 363. Petrus Guttierez 21. testis super 12. *fol.* 146. & in processu Castellæ Petrus Garzias 42. testis super 32. examinatus authoritate ordinaria *fol.* 630. Quod opus quanti sit meriti, quantisque laudibus in cœlum efferendum, nemo est qui non intelligat, si discrimen honoris, & lubricum fœminarum in nubilitate consilium, cogitando rectè perpendat: si enim sanctus Nicolaus Myræ Episcopus summè laudatur, quòd tres tantùm virgines antequam ad Episcopatum assumeretur, matrimonio iunxerit, & Abbas Vitalis, vt habetur in vita sancti Ioannis eleemosynarij *cap.* 35. valdè meruit emendo noctibus à meretricibus, ne libidinis vitio se polluerent, quanta Rhetorum oratione, quibus laudum præconiis Valentinus hic Archiepiscopus erit celebrandus, quanti etiam meriti, apud Deum extitisse dicemus, qui innumerabiles virgines ne in dæmonis laqueos inciderent, dote constituta præseruarit, & integras ætates
eme

emerit, ne errorum labyrintho implicarentur.

Non minorem curam adhibuit in pueris expositis educandis, qui cùm prius in portas proiicerentur, & ab nutrientium defectu vix nati interirent, in omnibus suæ diœcesis parochiis edici iussit, vt omnes ad sui Palatij portam exponerent, quos ipse vocatis nutricibus diligenter educari curabat, & primo cuiuslibet mensis die, dum Missæ sacrificium celebraturus egrederetur, infantes, quos nutrices in quadam aula prope Capellam certo ordine stantes in vlnis deferebant, sigillatim intuebatur, mercedem nutricibus exoluebat, quam puerum afferenti nitidiorem solito maiorem præstabat, quo magis ille ad enixam puerorum curam impelleretur. Et hæc tanto animi affectu gerebat, vt sæpenumerò tenellulas puerorum genas propriis manibus demulceret; postquam verò à pueris excesserat, fœminas quidem apud honestissimas Valentinæ ciuitatis matronas, masculos verò apud artifices, vt artem ediscerent, collocabat. Ita de vera scientia deponunt Petrus Garzia Castellanus, ætatis 78. anno-

rum

rum 42. teſtis ſuper 32. artic. in proceſſu Caſtellæ *fol.* 630 & in proceſſu Valentino Don Carolus Ioannes de Torres ætatis 73. annorum 20. teſtis ſuper 13. art. *fol.* 339. Petrus Guttierez 21. teſtis ſuper 13. *fol.* 446. & Mariana de Sottomaior 26. teſtis ſuper 13. *fol.* 363. Quod opus tam præclarum atque laudabile maximam venerabilis viri charitatem oſtendit, cùm deficientibus hoſpitalibus ad pueros expoſitos alendos Epiſcopus eoſdem alere ſaltem in totum non obligetur, per ea quæ notant Theſſ. *in deciſ.* 118. *per totam.* Accedit ad hæc ſpectabile in captiuis redimēdis charitatis exemplum, cùm enim Mauri quoddã Caſtellum nomine *Cullera* hoſtiliter inuaſiſſent, multaſq; ſecum animas, vt aiunt euexiſſent, pro eorũ redemptione magnam pecuniæ vim ſanctus Antiſtes elargitus eſt, prout narrat Salon. in eius vita *lib.* 2. *cap.* 15. & deponit Petrus Garcia Caſtellanus Curatus 42. teſtis, ætatis 78. annorum ſuper 32. examinatus authoritate ordinaria in proceſſu Caſtellæ *fol.* 360. qui licèt ſit vnicus, attamen eius dictum redditur adeò veriſimile ex ſuprà narratis, vt ei ſtandum ſit, etiam ad effe-

ctum plenæ probationis. Bartolus *in l.* 1. *§. idem Cornelio. ff. de quæst.* Socin. iun. *in cons.* 56. *num.* 5. *lib.* 4. & in hoc versatur, iudicis arbitrium. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 99. *in fine cent.* 1. Seraph. *decis.* 676. *num.* 2.

Vlteriùs venerabilis Præsul verum se S. Ioannis Eleemosynarij imitatorem, etiã moriturus exhibuit, qui, vt legitur in eius vita prope finem apud Surium *tom.* 1. vltimum in hæc verba suum suscipit elogium: Ioannes humilis seruus seruorum Dei propter mihi impositam Pontificatus dignitatem, gratia Christi liber, ago tibi gratias Domine Deus meus, quòd me dignum censueris, qui tua tibi offerrem, & quòd ex mundi bonis nihil aliud sit mihi reliquum, nisi tertia pars nummi, quam ipsam video quoque dari pauperibus, qui sunt mihi fratres in Christo; quando enim Dei permissione creatus fui Episcopus Alexandriæ, inuoni in meo Episcopatu circiter octo millia librarum auri: ex oblatione autem piorum collegi donis millibus plures his pecunias, quas cùm cognoscerem esse Christi; Christo etiam dare volui; cui nunc quoque trado animam. Quæ quàm

optimè applicentur, & conueniant cum gestis in sanctissimo fine à venerabili Thoma, satis apparebit, si rectè, quæ de ipso modò dicentur, perpendantur. Nam in extremo vitæ cõstitutus vocato ad se thesaurario pecuniam omnem in pauperes distribui iussit, cúmque certam ille partem domi reseruasset, iterum iniunxit, vt illam etiam erogaret, nolle se, inquiens, domi suæ pecuniam tempore sui obitus reperiri. Quibus peractis, cùm illi dictum fuisset, nihil iam superesse, vel ad vnius diei cibum emendum: Nunc lætus, inquit, morior. Neque his acquiescens Pręsul amantissimus supellectilem omnem inter pauperes familiares partitus est, cúmque Cõmentariensis non meminisset ab illo ad se benignè vocato veniam petiit, & lectum in quo moriturus iacebat, dono dedit, eleemosynæque nomine ab eo impetrauit, vt in illo se mori permitteret. Ita deponunt in processu Valentino Michaël Vincẽte Notarius 8. testis super 15. *fo.* 169. & Matthæus Ioannes Lopez 24. testis super 17. *fol.* 193. examinatus authoritate ordinaria, quæ quàm præclara sint, nemo est, qui non videat. Quare cum authore

vitæ

vitæ ſancti Ioannis per eademmet verba nobis concludendum eſt, O glorioſa res, ô deuotionem ſancti! Non attendit ſicut, debuiſſet ſuis, quod multi faciunt, qui in diuitiis ſunt, qui Dei dona, aut ex iniuria collecta, tanquam propria, & tanquam ſe ea ſecũ ferre poteſt; theſaurizant, & non largè egenis præbent, ſed illa quærebat, quæ ſemper manent, vt aliquando non minuantur.

Et ex his præclarè geſtis quis inficiari audeat, quòd ſicut ſanctus Ioannes Eleemoſynarius ab eleemoſyna, ſic etiam ab illa noſter hic Thomas Eleemoſynarius perducti fuerint ad portum æternæ felicitatis, nam ſicut vir admirabilis, vt legitur in vita eiuſdem ſancti Ioannis cap. 52. & induſtrius Sabinus nomine vidit quaſi in exceſſu mentis factus diuinitus honoratum Ioannem de proprio Epiſcopo egredientem cum Clero omnia circa portantem, & ad Imperatorem, hoc eſt, ad cœleſtem patriam euntem tanquam Eunucho quodam (vt ipſe dicebat Sabinus) Cubiculario hunc vocante, poſtquam ianuam Epiſcopi exiit (quod ſignificat proprij corporis ſeparationem) & vnam puel-

lam, vt ſolem (quæ erat eleemoſyna, quæ ab ineunte ætate illi apparuit) ſuſcipientem eum, & manu tenentem, & ſuper caput coronám ex oleo ramis circumamictam: ſic nos non in exceſſu mentis, ſed clara luce perſpeximus, S. Archiepiſcopo eandem eleemoſynam, quæ cum illo nata fuit, & creuit penetralia cœli reſeraſſe; illa enim ad extremam, vt diximus, paupertatem hunc virum ſanctitate præclarum blanda ſuaſione perduxit, ita vt ſi per vnum diem ſuperuixiſſet, veluti egenus eleemoſynam petere coactus fuiſſet. Quamobrem venerabilis Thomas redditus maximos etiam ſuo victui adſcriptas linteamina, veſtes, domúſque ſupellectilem omnem diſtribuendo pauperibus ſibi theſaurizauit in cœlo. Propter quæ meritò tanquam alter Ioannes nomen Magni Eleemoſynarij, tam in ciuitate Valentiæ, quàm in regnis Hiſpaniarum ſibi Thomas comparauit, vt deponunt in proceſſu Valentino ſuper 23. Petrus Guttierez 21. teſtis *fol.* 346. *à t.* & Mariana de Sottomaior 26. teſtis, *fol.* 363. & Don Matthias Pallas 58 teſtis in examine generali *fol.* 248. hoc ita verum eſſe

ſub

ſubiungit, vt imago venerabilis viri fuerit in Archiuio Eccleſiæ Valentinæ inter alias præſulum imagines depicta in actu diſtribuẽdi in eleemoſynam nummos aureos pauperibus, & ſubdit, quòd cùm in illud glorioſæ memoriæ Philippus ſecundus Rex Hiſpaniarum vnà cum filia Iſabella Clara Eugenia ingrederetur, & imaginem viri ſancti reſpiceret, ſingulares in cordibus fidelium deuotionis affectus excitantem, filiæ dixerit, Iſte eſt ſanctus Archiepiſcopus, qui eleemoſynam abundè propriis manibus elargitur, cuius præclaras virtutes, totóque orbe notiſſimas tibi ſæpius commendaui.

De virtutibus Cardinalibus & primò de Prudentia.

HActenus de virtutibus Theologicis, nunc autem, vt noſtro ordine procedamus, de Cardinalibus agendum eſt, quatenus ſcilicet ſunt purgatoriæ, nedum in homine Chriſtiano, ſed in Religioſo, & Epiſcopo, vel quatenus ſunt purgati animi, vt in beatis, & in quibuſdã in hoc mũdo

perfectiſſimis. Sanctus Thomas 1. 2. *quæſtione* 61. *art.* 5. Et primò quidem tractandum occurrit de prudentia, quam idem 2. 2. *quæſtione* 47. *art.* 2. ita definit. Prudentia eſt recta oratio agibilium, quæ finem, & eius cognitionem præſupponit, ex quo tanquam ex principio rationem mediorum ad finem ſumit, quæ definitio, quantum attinet ad propoſitum noſtrum, erit intelligenda, quoad ea quæ ſpectant ad prudentiam veram, & perfectam, quæ eſt in omnibus habentibus gratiam; quæ ad bonum finem totius vitæ rectè conciliatur, iudicat & præcipit, quæ etiam ſola ſimpliciter prudentia dicitur. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 47. *art.* 14. in argumento, ſed contrà S. Antonin. *parte* 4. *titulo* 2. *cap.* 1. §. 3. Rayner. *in Pantheologia, verſ. Prudentia, cap.* 2. Vincent. *in ſpec. morali* 3. *part. lib.* 1. *diſtinct.* 35. *ad* 11. conſiſtit enim in eo, vt omnia mundana diuinorum contemplatione deſpiciat, omnémque animæ cogitationem in ſola diuina dirigat; iuxta illud (Pauli 2. ad Corinth. 4. *Non contemplantibus nobis, quæ videntur*, in peccatoribus enim falſa & vera prudentia eſſe poteſt; vera autem &

perfecta nunquam. Sanctus Thomas 2.2. *quæstione* 47. *art.* 13. *in corp.* nec ista definitio erit intelligenda de illa prudentia, quæ reperitur in iuuenibus, & in pueris baptizatis, ac in aliis, qui non habent industriam, sed gratiam; qui quomodo habeant veram, & perfectam prudentiam, docet sanctus Thomas *dicto art.* 14. Sanctus Antoninus, Rayner. & alij suprà allegati.

Partes integrales prudentiæ generaliter sumptæ sunt tres, scilicet memoria, intelligentia, & prouidentia, secundùm Tullium in 2. *Rhetor.* & hanc distinctionem sequitur sanctus Antonin. 4 *parte*, *tit.* 2. *c. in princ.* Memoria debet esse de beneficiis receptis à Deo, & maximè creationis, & redemptionis, & iustificationis mandatorum Dei, & aliorum de quibus sanctus Antoninus, *vbi suprà*, §. 4. Intelligentià versari debet in recta æstimatione Dei, qui est finis veræ & perfectæ prudentiæ, cùm sit recta æstimatio de aliquo particulari fine. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 42. *art.* 2. Prouidentia verò debet præcauere pericula, & illis obuiare, vnde sanctus Paulus ad Ephesеos 5. *Videte quo-*

modo cautè ambuletis, non quasi insipientes; id est, imprudentes, *sed vt sapientes*; scilicet prudentes, ne incidatis in pericula. S. Antonin. *vbi suprà.*

Prudentiæ autem partes subiectiuæ sunt hæ, Particularis, seu Monastica, Oeconomica, Politica, Regnatiua & militaris. S. Thomas 2. 2. *quæst.* 50. *art.* 1. *cum seqq.* S. Antonin. *parte* 4. *tit.* 2. *cap.* 3. *in princ.* vbi quòd non omnia prædicta requiruntur in homine ad effectum, vt prudens dicatur, sed secundùm conditionem suæ personæ; nam si homo consideretur in se, est necessaria prudentia particularis; si vt familiæ gubernator, necessaria est prudentia œconomica; si vt subditus, necessaria est prudentia politica; si consideretur vt Dominus, necessaria est prudentia regnatiua; si autem vt boni communis propugnator, requiritur prudentia militaris. Quòd autem in venerabili viro prudentia vera & perfecta cum virtutibus adiunctis, & aliis partibus integralibus, necnon subiectiuis: nam & hæc cùm Religiosus & Archiepiscopus fuerit ex infrà dicendis clarissimè apparebit.

De Prudentia monastica, siue particulari.

PRudentia particularis, siue monastica meritò inter partes subiectiuas prudentiæ primo loco ponitur, cùm *Luc. 6.* legatur. *Eiice primùm trabem de oculo tuo, vt eiicias festucam de oculo fratris tui*, & necessaria sit homini ad singularem eius perfectionem; vt videlicet seipsum regere sciat, se cautè à peccatis seruando, & diuinis præceptis obediendo, inquit enim Apostolus ad Ephesios 5. *Videte fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes; sed vt sapientes, redimentes tempus quoniam dies mali sunt, proptereà nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei*; & consistit hæc perfectio singularis prudentiæ in consideratione sui; vnde *Iob quinto* habetur. *Visitans speciem tuam non peccabis*; & optimè comprobat, & explicat sanctus Antoninus, loco *proximè allegato*, excelluit etiam in hac particulari prudentia, venerabilis Thomas à puero: probatur enim ex testibus examinatis in processu Castellæ

ſuper 6. videlicet 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. cùm ab exordio vitæ ſuæ in omnibus ſe Chriſtianæ pietatis officiis, & omni virtutum genere exercuiſſe, ita vt non paruam ſui admirationem in eorum qui ſecũ agebãt animis excitaret, dictæ autem operationes ſunt effectus particularis prudentiæ, vt conſiderat ſanctus Antoninus *parte 4. tit. 2. cap. 1. § 4. & 5.* vbi agit egregiè de educatione filiorum.

Hac quoque prudentia in adulta ætate præditus fuit, nam ad Vniuerſitatem Cõplutẽſem profectus artium & Theologiæ operam diligenter nauauit, & Doctoratus gradum ſuſcepit, vt habetur in eius vita ſcripta per Michaëlem Salon *lib. 1. cap. 2.* quod quidem ſtudium attribuendum eſt prudentiæ particulari, vt conſiderat ſanctus Antoninus *dicta 4. parte, tit. 2. & cap. 4. in princ.* Religionem Eremitarum ſancti Auguſtini ingreſſus eſt, vt refert idem Salon *loco præcitato cap. 3.* & poſt annum die 25. Nouembris 1517. profeſſionem emiſit, vt conſtat ex ipſomet inſtrumento profeſſionis legitimè compulſato, de quo in proceſſu Caſtellæ *fol. 258.* Et ex hoc etiam actu probatur prudentia parti-

cula

cularis,cùm vitam meliorem & perfectionem elegerit, inquit enim sanctus Gregorius Nazianzenus *oratione de laud.* Basil. Ij sapientiores habendi sunt, quàm reliquum mortalium vulgus, qui seipsos à mundi consortio segregarunt, & vitam suam Deo consecrarunt, quod comprobatur ex illo Matth. cap. 19. *Sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt, propter regnum cælorum*, quem locum ad rem nostram explicat text. *in c. qui sitit*, 33. *quæstione* 5. & sacros. Concil. Trident. *sessione* 4. *cap.* 10. statuit esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio. In quo Religionis statu hac etiam prudentia conspicuus fuit, cùm nedum tria vota essẽtialia seruauerit, in quibus cõsistit perfectio Religionis, vt ex sancto Thoma suprà diximus, sed etiam plura in Religione munera prudenter obierit; fuit enim Prior Salamantin. Visitator generalis Prouinciæ Castellæ, Prouincialis Prouinciæ Bethicæ, Prouincialis Castellæ, & postmodũ Definitor eiusdem Prouinciæ, Prior Monasterij sancti Augustini Burgen. & Prior Monasterij Vallisoletan. vt probant infrascripti testes, de quibus in

processu Castellæ, videlicet Fr. Didacus de Gueuara super 1. art. *fol* 240. & 5. testis Fratet Augustinus Antolinez super 8. *fol.* 251. In quibus omnibus hanc particularem prudentiam egregiè demonstrauit, nam propter exactam regulæ obseruantiam humilitate, deuotione, & exēplo vitæ mirabiliter floruit, vt deponunt testes in processu Castellæ, videlicet Dona Eleonora de Salazar. 8. testis super 4. *fol.* 166. & Andreas Baptista de Giumes 3. testis super 4. *fol.* 91. Pater Magister Fr. Franciscus Zumel Cathedraticus proprietatis Philosophiæ, 7. testis *fol.* 255. Fr. Antonius Monte, Ordinis sancti Augustini Prouincialis examinatus authoritate ordinaria 8. testis, super 4. *fol.* 256. *à t.* cum quibus testibus concordāt ea quæ scripsit Michaël Salon in vita huius venerabilis viri *lib.* 1. *c.* 10. *&* 11. Et optimè regulæ suæ præceptum, quod habetur in fine eiusdem regulæ, in muneribus obeundis adimpleuit, vbi dicitur. Ipse verò qui vobis præest, non se existimet potestate dominante, sed charitate seruiente felicem. Honore corā vobis Prælatus sit vobis, timore corā Deo, subtractus sit pedibus vestris, circa omnes

seipsum

ſeipſum bonorũ operũ præbeat exẽplum. Recuſauit pro viribus Archiepiſcopatus Valentin. redditibus opulentiſſimi dignitatẽ, ſecutus cõſilium S.Bernardi *ſerm.*12. *in Cant.*Fratres reuereamur Epiſcopos,ſed vereamur labores eorũ,ſi labores pẽſamus, non affectamus honores, agnoſcamus impares vires noſtras, nec delectet molles & fœmineos humeros virorũ ſupponere ſarcinis. Ex quo clarè colligitur particularis eaq; perfectiſſima huius viri prudentia: ſic enim prudentiſſimos,& ſanctiſſimos viros fuiſſe legimus Io. Chryſoſt. Ambroſ. Auguſt. Gregor Magn.Bernar. Anſelm.Thomam Aquinatẽ, Laurentium Iuſtinian. & alios qui dignitates ampliſſimas ſibi oblatas conſtanti animo recuſarunt. Ratio eſt, quia tot & tantùm dotes requiruntur, vt quis ſit idoneus ad Prælaturam,præſertim ad Epiſcopatum (vt patet ex Apoſt. 1. *ad Timoth. cap.* 3. *ad Titum cap.* 1.) vt arrogantiæ ſit putare ſe omnibus illis præditum. Accedit quòd ſtatus ille multis expoſitus eſt periculis, propter opes & honores, propter occaſiones & poteſtatem malè agẽdi,propter onus cõſcientię alienæ propter defectũ monitorũ,propter delitias & blan

& blandimenta carnis propter assiduas curas, distractiones, & rerum externarum tractationem, & alia id genus turbamenta, quæ optimè consicerat Leonardus Lessius *de iustitia & iure lib. 2. cap. 46. dub. 5. num. 33.* ita vt prudentissimus dicendus sit ille, qui in his neque ad sinistram, neque ad dexteram deflectendo rectè se gesserit Supradictis adiungitur depositio Domini Federici de Borgia, 42. testis examinati authoritate ordinaria super 4. in processu Valentino *fol. 218. à t.* dicentis eum omni virtutum genere, & præsertim prudentia fuisse cumulatissimum, ac ad Archiepiscopatus Valentini regimen ab inuictissimo Carolo V. nominatum, vt damna, quæ ex diuturna Sedis vacatione plurima prouenerant, sua prudentia restauraret, cum quo concordat Michaël Salon in vita huius venerabilis viri *libro primo, capite* 14.

Hanc quoque prudentiam Monasticam, siue particularem habuerit, dum fuit Archiepiscopus, cuius primum præceptum est esse vnius vxoris virum, Sanctus Paulus ad Timoth. quod pertinet ad prudentiam monasticam, si accipiamus hæc verba

ba sancti Pauli, vt Episcopus debeat esse Catholicus, prout aduertit Ambrosius *in lib. de dignitate Sacerdotali*, *cap.* 4 quod sanctum Præsulem adimpleuisse probauimus, cùm egimus de fide. Secundum præceptum est, quòd sit sobrius, hoc est, cibi potúsque parcus. Tertium est, quòd sit ornatus, hoc est, compositus siue benè moratus. Quartum est, quòd sit pudicus, hoc est, quòd sit verecundus, quique nihil admittat, quod castitati vllo modo repugnet. Quintum est, quòd non sit vinolentus, hoc est secundùm sententiam Ambrosij, non sit vino obnoxius, sed Chrysostomus, & cum eo Theophylactus, non de ebrioso accipiunt, sed de contumelioso atque elato. Sextum est, quòd non sit percussor, hoc est, pronus ad vim, & ad iniuriam inferendam, sed modestus, hoc est, moderatus & mansuetus. Septimum est, quòd non sit litigiosus, hoc est, à pugnis & contentionibus alienus. Octauum est, quòd non sit cupidus, hoc est, ab argenti cupiditate alienus; quæ omnia præcepta cùm egregiè Thomas adimpleuerit, vt suis locis infrà dicetur, negari non potest, quin vera, perfectáque

que monaftica, feu particulari prudentia fuerit infignitus.

De Prudentia œconomica.

AD hanc prudentiam fpectant ea folùm, quæ funt pro feruitio domus. Sanctus Thomas 2.2. *quæftione* 50. *art*.3. S. Antonin. *parte* 4. *tit*. 2.*cap*. 5. *in princ.* vbi *in* §. 1. *& feq*. multa deducit, quæ fpectant ad œconomicam hominis fæcularis, de quibus non eft agendum, fed de his, quæ fpectant ad œconomiam Prælati, & hæc quidem prudentia œconomica eft eft neceffaria Prælato, dicente fancto Paulo, 1.*ad Timoth. cap*. 3. Epifcopum debere effe domui fuæ benè prepofitum, fubdit enim, *Si quis domui fuæ præeffe nefcit, quomodo Ecclefiæ Dei diligentiam habebit*, & fanctus Hieronymus *tom*. 2. *epift*. 83. *ad Oceanum*, inquit: Domum fuam benè regentem, non vt opes augeat, non vt regias paret epulas, non vt celatas patinas ftatuat, non vt phafides aues lentis vaporis coquat, qui ad offa perueniant, & fuperficiem carnis non diffoluant artifici temperamento, fed vt, quòd populo præcepturus

præterus est, priùs à domesticis exigat, quæ omnia venerabilem virum obseruasse, cùm agitur de temperantia, paupertate & humilitate demonstrabitur. Quales autem domesticos Episcopus sibi diligere debeat, idem sanctus Hieronymus *Epist. 2. ad Nepotianũ* docet, inquiẽs. Tales habeto socios, quorum contubernio non infameris, si Lector, si Acolytus, si Psaltes te sequitur, non ornentur veste, sed moribus, nec calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceãtur. De qua re plura sanctus Bernardus *lib. 4. ad Eugenium.* Quibus sancti Hieronymi monitis, quàm benè Thomas præuenerit, colligitur ex depositione Petri Garziæ Castellani Parochi examinati authoritate ordinaria, qui venerabili viro inseruiuit 42. testis super 13. in processu Castellæ *fol. 630.* dicentis, quòd castissimus Archiepiscopus nepotem ex fratre eiecit è domo, præcipiens ne imposterum suo se conspectui sub pœna suæ indignationis offerre præsumeret, ac similiter alios domesticos, inter quos à secretis, quòd castè non viuerent, expulit, & quemadmodum seuerè improbos castigauit, sic erga probos & publicos

placidum, disertum, comem, affabilem, remuneratorémque se gessit, vt de singulis suo loco latiùs dicetur.

De Prudentia regnatiua.

PRudentia regnatiua est propria virtus Principis. Arist. 3.*polit. cap.* 3.*post medium.* Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 50. *art.* 1. S. Antonin. 4.*parte*, *tit.* 2.*cap.*6.*in princ.* sub illa tamen comprehenduntur etiam omnia recta regimina. S. Antonin. *loco præcitato*, vbi quòd hæc prudentia est quędam cognitio vniuersalis excedens cognitionem singulorum, & se extendit ad bonum commune omnium, & *in* § 1. subdit, quòd in quatuor consistit, scilicet, quòd Deo placeat, populo pro posse satisfaciat, Reipublicæ prouideat, & leges iustas & possibiles condat, quæ omnia paucis etiam verbis in regula sancti Augustini in fine leguntur. Corripiat scilicet Prælatus inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat, metuendus imponat, & quamuis vtrumque sit necessarium, plus tamen à vobis amari appetat,

quàm

quàm timeri, semper cogitans Deo se pro vobis redditurum rationem. Quare cùm primò agendum sit de prudentia regnatiua, dum venerabilis vir muneribus Religionis perfungeretur, de illa secundùm regulã sancti Augustini tractabimus, quam exactè semper sanctus hic Thomas seruauit, cùm esset charitate plenus, & zelo diuini amoris accensus, dum Prior, dúmque Prouincialis esset totis viribus niteretur, vt tales quoque cæteri se Religiosi præstarent, prout deponunt testes, de quibus in processu Castellæ Andreas Baptista de Guemes 3. testis Burgis examinatus super 4. *fol.* 91. Pater Fr. Ioannes de Osorno, administrator Collegij sancti Gabrielis Vallisoleti, in eadem ciuitate authoritate ordinaria examinatus 2. testis, *fol.* 164. Donna Eleonora de Salazar Monialis 3. testis pariter Vallisoleti examinata *fol.* 166. & Magister Fr. Franciscus Zumel, Salamanticæ authoritate ordinaria examinatus 7. testis *fol.* 255. & Pater Fr. Didacus de Gueuara in eodem loco examinatus, *fol.* 260. qui enumerat quamplures Religiosos illustres, qui eius disciplina instructi virtutibus doctrináque celebres euaserunt.

runt. Accedit quòd vt narrat author illius vitæ loco citato, talem se omnibus exhibebat, ac si omnibus similis esset, religiosam tamen authoritatem tam decorè seruabat, vt omnes illũ admirarentur; pariter ac venerarentur. Quare de venerabili isto viro dici meritò poteſt, quod ſanctus Paulus de ſeipſo ſcripſit 1. ad Corinth. c. 9. *Cùm liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem, & factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer*, quod explicat S. Ambrosius per hæc verba: seruum sic se omnium factum dicit, dum se per humilitatem similem omnium mente imbecillium exhibuit, vt eos per patientiam firmaret ad salutem futuram, confouens animos illorum, qui aut peccabant, aut res diuinas tardiùs sequebantur, vt non asperè ferrent reprehendi se.

Quantum attinet ad prudentiam regnatiuam, in Archiepiscopatu illã quoque veram & perfectiſſimã habuit, quam cõsistere in quatuor supradictis. S. Antonin. *loco allegato*, & de qua loquẽs S. Paul. 1. *ad Thessal. c. 5.* ait: *Rogamus autẽ vos fratres, vt noueritis qui laborãt inter vos, & præsunt vobis*

bis in Domino, & monent vos. Et quantũ attinet ad primũ, quòd Episcopus Deo placere debeat, quod S. Antonin. *vbi suprà* vult præcipuè cõsistere in templorũ fabricatione, & illorũ frequentatione, & hospitaliũ erectione, & pauperũ enutritione, afferens exẽplum de Salomone Reg. 3. *c.* 8. *&* 9. & de Cõstantino, qui de Palatio oratoriũ fecit, vt habetur in historia tripartita; constat in hoc requisito Ven. virum excelluisse ex ædificatione Collegiorũ & Hospitaliũ, vt suprà diximus, dum de charitate ageremus, & infrà dicemus, cùm de frequentatione Ecclesiarum, & oratione suo loco tractabimus.

Quantum ad reliqua requisita, videlicet, vt laboret in populo, & illi præsit in Domino, Reipublicæq; prouideat, & leges iustas & possibiles condat, optimè quoque Ven. vir hęc adimpleuit, vno enim ore testes deponunt, fuisse vigilantissimum, prudẽtissimum, & maximè patientẽ in sustinẽdis laboribus atq; molestiis, quæ sese in obeũdis Archiepiscopatus muneribus offerebãt, sic in processu Valẽt. super 6. videlicet, Petrus Valẽt. 16. testis. *fol.* 178. Don Feder. de Borgia, 42. testis *fol.* 228. Don Matthias Pallas

Canonicus Ecclesiæ Valentinæ 58. testis, *fol.* 248. & super. 7. Pater Magister Franciscus de Molina super. 7, 24. testis, *fol.* 299. & Gaspar Genoues Sacerdos S. T. D. super 7. *fol.* 216. atque Michaël Hieronymus Vinaron 2. testis, super 7. *fol.* 343. Bartholomæus Escolà 14. testis, super. *fol.* 321. qui omnes fuerunt examinati authoritate ordinaria. Mariana de Sottomaior super. 7. *fol.* 368. Baptista Nauarro 38. testis super. 7. *fol.* 406. Petrus Portille 60. testis super. 8. *fol.* 462. *à t.* & in processu Castellæ Mentia della Torre Monialis super. 4. *fol.* 98. Gregorius Ioannes primus testis super. 7. in processu Valentino *fol.* 141. Don Petrus Moncada 14. testis super. 11. & 14. *fol.* 173. *à t.* ambo examinati authoritate ordinaria, vnde manifestissimè apparet, quòd licèt munus Episcopi arduum sit, ac laboriosum, teste sancto Augustino *Epist.* 148. vbi ait: Ante omnia peto, vt cogitet Religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore facilius & lætius, & hominibus acceptabilius Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi officio, si perfunctoriè aut adulatoriè res agatur; sed nihil apud Deũ

om: mise

miſerius & triſtius & damnabilius: item nihil eſſe in hac vita, & maximè hoc tempore difficilius, laborioſius, periculoſius Epiſcopi, aut presbyteri, aut Diaconi officio, ſed apud Deum nihil beatius, ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator videt, tamen optimè muneri ſuo Præſul ſanctiſſimus ſatisfecit, & licèt reformationis negotium, quod ſuprà attigimus, moleſtiſſimum foret, atque difficultatibus plenum, ipſe tamen virili animo rem agreſſus eſt, conſtantiſſiméque compleuit Pater & filius in eadem Eccleſia præbendas obtinebant, & ſuperbiſſimè maximóque cum luxu Clerici induebantur, perſonati paſſim incedebant, haſtiludiis, non ſine grauiſſimorum hominum ſcãdalo ſe exercebant, Africano more, & vt vulgò aiunt, *allà Ginetta*, equis inſedentes phaleratis Pater & filius per plateas, & compita diſcurrebant, nulláque interpoſita mora ex equo in chorum ad recitanda diuina officia ſe conferebant. Vnde negari non poteſt, quin ſanctus Archiepiſcopus deprauatos hos mores penitus auferendo in vinea Domini ſtrenuè laborauit, Reipublicæque prouiderit, quod maximè conſiſtit

in eo, vt populus in Deũ dirigatur, vt docet S. Antonin. *loc. cit.* necnõ præfuerit in Domino, vt hortatur S. Petrus *epist.* 1. *c.* 5. dum ait: *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei prouidentes non coactè, sed spontaneè secundùm Deũ, neque turpis lucri gratia, sed volũtariè, neque vt dominãtes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Neque hîc præclarũ paternæ pietatis, & prudẽtiæ exẽplum omittendũ est, cùm enim quandã synodum cõgregasset, & multa de reformatione decreta cõdidisset, quãplures ex capitularibus exẽptos se grauatosq; putãtes, ad Rom. Pontif. appellarunt, & sanctissimũ Archiepiscopũ de appellatione per mãdatarium cum aliquibus ex capitulo certiorem fecerunt, ad quos iratis & proteruis animis obloquentes, postquam sanctus Præsul sua prudentia placauit, vos ait, ad Sedem Apostolicã appellatis, & ego ad Deum cœli qui renes & corda scrutatur, appello. Accidit autem paucis pòst diebus, vt à sæculari potestate Canonicus quidã in carcerẽ coniiceretur, & ad S Præsulem Canonici accederẽt, rogantes vt tanquã Pastor ouibus suis opitularetur; quibus ille, quonam inquit, pacto vultis me vobis opitulari, si oues meæ non

estis,neq; me cognoscitis in pastorē;ad quę verba illi cum lacrymis ad pedes eius prostrati veniā eorū,quę contra eū tam irreuerenter gesserāt,precati sunt,&cōfestim vir sanctus benignè eos suscipiens atq; cōsolās, auxiliatorē se protectoremq; fore promisit,prout viriliter fecit, vt infrà dicetur. Hoc quoque prudentię exēplum probant, super.6.art.16.testis 14. 42. in processu Valentino *foliis suprà allegatis*,& magnoperè similis Pręlatorū prudentia cōmendatur à D.Thom.2.2.*q*.49.*ar*.7.Regimen habētes debēt esse circūspecti,ita vt nō subitò quęque media eligāt,etiā bona ad perducēdos subditos ad finē intentū,sed tantùm ea eligāt,quę cōsideratis circūstantiis loci,temporis & personę senserint expedire,vt finē quē intendunt,cōsequātur. Accedit quòd hinc occasione sumpta litē inter se & capitulū Thomas cōposuit, secutus monita S. Pauli *ad Titū c*.1.dicentis:*Seruū Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docilē,patientem,cū modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pænitentiam ad cognoscendam veritatem, vt resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.*

Et in hanc ſententiam egregiè ſanctus Chryſoſtomus *tom. 2. ex Luc. cap. 16. ait:* Cùm videris fratrem tuum durum, rigidum & minimè attentũ, dic apud temetipſum hoc modo: Quid ſi progreſſu temporis, valeamus illum flectere? & ſanctus Hieronymus *tom. 1. epiſt. 83. ad Oceanum*, reprehendens litigioſos, inquit: Nihil impudentius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem authoritatem putant, & parati ſemper ad lites in ſubiectum ſibi gregem, tumidis ſermonibus tonant. Et correptionem his præclariſſimis verbis commendat ſanctus Ioannes Chryſoſtomus *Homilia 3. in Geneſim. columm.* 5. dum inquit: vt anima corpore melior eſt, ita iis, qui indigentibus pecunias & facultates ſuppeditant, maioribus præmiis digni ſunt ij, qui admonendo, & continuè docendo in viam rectam ſupinos & deſides inducuut, monſtrando eis diuinarum virtutum flagrantiam, vitiorúmque maleuolentiam. Et ex prædictis apparet, quòd venerabilis vir etiam monuerit ſubditos, quod eſt vltimum requiſitum traditum à ſancto Paulo, & eſt proprium munus Epiſcopi, vt docuit ſanctus Gregorius, dum inquit: Lingua

Episcoporum fomentum sit bonis, aculeus malis, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros ac desides exacuat, ac succendat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, quod etiam sanctissimis legibus fecit venerabilis vir, vt apparet ex Synodo per ipsum promulgata, de qua deponunt testes suprà citati.

De Prudentia politica, & militari.

Reperitur & alia prudentia, quæ Politica appellatur, per quam homines seipsos regunt in obediendo Principibus, in ordine ad commune bonum. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 50. *art.* 2. vnde prudentia est non solùm in Principibus, sed etiam in subditis. S. Thomas 2.2. *quæstione* 47. *art.* 12. Sanctus Antoninus 4. *parte, tit.* 2. *cap.* 6. §. 2. Quam etiam in venerabili viro fuisse ostendimus, cùm de pietate & obseruantia tractabimus.

Vltimo locò consideranda est prudentia militaris, quæ nihil aliud est, quàm prudentia quædam operis bellici ordinata ad defensionem boni communis, ita sanctus

ctus Anton. in *parte 4. tit. 2. cap. 6* § 3. sed cùm agatur de Prudentia militari Archiepiscopi, non de bello, quod fit armis militaribus, sed de eo quod fit armis spiritualibus agendum est, & hanc quoque fortem hunc Christi militem verè & perfectè habuisse, vel ex eo constat, quòd pro Ecclesiæ libertatis defensione Gubernatorem & Algazirium intrepidè excõmunicauit, ciuitatem Ecclesiastico interdicto suppoſuit, reósque ad pœnitentiam venire coëgit, prout diximus cùm de fide ageremus. Excommunicatio verò & interdictum sunt arma & neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, *c. dilecto de sent. excommunicat in 6. c. visis, in fine 16. quæstione 2. c. cùm inter, de consuet.* Concil. Trid. *sess. 25. c. 3. de reformatione.*

De Iustitia.

IVstitia duplex est, alia diuina, alia humana. Rayner. *in Pantheologia. vers. Iustitia humana, & in vers. iustitia diuina.* De diuina hîc non est agẽdum, sed de humana, quæ in acquisitã & infusam diuiditur, & vtraq; aut est generalis, siue legalis, quę est illa, quæ ordinat bona singulorum

ciuium ad bonum cõmune: aut particularis ordinans ad singulares personas, & hæc etiam duplex est, cõmutatiua scilicet, quæ dirigit vnam priuatam personam ad aliam in his, quæ inter eos conueniunt; & distributiua, quæ est directiua ordinis eius, quod est cõmune ad singulares personas distribuens singulis, vt docet S. Thom. 2. 2. *q.* 58. *art.* 7. *&* 8. *&* *quæst.* 61. *art.* 1. S. Antonin. *parte* 4. *tit.* 5. *c.* 2. Syluester *in verb. iustitia.*

Iustitia autem est perfecta, & constans voluntas ius suum vnicuique tribuens, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 58. *art.* 1. quæ definitio ferè est eadem cum eis, quas adducunt Aristoteles 5. *Ethic. c.* 1. & Iustinian. § 1. *institut. de iust. & iur.* & primum locum inter virtutes morales sibi vendicat sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 58. *art.* 12. & latè Ferdinandus Rebell. *de oblig. iust. parte* 1. *lib.* 1. *q.* 3. *secti.* 2. *num.* 9. *&* 11. licèt in fine velit religionẽ esse anteponẽdam particulari iustitiæ, contra opinionem S. Doctoris.

Partes enim integrales iustitiæ particularis, id est, virtutes illi annexæ sunt pietas, obseruantia, veritas, gratia, seu gratitudo, vindicatio, amicitia, liberalitas, sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 80. *art. vnico.*

Per Religionem enim Deo redditur debitus cultus, per pietatem parentibus, & consanguineis debitus honor, & cura adhibetur; per obseruantiam homines virtute præstantes, & nostros superiores veneramur, per veritatem homo talem se exhibet alteri in dictis & factis, qualis est, per gratitudinem, seu gratiam optimè de nobis meritos recompensamus. Per vindicationem improbos punimus; amicitia autem & liberalitate morum honestatem conseruantes, arcto nobis vinculo cæteros deuincimus. Sanctus Thomas *loco citato*, sanctus Antonin. 4. *parte*, *tit*. 5. *cap*. 5. Asten. *in summ. lib*. 2. *tit*. 21. Viguer. *tit. de virtut. iust. cap*. 5. §. 5. Vincent. *in speculo* 3. *parte*, *lib*. 1. *dist*. 60. Quæ omnia in venerabili viro adfuisse breuiter in sequentibus ostendemus.

De Iustitia legali, seu generali & particulari venerabilis Viri.

ET quidem quòd celebris hic sanctitate Præsul, iustitiam generalem, seu legalem prædicto modo sumptam habuerit, satis ostendemus ex suprà deductis, & præ

præſertim dum fuit actû de prudentia regnatiua, vbi diximus Dei ſeruum actus ſpectantes ad ipſam generalem, ſeu legalem iuſtitiam exercuiſſe. Quòd autem adimpleuerit præcepta iuſtitiæ, ad quam præcepta Decalogi pertinent, ex mox dicendis apparebit, dum de religione, & eius partibus, pietate & aliis agetur, nam tria prima præcepta ſunt de actibus Religionis, quæ eſt prima pars iuſtitiæ; alia ſex præcepta pertinent ad iuſtitiam propriè dictam, quæ indifferenter omnibus debitum reddit. Sanctus Thomas *dicto loco articulo 2. & ſeq. vſque ad* 6. Omnia enim nocumenta, quæ in perſonam proximi inferuntur, intelliguntur ſimul prohiberi in homicidio, ſicut in principaliori. Quæ verò ſpectant ad libidinem, intelliguntur ſimul prohiberi cum adulterio. Quæ verò ad damna in rebus illata, intelliguntur ſimul prohiberi cum furto. Quæ autem ad locutiones, (ſicut detractiones, blaſphemiæ, & ſi qua huiuſmodi) intelliguntur prohiberi cum falſo teſtimonio, quod directiùs iuſtitiæ contrariatur. S. Thomas *loco proximè allegato, art. 6.*

Et ideò, vt clariùs procedamus, de Religio

ligione & eius partibus primò tractabimus, vt intelligant omnes, venerabilem virum satisfecisse tribus primis pręceptis, colendo vnum Deum, vana non iurando, & sabbata sanctificando. Agemus secundo loco de pietate, obseruantia, honore, obedientia, gratitudine, amicitia, liberalitate, vt palàm fiat quartum præceptum, quod in honore parẽtibus præstãdo versatur, sanctum Archiepiscopum adimpleuisse tertio loco de vendicatione verba faciemus, vt ostendamus eum quinto, aliisq; præceptis de non occidẽdo paruisse; quarto loco de castitate, prudentia, continentia, & virginitate ad quas sextum pręceptum de non mæchando, & nonum de nõ concupiscendo vxorem proximi spectat. Postremò, de paupertate & eleemosyna, & veritate tractabimus, vt sanctum Præsulem, septimum præceptum de furtum non faciendo, & decimum de non concupiscendo rem proximi; & octauum de non loquendo contra proximum suum falsum testimonium, obseruasse concludamus.

De Religione.

EST igitur Religio virtus moralis, per quam homines Deo cultum & venerationem exhibent, Sanctus Thomas 2.2. *quæst.* 81. *art.* 1. *& seqq.* S. Antonin. 4. *parte, tit.* 5. *cap.* 7. *in princ. &* § 2. Actus verò Religionis alij sunt interiores, vt deuotio, & oratio: alij sunt exteriores, videlicet adoratio, & sacrificij oblatio. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 81. *art.* 3. *&* 7. Rayner. *in pantheologia verbo Religio cap.* 7. *& seq.* Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 1. *&* 2. & benè *cap.* 3. *in principio.*

De actibus interioribus Religionis, deuotione, & oratione.

DEuotio est volũtas prompta tradendi se ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 82. *art.* 1. *&* 2. Hanc definitionem explicat Suarez *de Relig. tom.* 2. *tractat.* 3. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 16. *& seq.* Considerando promptitudinem duplici modo accipi posse, primò quidem, vt quis sit promptus ex parte ma-

teriæ, quia ſcilicet homo totum ſe tradat diuino cultui, & ſic procedere definitionem ſancti Thomæ. Secundò verò reſpectu effectus particularis, quæ prouenit ex delectatione, ſuauitate, ſeu guſtu ſpirituali, orandi voce, vel meditandi, vel aſſiſtendi ſacrificio, & hanc promptitudinem ſanctus Thomas *loco præcitato*, *art.* 4. poſuit vt effectum deuotionis, & proprio nomine ſpiritualem iuſtitiam appellauit. Tab. *v r!. deuotio, num.* 3. Aſten. *quæſt.* 4. Rayner. *in Pantheologia*, *verſ. deuotio*, *c.* 3.

Hac deuotione perfectiſſimè dotatus fuit Præſul hic toto orbe conſpicuus: nam ſi conſideremus eam ex parte materiæ, teſtes deponunt eum in pueritia, iuuentute, Religione, & Archiepiſcopatu, toto denique vitæ ſuæ curſu omnia officia pietatis exercuiſſe, humilitatis quoque, cunctiſq; cæterarum virtutum laudibus fuiſſe, cumulatiſſimum, vt ſuperiùs oſtenſum fuit, cùm de prudentia monaſtica ageretur, ex quibus eum diuino cultu totum tradidiſſe conſtat; ſi verò conſideremus hanc deuotionem reſpectu effectus particularis, quæ prouenit ex delectatione, ſuauitate, ſeu guſtu ſpirituali, inxta illud Pſalm. 83. *Cor meum*

meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum, ea pariter totius vitæ ſpatio ornatum fuiſſe concludunt teſtes, de quibus infrà, cúmque dum in Collegio ſancti Ildephonſi in Vniuerſitate Complutenſi ageret, habuiſſe erectum altare in manſionibus ſuis ante imaginem ſanctiſſimi Crucifixi, & coram eo feruentiſſimas ad Deum orationes aſſiduè fundere ſolitum, deponunt teſtes ad interrogationem generalem iudicis in proceſſu Caſtellæ Fr. Ioannes de Aſtudillo, Ordinis ſancti Benedicti 8. teſtis ſuper. 23. *fol.* 66. *à t.* Doctor Bartholomæus de Soſa Theologus primus teſtis ſuper 1. *fol.* 386. Doctor Ludouicus de Sena, Canonicus Magiſtralis Toletan. 2. teſtis *fol.* 23. *à t.* qui omnes, licèt de auditu deponant, cùm verſemur in antiquis excedentibus ſpatium 60. annorum, quod tempus eſt antiquum in teſte, iuxta opinionem, quam Rota ſeruat, Verall. *deciſione* 5. *parte* 2. optimè probant deuotionem.

Diuus autem Ambroſius *lib. de Caïn & Abel*, deuotionem appellat omnem affectum circa cultum Dei, ſiue orandi, ſiue ſacrificandi, ſiue gratias agendi, cùm

perpetua beneficiorũ memoria, siue etiam cum obedientia futurorum, & hoc sensu ait continuam atque perpetuam debere esse deuotionem, quod maximè comprobatur ex affectu ad Religiosum statum, qui potissimus est deuotionis effectus, vt dicit Suar. *de Relig. tom. 2. tract. 13. lib. 2. cap. 7. num.* 14. eóque magis ex ipso ingressu Religionis, in qua venerabilis Archiepiscopus, quàm sollicitus, quantæque orationis ac deuotionis fuerit, cùm de oratione tractabitur, latiùs apparebit. Accedit quòd egregiè probatur ista deuotio ex frequenti ecstasi, in quam raptum fuisse deponunt testes, Mariana de Sottomaior in processu Valentino 26. testis *fol.* 363. de visu & communi assertione in domo, cùm in festo Ascensionis Domini ab hora quinta matutina vsque ad vesperam, dum accenderentur luminaria ecstasi perdurasse; Anna verò Bretona nonagenaria in processu Castellæ *fol.* 145. se vidisse eũ aliquoties eleuari in sermonibus, cũ quibusdã exclamationibus vti sanctum, ita vt raperetur in ecstasim, & illicò in se rediret, cum feruenti quadã viuacitate, qui duo testes licet singulares sint, satis probanr, cùm non

non agatur de probandis actibus ecstasis particularis, sed de probando dono ecstasis in genere, vnde testes singulares sufficiũt. Castren. *in cons.* 151. *n.* 1. *vers. secundò videtur volum.* 1. & dicta istorum testium comprobant alij deponentes de traditione & auditu Pater Magister Fr. Didacus de Gueuara super 1. primus testis in processu Castellæ *fol.* 145. deponens de traditione, & publica voce & fama, & de auditu deponunt 23. 13. & alij quamplures testes in dicto processu Castellæ, ex qua ecstasi probatur magna deuotio, vt patet ex definitione ecstasis, quam affert S. August. *in lib.* 2. *ad Simplician. quæst.* 1. inquit enim esse alienationem à sensibus corporis, vt spiritus hominis diuino spiritu assumptus capiendis atque tuendis imaginibus vacet.

Oratio est ascensio mentis in Deum; aut eorum à Deo postulatio, quæ postulare conuenit. Sanctus Ioannes Damascenus *lib.* 3. *de Orthodoxa fide*, *cap.* 24. propriissimè accipiendo orationem, est ostensio voluntatis nostræ ei, à quo impetrare speramus id quod desideramus. Guillelmus Peraldus *in summ. virt. & vitior. tit. de oratione in fine*. Angel. *in verb.*

Oratio, in princ. Aſten. *lib.5.tit.27. art.* 1. quæ quidem Oratio maximè ſpectat ad munus Epiſcoporum, ex S. Proſpero *lib.2. de vita contemplatiua, c.2.*

Hoc dono venerabilem hunc virum etiam à pueritia ornatum fuiſſe, colligitur ex depoſitionibus teſtium in proceſſu Caſtellę dicentium, fuiſſe ab ipſo etiam vitæ exordio virtutum omnium laudibus ornatiſſimum, & præſertim ſuper. *6.* educatum fuiſſe in amore & timore Chriſti, ſuper quo etiam 75. teſtis deponit, eum vitæ ſuæ magnum exemplum præbuiſſe.

Quòd autem hoc quoque donum habuerit, dum eſſet in Vniuerſitate Complutenſi, ſatis probatur, nam teſtes deponunt, eum in ſuo cubiculo habuiſſe altare ante Crucifixum cum imaginibus ſanctiſſimæ Virginis, & ſancti Ioannis Baptiſtæ depictum, & ante iſtas imagines continuè orare ſolitum, & cauſam ſcientiæ allegant, quia habitauerunt in dicto Collegio, & hoc audierunt, ac plures viderunt dictum oratorium, ita in proceſſu Caſtellæ Doctor Bartholomæus Ioſſa primus teſtis ſuper. 1. *fol.* 385. Doctor Ludouicus de Sena, Canonicus Magiſtralis Eccleſiæ

ecclesiæ Toletanæ 2. testis. *fol.* 24. Doctor Aluarus de Villegas, Canonicus Magistralis Ecclesiæ Toletanæ *fol.* 25. & in processu Valentino Don Matthias Pallas Canonicus Ecclesiæ Valentinæ, 58. testis *fol.* 249. qui testes licèt deponant de auditu, satis probant, cùm agatur de probandis gestis ante 60. annos, quod tempus in teste antiquum iuxta sententiam Rotæ solet appellari.

Quòd etiam eodem dono præditus fuerit in Religione deponunt testes in processu Castellæ Ludouicus Feo. 2. testis super. 24. *fol.* 470. Catharina Gonzales super 24. *fol.* 494. Alphonsus Garzia 8. testis super. 24. *fol.* 501. Antonius Martinez primus testis in processu Castellæ super. 21. *fol.* 425 Petrus Agado 47 testis super. 21. ibidem *fol.* 613. *à t.* Ferdinandus Busto, 49. testis super. 21. *fol.* 667. qui deponunt de auditu, & publica voce & fama, quòd Deum semper habebat ante oculos, & omni tempore valdè sollicitus erat circa exercitium orationum in horis determinatis, eáque orationis assiduitate conspicuus, vt reliquos suæ Religionis facilè superaret, Donna Eleonora de Salazar de-

ponit pariter de auditu sæpè in oratione ieiunum permanere solitum, vsque ad tertiam & quartam horam vespertinam, vnde eueniebat, vt Religiosi ad eius cellam, cibum necessarium porrigentes accederēt. Qui testes satis probāt, cùm versemur in antiquis, vt suprà dictum est. Idē quoque donū habuisse, dum fuit Archiepiscopus deponunt testes de vera scientia, videlicet Mariana de Sottomaior. 26. testis ætatis 80. annorum super 25. quæ deponit per hæc verba, quòd prædicto sancto Domino Archiepiscopo mos erat in noctibus vacare recollectioni, & orationi multis horis in processu Valentino, *fol.* 363. & ista testis deponit de vera scientia, cùm cōmorata fuerit in Palatio Archiepiscopali vsque ad obitū, idem deponit Mariana Cabanillas, 45. testis ætatis 70. annorum super secundo in eodem processu Valentino *fol.* 423. dicit enim quòd qualibet nocte includebat se oratorio hora sexta, in eóque permanebat vsque ad decimam, & quòd ipsa testis multoties illum vidit, cùm per ianuæ rimas prospiceret genuflexum ante imaginem Crucifixi, & Michaël Salon in vita eiusdem Sancti *lib.* 2.
cap.

cap. 3. dicit, quòd maiorem & meliorem partem diei ac noctis orationi impendebat. De oratione quoque quam fecit sanctissimus vir, cùm ei mors denunciaretur, dando etiam signa exteriora satis patet ex dictis; nàm genibus flexis egregio diuini amoris exemplo Creatori suo gratias egit, quòd appropinquaret hora mortis, & Missam audiens, manantibúsque præ gaudio lachrymis miro pietatis affectu circunstantium ánimos inflammauit, iunctísque manibus & sublatis in cœlum oculis, alacri voce Psalmi verba protulit, *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.*

Orationem autem venerabilis viri habuisse omnia requisita probatur ex prædictis & infrà dicendis; primò enim requiritur, vt sit humilis, Psalm. 101. *Respexit in orationem humilium*: Venerabilis autem vir fuit humilitate præditus, vt infrà dicetur. Secundò, vt sit cum contritione peccatorum, *c. in grauibus* 3. *quæstione* 7. qualis præsumenda est ista stante sanctitate venerabilis viri. Tertiò, vt sit breuis. Matthæi sexto. *Orantes, nolite multùm loqui, sicut Ethnici, putant enim,*

quòd in multiloquio suo exaudiantur; debet tamen esse diuturna, Luc. 18. *Oportet semper orare*, quod fecit memor hic diuinæ misericordiæ Præsul, cùm oratio quidem esset breuis, quia mentalis, diuturna tamen, nam vt declarat sanctus Augustinus *tom. 2. epist. 121. cap.* 10. Non est hoc orare in multiloquio, si diutiùs oretur, aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Quartò requiritur, vt sit attenta, saltem in prima attentione, nam etiã sancti viri orando quandoque euagationem mentis patiuntur, *Psalm.* 39. ibi, *Cor meum dereliquit me*. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 83. *art.* 13. de attentione verò sancti viri non est dubitandum, stante eius deuotione, de qua suprà. Quintò requiritur, vt sit fidelis Iacobi 1. *Postulet autem in fide, nihil hæsitans*, & hanc fuisse talem probatur, ex supradictis de magnitudine fidei venerabilis viri. Sextò, vt sit discreta, ne dicatur, *Nescitis quid petatis*, Matthæi capite 20. Sanctus autem vir fuit discretus, vt dictum est. Septimò, vt sit secreta. Matth. 6. *Tu autem cùm oraueris, intra cubiculum tuum*, quod seruauit sanctus Prælatus, vt patet ex depositionibus testium

testium suprà allegatorum. Octauò, vt sit cum opere, Tob. 12. *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna*; qualis fuit oratio venerabilis viri, siue consideremus illam à puero, vt patet ex deductis suprà, dum fuit actum de Charitate, quia & puer eleemosynam faciebat, & etiam in seruitutem redigebat mediantibus flagellis corpus suum; siue consideremus illam in Religione, quia orabat cum magna disciplina & ieiunio, vt in specie deponunt in antedicto processu Castellæ Ludouicus Feo, Catharina Gonzales, & Alphonsus Garzia *locis proximè citatis*; siue consideremus illam, dum fuit Archiepiscopus, vt pariter apparet ex dictis, dum fuit actum de charitate, quæ oratio iuncta cum bonis operibus est maximæ considerationis; nam si honesta vita & bonis moribus oratio destituatur, elumbis quodammodo erit, & penes exanguis, & mortua.

Sed & alio modo optimè comprobatur, orationem venerabilis viri habuisse omnia requisita, nam cùm triplex sit effectus orationis, primus merendi, secundus impetrandi, tertius refectio spiritualis mentis. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 83. *art.*

*art.*13. S. Antonin. 4. *parte tit.* 5. *cap.* 8 §. 8. Pisan. *verb. Oratio*, § 4. *& sequenti*. Syluest. *verb. Oratio*, *cap.* 6. *& seqq.* quantum ad primum effectum, scilicet merendi, illum obtinuit, cùm oratione mediante & bonis operibus eius vitæ sanctitas innotescat. Tertium quoque scilicet refectionem spiritualem mentis, quæ deprehenditur ex prædictis ecstasibus & raptibus, vt patet ex definitione ecstasis suprà allegata. Habuit quoque & secundum impetrandi, testes enim deponunt, videlicet Fr. Didacus de Gueuarra primus testis in processu Castellæ *fol.* 246. ex traditione & publica voce & fama, eum in oratione multas à Deo gratias consequutum, & Don Federicus de Boria, Archidiaconus maior, & Canonicus Ecclesiæ Valentinæ super 7. in processu Valentino *fol.* 229 deponit de publica voce & fama, illum quotiescunque aliquem Deo commendādum susciperet, tota nocte in oratione persistere solitum, & Fr. Ioannes de Astudillo, Ordinis sancti Benedicti, octauus testis super 23. in processu Gastellæ *fol.* 67. deponit audiuisse adeò feruentē fuisse in oratione, vt nullum graue negotium proprium, aut alienū ageret,

ret, quod non diriget mediatè oratione & cõmunicatione cum Deo petita, colligi potest ex deductis suprà dum fuit actum de prudentia & charitate.

De actibus exterioribus Religionis, adoratione & sacrificio.

EGimus de actibus interioribus Religionis; nunc dicendum de exterioribus, videlicet de adoratione, & sactificij oblatione, de quibus agemus hoc ordine, primò scilicet de actibus, per quos aliquis exhibet corpus suũ ad Deum venerandũ. Secundò de illis, quibus aliquid verũ exteriorũ Deo offertur. Tertiò de illis, quibus ea, quę Dei sunt, assumũtur, qui omnes sunt actus latriæ, hiperduliæ, vel duliæ, secundũ id quod adoratur, vel veneratur. Actus exteriores Religionis cõsistunt in honore exteriori, qui exhibetur Deo mediatè adoratione, vt sunt laudationes vocales, genuflectiones, inclinationes, tũsiones pectoris, & similia, quos actus in Vẽn hoc viro fuisse concludunt testes. Et primò quidẽ, quantũ spectat ad laudationes vocales, Mariana de Sottomaior 62. testis deponit se pluries vidisse sanctum Archiepiscopũ raptum dum recita

recitaret horas Canonicas in processu Valentino *fol.* 373. Et Pater Fr. Ioannes de Osorno, Ordinis sancti Augustini, examinatus authoritate ordinaria super. 3. *fol.* 163. deponit de auditu, cùm in Religione diligentissimè Dei seruitio inuigilasse, & exactissimè diuinum officium adimpleuisse, primo in choro adesse, & de eo vltimum exire solitum.

Quantum verò pertinet ad genuflexiones, inclinationes, alióſque similes actus, in eo quoque fuisse, constat ex suprà deductis, dum ageretur de virtute spei, & de oratione, quæ corroboratur ex depositione Matthæi Ioannis Lopez 22. testis, examinatus authoritate ordinaria in processu Valentino *fol.* 194. super. 4. dicentis, quòd dum venerabilis vir iret ad Crucem adorandam, amouit puluinaria ibidem pro se præparata, & isti actus non vidētur spernendi, imò sunt magni momenti, quando concurrunt cum interioribus, & ita loquitur sanctus Hieronymus relatus *in c. non mediocriter, de consecrat. distinct.* 5. & internæ quoque deuotionis indices esse ait sanctus Chrysostomus *super Epist. D. Pauli ad Ephes. cap.* 3. *tit.* 4. dum inquit: non

dixit

dixit ſanctus Paulus ſolùm precor, ſed cõpunctam oſtẽdit precationem ex eo, quòd flectat genua, ideóque fideles interdum lætitiæ cauſa ſtantes, aliàs flexis genibus ad triſtitiam, & mœrorem indicandum, orare conſueuerunt; & Tertullianus *lib. de coron. milit. cap.* 3. Die, inquit, Dominico, ieiunium nefas duximus, vel de geniculis adorare eadem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſtem vſque gaudemus, cuius rei reddit rationem Iuſtinus Martyr *quæſtione* 115. *ad Orthodox.* ſi tamen earum quæſtionum cenſendus eſt Author.

Sacrificium propriè dicitur, quando circa res Deo oblatas aliquid fit, ſicuti cùm animalia occiduntur, & comburuntur, cùm panis frangitur, & comeditur, & benedicitur, & hoc ipſum nomen ſonat, nam ſacrificium dicitur ex hoc quòd homo facit aliquod ſacrum, oblatio autem directè dicitur, cùm Deo aliquid offertur, etiam ſi circa ipſum nihil fiat, ſicut dicuntur offerri denarij, vel panes in altari, circa quos nihil fit, vnde omne ſacrificium eſt oblatio, non contrà. Proprium tamen propitiatorium, & verum ſacrificium in lege noua præceptum, iure

diuino

diuino à Christo institutum est, quod in Missa peragitur, in quo idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruentè obtulit, vt de fide asserimus ex verbis Christi Domini Matth. 6. *Hoc facite in meam commemorationem.*

Et hoc sacrificium Antistes venerabilis Deo offerebat, vt enim deponit Mariana de Sottomaior, 26. testis in processu Valentino *fol.* 373. notum erat in Palatio, quòd omittebat publicè Missam celebrare ob continuam, quam patiebatur, mentis eleuationem, & Pater Fr. Ioannes de Castro primus testis examinatus authoritate ordinaria *fol.* 344. in processu Castellæ de auditu deponit, eum celebrando Missam, quæ dicitur del Gallo, raptum in ecstasi fuisse, vt Donna Eleonora de Salazar Monialis, scilicet testis in eodem processu Castellæ *fol.* 167. super 7. dicit de auditu, cum dum Religiosus esset, exspectare solitum tempus, quo vltimum Domino sacrificium offertur, quia valdè cogitatione mentis in Deum eleuabatur.

Agendum est modò de alio sacrificio, quo obtulit seipsum Deo mediante professio

fessione Religionis, ambigi enim minimè potest, quin Religiosus per sui oblationem Deo factam perpetuum efficiatur sacrificium; si enim cùm aliquid nostrûm Deo offerimus, sacrificium appellatur, multò sanè magis cùm nosmetipsos totaliter Deo tradimus, & dedicamus sacrificium; dicendum est, iuxta illud D. Gregorij *9. moral.* 31. nosquippe ipsos sacrificium Deo offerimus, cùm vitam nostram diuino cultui dedicamus. Et quemadmodum in antiquo illo sacrificio victimæ per immolationem moriebantur, ita pariter Religiosus cùm se Deo dicat, mundo, cunctisque eius voluptatibus moritur, & sacrificium Deo efficitur, vt rectè sanctus Augustinus 10. *de Ciuit. cap. 6.* Ipse, inquit, homo Dei nomine cõsecratus ac deuotus, in quantum mundo moritur, vt Deo viuat, sacrificium est; & hoc adeò verum est, vt Religiosus per dictam sui oblationem non solummodò simpliciter fiat sacrificium, sed quandoquidem si perfectè & integrè Deo se offert, efficiatur verum holocaustum, quod olim præstantissimum erat sacrificiorũ genus, quippe in quo non victimæ pars, sed victima tota ad Dei ho-

 norem

norem adolebatur. Vnde sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 186. *art.* 7. apertè dicit, Religionem nihil aliud esse quàm holocaustum, quoniam omnia Deo tradat, & qui se huic statui dicarit, is tum interiora, tum exteriora omnia creatori suo obtulerit. Quod quidem sacrificium, non breue, sed iuge est, atque perpetuum, cùm totum vitæ cursum complectatur.

Placuit iis, quæ de adoratione, & sacrificio dicta sunt, aliquid de assumptione diuini nominis addere, quæ tribus modis fieri potest; primò per modum iuramenti ad propria verba confirmanda. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 84. *art.* 4 Dominicus Soto *de iustitia & iure. lib.*8. *quæstione* 1. *art.* 1. *& seqq.* Secundò, per modum adiurationis. S. Thom. 2. 2. *quæstione* 90. *art.* 1. 2. *&* 3. Asten. *part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 21. Viguer. *de virt. iust. cap.* 5. §. 5. *vers.* 16. Dominicus Soto *de iust. & iur. lib.* 8. *quæstione* 3 *art.* 1. S. Antonin. 2. *part. tit.* 10. *cap.* 8. Pisanel. Syluester. Tab. Angel. Rosella, & Armilla, in verbo *adiuratio*, Vltimò per modum inuocationis, ad adorandum & laudandum. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 91. *art.* 1. *&* 2. De priori-

bus

bus duobus modis non eſt neceſſe vt agamus, quia licèt enim tum aſſumptio nominis diuini, ſi legitimè fiat, ſit pars iuſtitiæ, non tamen inde ſequitur, ad perfectam virtutem iuſtitiæ ſpectare, quòd quis habuerit occaſionem iurandi & adiurandi. De tertio autem modo ſuprà dictum eſt, dum tractaretur de Oratione, & de actibus exterioribus Religionis, per quos venerabilis Thomas Deo corpus ſuum exhibuit, vbi etiam de laudationibus vocalibus aliqua diximus.

Hoc tamen loco cenſuimus ſubnectendum, quòd venerabilis Præſul duas Capellanias in Eccleſia Valentina à fundamentis extruxerit, eáſque dotauerit pro duobus Cantoribus, ſuprano ſcilicet, & baſſo, vt vulgò vocant, quemadmodum probant in proceſſu Valentino ſuper 30. Don Michaël Hieronymus 14. teſtis *fol.* 485. *à t.* & Petrus Ioannes Aſſentio, 46. teſtis *fol.* 427. & ſuper 26. Franciſcus Dymas Pellicer. 12. teſtis *fol.* 313. quæ fundatio debet attribui aſſumptioni prædictæ diuini nominis per laudes, Deus enim eſt de ore laudandus, non quidem proper ſeipſum, qui corda ſcrutatur, ſed propter

laudantes, vel audientes, quorum affectus per huiusmodi laudes excitantur, secundùm illud Psalm. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me*, & Isa. 48. *Laude mea infrenabo te ne intereas*, & Psalm. 33. *Semper laus eius in ore meo*, & postea subditur, *Audiant mansueti, & lætentur*, ideóque salubriter institutum est, vt in diuinas laudes cantus assumeretur, ad infirmorũ excitandum affectum. S. Thom. 2. 2. *quæstione 91. art. 1. & seqq.* Viguer. *de virt. iustit. c. 5. §. 5. vers.* 17. in quibus lasciuus, vel impudicus non immisceatur, vt disponitur in Concil. Trident. *sess.* 22. de obseruandis & euitandis in sacrificio Missæ.

De Pietate.

Pietas est secunda pars potentialis iustitiæ, de qua sanctus Augustinus *lib.* 10. *de ciuitate Dei, cap.* 1. Pietas quoque, inquit, propriè Dei cultus intelligi solet. Hæc tamen & erga parentes officiosè haberi dicitur: more autẽ vulgi hoc nomen etiã in operibus misericordiæ frequẽtatur, quod ideò arbitror euenisse, quia hæc fieri præcipuè Deus mãdat, eáq; sibi vel pro sacrificiis vel præ sacrificiis placere testatur,

ex qua loquendi consuetudine factũ est, vt Deus ipse dicatur, pius S. Antonin. *parte 4. tit. 5. c. 9. in princ.* licèt autem de pietate in Deum, siue ea accipiatur, quatenus maximè respicit cultum Dei, satis suprà dixerimus, cùm de Religione ageretur; siue accipiatur pro operibus misericordiæ, & pariter de ea tractauimus, cùm de charitate dissereremus, licèt tamen hîc aliqua subnectere, vt res omnis clariùs ostendatur. Pietas igitur teste in Rhetor. Tullio, est, per quam sanguine iunctis, patriæque beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus, qua venerabilis vir abundè præditus fuit, testes enim deponunt eũ toto vitæ suę tempore mandatis parentum suorum obedientẽ fuisse, tractando eos in qualibet occasione maxima cũ pietate, & reuerẽtia, nec nõ prębẽdo in quibuscunq; suis actionibus egregiũ populis exemplum ædificationis, sanctæq; virtutis, & quidem de vera scientia in processu Castellæ super 8. Ioannes Gallego primus testis, qui tempore examinis erat 95. annorum *fol.* 460. & Ludouicus Feo, ætatis 90. annorum 2. testis *fol.* 465. & Catharina Garzia ætatis octuaginta annorum; super 8. 5. testis

fol. 478. & Maria Sanchez ætatis 80. annorum, 6. teſtis *fol.* 48.3. qui quatuor ſunt examinati authoritate ordinaria. Alij verò quamplures deponunt de auditu ac de publica voce & fama; vnde cùm ad pietatem erga parentes tria requirantur, videlicet reuerentia, obedientia, & ſubuentio in neceſſitatibus ſancti Antonini *parte* 4. *titulo* 5. *cap.* 9. §. 1. manifeſtiſſimè apparet, priora duo in venerabili viro fuiſſe. Idem igitur iam de tertio attẽdamus, quod optimè probatur, nam cùm acceſſiſſet ad ipſum eius frater, poſtquam illum per paucos dies domi recepit & aluit, ad patriam remiſit, dando illi tanquam vni ex pauperibus currum cum duobus mulis & 100. vel 200. ſcuta, quæ ſumma conditioni fratris conueniebat, ſic deponunt teſtes in proceſſu Valentino ſuper 10. videlicet Fr Ioannes Alphonſo 11. teſtis *fol.* 167. Philippus Adell. 6. teſtis *fol.* 154. Michaël Vincente 8 teſtis *fol.* 160 Don Petrus Moncada, 14. teſtis, *fol.* 173. qui quatuor ſunt examinati authoritate ordinaria: Bartholomæus Eſcola, 14. teſtis, *fol.* 320. Mariana de Sottomaior. 26. teſtis *fol.* 363. Quódque duabus neptibus eam dotem

tribue

tribuerit, quæ agricolis, vt erant, conueniret, quódque subuenerit matri, provt eius conditio exigebat, deponit Don Petrus de Moncada 14. testis loco prællegato, cum quo concordat in processu Valentino Gundisaluus Camero 38. testis super vltimo *fol.* 607. dicens eum consanguineis visitantibus in quatuor vicibus solummodo dedisse 25. marapetinos, & de auditu à Rectore de Villar Iacobus Ferrãdo in processu Valentino examinatus authoritate ordinaria 26. testis super primo *fol.* 221. deponit, quòd parcè & cum Christiana moderatione matrem sustentauerit, quódque matri & fratri se inuisentibus centum scuta dederit, duobus verò nepotibus quinquaginta, & subdit iste testis eundem rectorem sibi dixisse, qui certò sciebat, eleemosynam illam, quam dederat extraneis, S. Præsulem extraxisse ex victu suo & aliis, quibus habebat opus, ita vt cùm posset vesci perdice, quæ duobus solidis veniret, non vesceretur, sed carnes vnius solidi sibi emi iuberet, ac alium solidum poneret ad computum, & in rationem recompensationis depositio istius testis de auditu multùm coadiuuatur ex

depoſitione Gundiſalui Camero ſuper 22. 28. teſtis, in proceſſu Caſtellæ, *fol.* 607. deponit enim ſe præſentẽ audiuiſſe quendam venerabili viro hæc verba dicentem: Miror non parum, quòd dominatio veſtra non ſubueniat ſuis fratribus & conſanguineis in ſuis indigentiis, & egeſtatibus; ad quæ ſanctiſſimum Archiepiſcopum reſpondiſſe: redditus mei Archiepiſcopatus diuiduntur in tres partes, prima eſt Fabricę Eccleſiæ, & de hac nequidem Marapetinus detrahi, vel minui poteſt; Secunda eſt pauperum naturalium terræ; Tertia eſt pro meo ſumptu & ſuſtẽtatione, & ex iſta parte opus eſt detrahere ſumptus quos poſſum pro pauperibus naturalibus: & ideò non eſt, cur amplius mihi dicas, vt ſuccurram & faueam meis conſanguineis, quia eleemoſyna eſt pauperum naturalium huius ciuitatis, non autem extraneorum.

Hæc pietas in hoc caſu eſt admodum laudabilis, cùm id, quod fuit datum conſanguineis, fuerit datum pauperibus conſanguineis, quibus Epiſcopus poteſt aliquid moderatè donaré de pauperum portione. Sanctus Thomas 2.2. *quæſtione* 185. *art.*7. Caiet. *ibidem in* 2. *quæſt. gloſſ. in c. præſenti*

ſenti, in verb. reſeruari, de officio Ordinarij in 6. Hoſtien. *in c. fin. num.* 4. *de pecul. clericor.* quod ſentit Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *c.* 1. *de reform.*

Eandem pietatem venerabilis vir exercuit in patriam, cùm enim Pater moriens quaſdam ei domos in oppido Villanouæ reliquiſſet, ad illud ſe contulit ex Vniuerſitate Compluten, matrémque rogauit, vt eaſdem ditaret, necnon cubilibus inſtrueret, vt in hoſpitali pauperum mulierum oppidi Villanouæ conuerterentur, atque ita Mater ad preces filij, nedum cubilia cum omnibus neceſſariis comparauit, vbi fueruut recollectæ, & vſque in hodiernam diem recolliguntur dictæ pauperes mulieres, ſed etiam redditus pro reparatione loci reliquit. Hoc probant teſtes in proceſſu Caſtellæ, ſuper 18. videlicet Ludouícus Feo 2. teſtis, *fol.* 465. Catharina Garzia 5. teſtis *fol.* 478. Mariana Sanchez 6. teſtis, *fol.* 483. Gundiſaluus Camero 38. teſtis, *fol.* 607. Petrus Garzia 42. teſtis *fol.* 630. Ferdinandus de Buſto 49. teſtis *fol.* 662. Omnes præter vltimum examinati authoritate ordinaria.

De obseruantia, honore & obedientia.

AGendum est iam de Obseruantia, quæ tertio loco spectat ad iustitiam; & est illa dulia propriè dicta, quæ resultat ex reuerentia, quam seruus exhibet Domino, sed largè accipitur, pro omni reuerentia, quæ exhibetur alicui ratione sui dominij, seu superioritatis & excellentiæ: est autem obseruantia virtus per quam personis in dignitate constitutis cultum & honorem exhibemus. Tullius *in secundo de inuentione*. Sanctus Thomas 2.2. *quæstione* 102. *art.* 2. Cuius partes duæ sunt, honor, qui spectat ad duliam, & obedientia, S. Thom. 2. 2. *quæstione* 103. *&* *quæstione* 104. Honor testificationē quandam importat de excellentia alicuius, & quoad Deum principaliter in actu interiori consistit, quoad homines in exterioribus & corporalibus signis. Sanctus Thomas *quæstione* 103. *art.* 1. *& seqq.* Rayner. *verb. honor*, *cap.* 3. S Anton. *parte* 4. *tit.* 5. *cap.* 10. §. 1. Quòd autem venerabilis vir exhibuerit honorem superioribus, satis ostenditur, cùm noluerit consentire

nomi

nominationi ad Archiepiſcopatum Valentinum de ſe factæ à glorioſæ memoriȩ Carolo V. niſi rurſus à ſuperioribus, quibus maximum honorem exhibuit, licèt Religioſus non poſſit aſſentiri nominationi de ſe factæ extra Religionem, qualis fuit iſta, ſine conſenſu ſuperioris, *c. ſi Religioſus*, *de elect. lib.* 6. Roderic. *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſtione* 58. *art.* 1. qui poteſt eum cogere. Valent. 2. 2. *diſput.* 10. *quæſtione* 3. *punct.* 3. Sanchez *in ſumm. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 38. Quòd autem dictæ nominationi non conſenſerit niſi ad præceptum ſuperioris, infrà probabitur.

Secunda pars Obſeruantiæ eſt obedientia, quæ quidem eſt ſpecialis virtus, cuius obiectum eſt, ſuperioris præceptorum tacitum, vel expreſſum. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 104. *art.* 2. & inter virtutes morales dici poteſt laudabilior & excellentior aliis, cùm ex ea propria voluntas conſecretur Deo. S. Antonin. *in* 4. *parte*, *tit.* 5. *cap.* 11. Roſella *in verb. obedientia. num.* 1. vbi Sabien. *num.* 2. Piſan. §.1. Rayner. *cap.* 3. & pulchrè de virtutis huius excellentia Climach. *grad.* 4. Obedientia, inquit, eſt perfecta abnegatio propriæ animæ,

mæ, & proprij corporis mors voluntaria, vita sine sollicitudine, nauigatio sine damno, sepultura voluntatis, vita humilitatis, & quasi si quis dormiendo iter faciat.

Circa autem obedientiam huius venerabilis viri primò dicendum est, eum solemniter vouisse obedientiam, die 25. Nouembris 1517. secundùm regulam S. Augustini, vt in instrumento suæ professionis in processu Castellæ *fol.* 259. quod quidē votum optimè adimpleuit, nam vt deponunt testes super 21. in processu Castellæ in sua Religione fuit habitus tanquā vnus ex obedientioribus, qui suo tempore in religione reperirentur. Et hoc etiam esse publicum & notorium, cōmunémque vocem & famam, ita Antonius Martinez primus testis *fol.* 425. Catharina Gonzales examinata authoritate ordinaria 7. testis super 8. *fol.* 488. Petrus Agudo examinatus authoritate ordinaria 47. testis super 21. *fol.* 662. Ex quibus generaliter probatis resultat probatio specialis, eum nēpe perfectè fuisse obediētem. Ad quem effectum septem solent cōsiderari, primò scilicet, vt quis libēter obediat, vnde Ioan. 4. *Meus cibus est, vt faciam voluntatē eius, qui misit me.* Psal.

13. *Vo*

13. *Voluntariè sacrificabo tibi.* Secundò, vt quis simpliciter obediat, vnde Psalm 17. *In auditu auris obediuit mihi*; ad simplicitatē autem obedientis, pertinet non iudicare quid, vel quare præcipiatur; nec aliter facere, quàm preceptum sit, vnde Deut. 12. *Quæ præcipio tibi, hæc tātùm facias Domino, nec addas quicquam, nec minuas.* Tertiò, vt quis alacriter obediat, *Hilarē enim datorem eligit Deus*, 2. Cor. c. 9. Quartò, vt quis velociter obediat, *Luc.* 19. dictū est Zaccheo, *Festinās descende*, & subditur remuneratio, *Hodie huic domui salus facta est.* Quintò, vt quis viriliter adimpleat mandatum. Vnde Philip. 2. *Factus obediens vsque ad mortem, mortē autē crucis.* Ideò Bernard. Memētote fratres, Christus ne perderet obedientiā, perdidit vitā. Sextò, vt quis humiliter obediat, vnde Luc. 17. *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt, dicite; serui inutiles sumus.* Septimò, vt quis indesinēter obediat, vnde 1. ad Corinth. c. 19. *Sic currite, vt cōprehendatis.* Quæ omnia fuisse in Ven. viro affirmandum est, ex generalitate depositionum testiū, & ex aliis eius virtutibus suprà deductis, & infrà deducēdis, ex quibus simul iunctis in necessariam consequentiam predicta resultant.

Con

Conſiderandum eſt vlteriùs virum religioſæ addictiſſimũ paupertati, cùm fuiſſet nominatus ab inuictiſſimo Imperatore Carolo V. ad Epiſcopatum Valentinum, nominationi non conſenſiſſe, qua de re certior factus Prouincialis ad eum ſub die 7. Auguſti 1544. litteras dedit, in quibus ei præcepit in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, vt intra 20. horarum ſpatium dictæ nominationi Archiepiſcopatus conſentiret, de quibus in proceſſu Caſtellæ *fol.* 681. quod etiam comprobatur ex aliis litteris datis per venerabilem virum 12. eiuſdem menſis & anni ad Patrem Generalem, qui poſteà fuit Cardinalis Seripandus, vt in eodem proceſſu *fol.* 679. & probant teſtes de publica voce & fama in proceſſu Valentino ſuper 30. videlicet Vincentius Roca 4. teſtis *fol.* 149. Matthæus Ioànnes Lopez 22. teſtis *fol.* 193. ambo examinati authoritate ordinaria, Mariana Cabanillas, 45. teſtis *fol.* 422. Michaël Soler. 75. teſtis, *folio* 494.

Quòd autem dictæ nominationi non conſenſerit prius, quàm à ſuperiore in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ex-

com

communicationis ei præciperetur, summoperè laudandum est, quia promptitudo obedientiæ in his tantùm est exhibenda, quæ ad religionis exercitia, vel regularem disciplinam,aut mortificationem pertinent, & ita procedunt prædicata, si enim Prælatura Episcopatus, vel ad aliud munus honorabile imponitur, non est ordinariè laudabile se promptum & alacrem exhibere, sed expedit modestè deprecari, & expectare etiam præceptum,præsertim si agatur de Prælatura extra ordinem suscipienda, sic enim doctissimi & sanctissimi viri fecerunt, de quibus suprà dictum est, dum fuit actum de prudentia: hoc idem docet sanctus Gregorius *lib.* 35. *siue vltimo moral. cap.* 10. relatus *in c. sciendum*, 8, *quæstione* 1. vbi, quia nonnunquam, inquit,nobis huius mundi prospera, nonnunquam verò iubentur aduersa, sciendum summoperè est, quòd obedientia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est, aliquando autem, si de suo aliquid non habet, minima; nam cùm huius mundi successus præcipitur; cùm locus superior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem

tem euacuat; si ad hæc etiam proprio desiderio anhelatur, rursum cùm mundi despectus percipitur, cùm probra adipisci & contumeliæ iubentur, nisi ex seipso animus hæc appetat obedientiæ sibi meritum minuit; & paulò infrà idem sanctus subiungit, Moyses itaque ad prospera de suo nihil habet, quia precibus renititur, ne Israeliticæ plebi præferatur. Paulus ad aduersa etiam ex suo voto ducitur, quia malorum imminentium cognitionem percipit, sed deuotione spiritus etiam ad arctiora feruescit, ille præsentis potestatis gloriam Deo voluit iubente declinare; iste Deo dura & aspera disponente se studet ad grauiora præparare. Præeunte ergo vtrorumque Ducum infracta virtute instruimur, vt si obedientiæ palmam apprehendere veraciter nitimur, prosperis huius sæculi ex sola iussione, aduersis autem ex sola deuotione militemus.

De Gratitudine.

QVarto loco ad iustitiam spectat gratitudo, quam ita definit Tullius *in 2. de*

de invent. Gratitudo est in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & remunerandi voluntas cõtinetur. Quòd autem sit virtus specialis distincta ab aliis, declarat sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 106. *art.* 1. *in corp.* vbi quòd secundùm diuersas causas, ex quibus aliquid debetur, necesse est diuersificare debiti reddendi rationem, ita tamen vt semper in maiori illud, quod minus est, continuetur. In Deo autem primò & principaliter inuenitur causa debiti; eo quòd est primum principium omnium bonorum nostrorum, ideò erga illum religio habeatur; secundariò autem in patre, quia est proximum nostræ generationis, & disciplinæ principium, cui pietas debetur. Tertiò in persona, quæ dignitate præcelluit, ex qua communia beneficia procedunt, cui obseruantia impenditur, de quibus dictum est suprà. Quartò in aliquo benefactore, à quo particularia quædam & priuata beneficia accepimus, pro quibus ei particulariter obligamur, cui gratitudo debetur, quę benefactoribus gratiam recõpensat. Hanc etiam gratitudinem habuit venerabilis Thomas, at enim diximus, totam supel-

lectilem diuisit inter pauperes familiares, & licèt diuisio fuerit facta in articulo mortis, tamen optimè venerabilis vir exercuit hanc virtutem erga familiares, qui illi inseruierant, sicut naturalis ordo requirit; qui vult, vt ille, qui accepit beneficium, per gratiarum recompensationem conuertatur ad suum benefactorem. Vnde *Epist.* 1. *ad Thessalonicenses, cap. vltim.* habetur. *In omnibus gratias agite;* non tamen tenetur statim beneficium recompensare, nisi quoad effectum animi. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 106. *art.* 4. Quantum autem ad donum, debet expectari tempus, quo benefactori recompensatio sit opportuna, aliàs non esset gratitudo, vt inquit Seneca *in* 4. *de beneficiis*, vbi qui festinat reddere, non animum habet grati hominis, sed debitoris, & qui nimis citò cupit soluere, inuitus debet.

Neque hic est omittendum aliud gratitudinis testimonium erga religionem suam, nam venerabilis vir in oppido Complutensi à fundamentis erexit collegium Religiosorum Ordinis sancti Augustini, vt in eo daretur opera Theologiæ, & in annum 300. ducatorum dotem constituit, vt

ſuprà receuſuimus, & hoc potuit facere de redditibus Eccleſiæ, nam licet Epiſcopus teneatur erogare in pauperes quod ſupereſt de portione ſua, poteſt tamen erogare in pauperes extraneos. Nauarrus *de redditibus Eccleſ. quæſtione* 1. *monit.* 77. Molina *de iuſt. & iure tract.* 2. *diſputat.* 146. vbi aliàs refert, quorum appellatione veniunt Eccleſiæ, monaſteria, loca pia, ornamentis, luminaribus, ædificiis, & aliis neceſſariis indigentia. Ioan. Andr. *in c.* 1. *de teſtam. in* 6.

De Amicitia.

AMicitia eſt ſpecialis virtus pertinens ad iuſtitiam. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 104. *art.* 1. & 2. oportet enim hominem ad alios homines ordinari in communi conuerſatione tam in factis, quàm in dictis, vt ſcilicet ad vnumquemque ſe habeat ſecundũ quod decet, & ideò oportet eſſe quandam ſpecialem virtutem, quæ hanc conuenientiam ordinis obſeruet; & hæc vocatur amicitia, ſeu affabilitas, quæ ideò ſpectat ad iuſtitiam, quia debitum honeſtatis eſt, vt quis faciat alteri, quod

deceat, S. Thom. *vbi suprà*; & hac etiam virtute venerabilis vir prædictus fuit, admodum enim erat affabilis, vt deponunt testes in processu Valentino super 5. videlicet Christophorus Perez 10. testis *fol.* 300. Ioannes de Panagos, 72. testis *fol.* 489. Michaël Vincente 8. testis examinatus authoritate ordinaria *fol.* 160. & comprobatur ex actibus ipsius charitas suprà narratis, & ex eo quòd venerabilis Prælatus non erat litigiosus, vt pariter suprà diximus, dum egimus de prudētia monastica, quod litigium opponitur virtuti amicitiæ, seu affabilitatis, vt docet sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 116. *art.* 1.

De Liberalitate.

VEnit insuper consideranda liberalitas, quæ est virtus, S. Thom. 2. 2. *q.* 117. *art.* 1. & 5. & consistit in dando. Sanctus Thomas *dicto loco art.* 4. & conuenit cum iustitia in duobus, primò quod est ad alterum, Secundò quod est circa res exteriores, licèt secundùm aliam rationem, & ideò ponitur à quibusdam inter partes iustitiæ, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 117. *art.* 2. *ad* 3. & *art.* 5. *in corp.* S. Anton. *part.* 4. *tit.* 5. §. 1.

Hac

Hac virtute præditus fuit venerabilis Thomas, proprias enim domos, vt diximus pro hospitali construendo largitus est, & cùm esset parcissimus in mensa, vestitu, supellectili, & similibus, vt suprà de tēperantia dicetur, omnia quæ supererant erogauit in pauperes, & licèt Episcopus de portione sua teneatur facere eleemosynam quando notabiliter multa supersunt, secus est in modicis, vt docet sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 7. vbi Caiet. & omnes, Nauar. *de redditib. Eccles. quæst.* 1. *monit.* 49. Molina *de iustitia & iur. disputat.* 144. *per totam.* cùm autem venerabilis vir eleemosynam faceret nedum de iis, quæ supererant, sed etiam ad eundem effectum subtraheret necessitatibus suis, vtique de suo erogabat, & sic in hac parte liberalis dici potest, cùm dederit pauperibus, non autem malis hominibus, vt fruerentur in peccato. *Eccles. num.* 12. habetur, *Benefac iusto*, vnde B. Augustinus, de quo *in c. donare* 86. *distinct.* donare res suas histrionibus, inquit, vitium est immane, non virtus.

De Vindicatione.

QVinto loco spectat ad iustitiam vindicatio, quæ ad emendationem peccantis, & aliorum quietem, iustitiæque conseruationem, & Dei honorem est licita. Sanctus Thomas 2.2. *quæstione* 108. *art.* 1. vbi in responsione ad quartum affert exépla sacræ Scripturæ. Sanctus Antoninus 4. *parte*, *tit.* 5. *cap.* 13. §. 3. & est virtus specialis, quæ spectat ad iustitiam, per quam vis, aut iniuria, & omnino quicquid obscœnum est, id est, ignominiosum defendendo, aut vlciscendo propulsatur; secundùm Tullium *in 2. de inuent. in fine.* Et hoc modo fuit in venerabili viro; nam cùm quidam Canonicus duobus pugionis ictibus percussisset quendam, vt vocant, Algazirium Gubernatoris, & ob hoc delictum carceribus publicis laicorum Gubernator eum inclusisset, & sancto Præsuli repetenti restituere negasset, coactus fuit excommunicare Gubernatorem, & Algazirium, & supponere interdicto ciuitatem, & cùm postmodum alius clericus ob commissum homicidium fuisset

fuiſſet ſuſpenſus, ea res ceſſationis à diuinis prorogandæ cauſam dedit, vt ſuprà retulimus, & probant teſtes in proceſſu Valentino ſuper 6. videlicet Petrus Valentinus 16. teſtis examinatus authoritate ordinaria *fol.* 178. Bartholomæus Eſcola 14. teſtis *fol.* 319. Don Petrus de Moncada eques 15. teſtis examinatus authoritate ordinaria *fol.* 173. Don Federicus Borgia Archidiaconus maior 42. teſtis examinatus authoritate ordinaria *fol.* 288. quæ quidem vindicatio fuit iuſta, & ideò iuſtus debet appellari; nam fuit facta ex iuſta cauſa, videlicet propter carcerationem & mortem, quam Gubernator, & Algazirius videndo, vel exequendo grauiter peccauerunt, & fuerunt etiam ſacrilegi, & ipſo iure excommunicati, vt *in cap. ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſtione* 4. *& in cap. nuper.* 29. *de ſent. excommunic.*

De caſtitate, pudicitia, continentia, virginitate.

DE caſtitate, pudicitia, continentia, & virginitate agendũ eſt, quæ quar-

to loco posuimus, & eo magis sunt grata Deo, quo maiore voti vinculo sunt adstricta, nam simpliciter loquendo, qui facit sine voto, vnum tantùm consilium, vel præceptum adimplet, scilicet de faciendo, qui autem cum voto facit, implet duo, scilicet & vouendo & faciendo. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 88. *articulo* 6. Pisan. *verb. votum*, §. 1. *vers. votum melius.* Dominicus Soto *libro* 1. *quæstione* 2. *art.* 4. *de iustitia, & iure.*

Ac vt à castitate exordiamur, certum est eam esse virtutem quæ consistit in anima, sicut in subiecto, sed materiam habet in corpore, & propterea est virtus, per quam concupiscentiam castigamus quodam rationis moderamine, & ad hoc vt sit vera virtus debet viuere ex fide, vt dicit sanctus Augustinus *tom.* 7. *lib.* 4. *contra Iulianum*, *cap.* 3. *non longè à principio*, ita explicant sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 151. *art.* 1. S. Antoninus *prima parte*, *titul.* 4. *cap.* 6. Viguer *de virtut. temper. cap.* 7. §. 3. *vers. sexto.* Astens. 1. *parte*, *lib.* 2. *tit.* 44 Peraldus 1. *vol. tit. temperantiæ*, *cap.* 13. ad quam virtutem castitatis ordinatur pudicitia, non quasi vir-

tus

tus ab ea distincta, sed sicut exprimens castitatis circunstantiam quandam. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 151. *art.* 4. Castitati autem S Paul. *ad Galatas* 5. continentiam coniungit, & meritò, quia prauas concupiscentias secundùm rationem moderatur. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 155. *art.* 1. *& seq.* Viguer. *de virt. temp. cap.* 7. §. 5. *vers. primo* Asten. 1. *parte, lib.* 4. *tit.* 48. Et quamuis hîc propriè agatur de castitate, & aliis in ordine ad votum, quia cessante voto agẽdum esset de castitate & aliis tanquam de subiecto temperantiæ: attamen ne videamur bis idem repetere, hîc agemus de castitate & virginitate, & aliis venerabilis Thomæ virtutibus, tam ante quàm post Religionis ingressum, quæ optimè probantur: nam duo testes incolæ Villanouæ, de vera scientia deponunt mirabilia in venerabili hoc viro ab ipsa infantia honestatis compositionis, nitoris, & sanctitatis, eluxisse documenta, eúmque in omnibus actionibus suis puritatem, pudicitiam, castitatem, & honestatem, quibus egrégiè præditus erat, ostendisse, & hãc de eo viguisse publicã opinionẽ & famã, talemq; nõ ab ipsis modò testibus,

verùm etiam è reliquis omnibus, quo vixit, tempore habitum fuiſſe, Ioannes videlicet Gallego, primus teſtis ætatis 95. annorum ſuper 13. in proceſſu Caſtellæ, *fol.* 460. & eodem loco Ludouicus Feo ætatis 90. annorum 25. teſtis *fol.* 465. & inſuper de auditu à maioribus, & de communi reputatione circa omnia & ſingula prædicta eiſdem locis deponunt Catharina Gonzales vidua, ætatis 80. annorum 7. teſtis *fol.* 488. Gundiſaluus Camero ætatis 88. annorum 38. teſtis *fol.* 608. Petrus Garzia ætatis 78. annorum 42. teſtis *fol.* 630. & Matthias Pallas, in proceſſu Valentino 58. teſtis, qui deponunt etiam in ſpecie dum fuit in Collegio ſancti Ildefonſi, *fol.* 247. qui omnes fuerunt examinati authoritate ordinaria.

Et vltrà prædictas probationes alij quoque teſtes deponunt de vera ſcientia ſanctum Archiepiſcopum toto, quo eum ipſi cognouerunt, tempore fuiſſe in omnibus ſermonibus ſuis & moribus valdè compoſitum; honeſtum, pudicum, caſtum, & collectum, ita vt à ſanctæ eius vitæ norma, & moribus exempla ſumi ſolerent, cúmque in optimis, ſanctiſſimiſque moribus

ribus vſque ad extremum vitæ ſpiritum perſeueraſſe. Et inſuper deponunt de publica voce & fama, Ioannes de Ramos incola Villanouæ, ætatis 83. annorum 3. teſtis examinatus authoritate ordinaria ſuper. 13. in proceſſu Caſtellæ *fol.* 471. & *ibidem*, & *fol.* 475. Antonius de Molina 4. teſtis ætatis 80. annorum, & Don Petrus Moncada Equeſt. 14 teſtis, examinatus authoritate ordinaria in proceſſu Valentino ſuper 23. *fol.* 173.

Vlteriùs etiam ex teſtibus probatur, cum ex publica voce & fama, atque concordi omnium reputatione obiiſſe virginem, ideóque & floreum ei ſertum fuiſſe contextum, & totum corpus floribus coopertum, prout euenit ſancto Ioanni Eleemoſynario, vt legitur in eius vita *cap.* 53. & eſt honor virginibus præſtari ſolitus, vt habetur in vitis Patrum *lib.* 8. *cap.* 30. *in fine*, ita deponunt ſuper 23. in proceſſu Valentino Ioannes Baptiſta Alatar, Chirurgus examinatus authoritate ordinaria 35. teſtis *fol.* 218. *à t.* Bartholomæus Eſcola, 14 teſtis ſuper dicto art. 23. & 27 *fol.* 319. *à t.* Mariana de Cabanillas 45. teſtis ſuper 27. *fol.* 422. Vincentius Roca 4. teſtis ſuper

per

per 2. examinatus authoritate ordinaria *fol.* 149. *à t.* Franciſcus Dymas 12. teſtis ſuper 27. *fol.* 437. Ioan. Baptiſta Calbet ſuper 27. teſtis 343. *fol.* 999. Petrus Valentinus ſuper 23 16. teſtis *fol.* 178. Don Ioannes Boyl 17. teſtis ſuper 23. Don Mathias Pallas in proceſſu Valentino 58. teſtis *fol.* 247. qui tres ſupradicti ſunt examinati authoritate ordinaria, Mariana de Sottomaior. 26. teſtis ſuper 23. & ſuper 27. *fol.* 363. quæ & deponit de auditu ab eius Confeſſario.

Ex quibus ne dum videtur probata caſtitas, ſed etiam virginitas quæ cùm ſit qualitas naturalis, præſumitur cardinalis, Abb. *in cap.* 1. *num.* 5. *de adult.* Alex. *conſ.* 229. *num.* 2. *lib.* 6. quæ præſumptio cunctis aliis in hoc caſu debet probare, innocentia videlicet vitæ venerabilis viri à puero vſque ad obitum, vt modò dictum eſt, publica voce & fama, & communi reputatione, quæ vigebat & viget, & vult è viuis cum virginitate deceſſiſſe; quare cùm agatur in materia; quæ eſt difficilis probationis; dicendum eſt ſufficere coniecturas, & præſumptiones, *l. non omnis*, §. *à Barbaris. ff. de re milit.* Federicus

cus de Senis, *conf.* 119. Castrens. *conf.* 74. *incipit*, *in causa mota*, *column.* 2. *libro* 1. Socinus senior *conf.* 213. *num.* 10. *& conf.* 291. *num.* 15. *lib.* 2. maximè cùm perdifficilè, & quasi impossibile sit in viro virginitatem alio modo probare, vt considerat Capiuaccius *in prax. med. libro* 4. *capite* 11. *de virginitate*; quare prædictæ videntur sufficientes probationes per eá, quæ notat Alexand. *conf.* 64. *num.* 5. *libro primo.* Et hæc virginitas venerabilis viri post emissum votum castitatis incepit esse propriè perfecta virtus, cùm non amittatur sine peccato, Summa Tabiena *in verbo virginitas.*

Hæc autem virginitas tantæ est existimationis, vt Theodoretus, & sanctus Ambrosius *super prima ad Corinthios capite sexto* ad illa verba, *Existimo ergo*, illam appellauit bonum, & bonorum omnium optimum, & præstantissimum, & sanctus Hieronymus *libro primo contra Iouinianum*, eam vocauit aurum, & meritò, cùm sit soror Angelorum, vt colligitur ex Matthæo *cap.* 22. & dicit Gloss. *in cap. nuptiæ*, *in verbo virginitas*, 32. *quæstione prima*, & Dominus noster Iesus

Christus

Christus virgo fuit, matremq; ex qua natus est, Virginem esse in partu & post partum voluit.

Accedit, quòd quanto maior est libidinis, & prouenientium ex ea vitiorum fœditas, & turpitudo, tanto pretiosior, & excellentior dicenda est castitatis ei oppositæ dignitas, & pulchritudo, quæ in Religioso faciliùs, quàm in sæcularibus reperiri solet, cùm à quotidianis huius vitæ illecebris, & periculosis mundi irritamentis, & absit longiùs, & per religiosi instituti obseruantiam diligentiùs custodiatur.

De Paupertate & Eleemosyna.

SAtis de paupertate superiùs actũ fuit, cùm de charitate venerabilis viri tractaretur, cuius ardor in eo tantùm extitit, vt etiam dum Archiepiscopali dignitate clareret, pauper omninò & mendicus esse voluerit, vt ex ibi deductis apparet; hîc tantummodo superest, vt inferantur nomina testium deponentium sanctum hunc virum fuisse pauperem spiritu, hoc est, voluntate pauperem propter Spiritum sanctum, vt explicat sanctus Hieronymus super

per Matth. cap. 5. *Beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cælorum*, id est, eorum, qui sunt abstinẽtes ab amore mundi, scilicet carnalium voluptatum, diuitiarum, ac propriæ excellentiæ. Nòmina verò testium sunt hæc in processu Valentino super 10. Bartholomæus Escola 14. testis *fol.* 319. Ioseph Ioachinus Baijarri, 20. testis, *fol.* 306. Petrus Guttierez 21. testis *fol.* 346. Baptista Nauarro 38. testis *fol.* 408. Mariana Gabanillas super 10. 45. testis *fol.* 422. Gregorius Yuañez primus testis *fol.* 141. Ioannes Feris 5. testis *fol.* 152 & cum fuisse planè pauperrimum spiritu deponit Michaël Hieronymus Vinaron 2. testis, *fol.* 143. & Ioannes Pellesero 7. testis *fol.* 157. atque Matthæus Ioannes Lopez 22. testis *fol.* 195. qui quinque postremi sunt examinati authoritate ordinaria.

De Eleemosyna etiam abundè de charitate iam diximus; quæ licèt ad pauperes propriè spectat ex charitate si fiat ex bonis, quæ ex portione Episcopi superabundant. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 185. *art.* 7. tamen largò modo ad iustitiam etiam spectare dicitur; *Prouerb.* enim *cap.* 12. habetur,

tur, *Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia*, & Psalm. 111. *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi.* De oblationibus autem & decimis non agemus, cùm integer vitæ adolescens optimam sibi religionis viam elegerit, ex qua ad Archiepiscopatus Valentini dignitatem fuit assumptus; nullo tamen pacto silentio prætermittendum est, quòd præter ea quæ suprà narrauimus, liberaliter egit in Archiepiscopatu, iussit enim aliquando deferri è Religione quædam aulæa, siue peristromata, in quibus mirabili artificio videbantur expressa septem Beatæ Virginis gaudia, atque illa Præsul vigilantissimus Ecclesiæ Valentinæ Deóque dicauit vt probãt in processu Valẽtino super 30. Franciscus Dymas Pellicer 12. testis *fol.* 316. Matthæus Ioannes Lopez 22. testis super 26. *fol.* 197. Antonius Ioannes Andreu 33. testis *fol.* 216. Don Federicus de Borgia 42. testis *fol.* 231. Vincentius Ferrer. Estuæ. 3. testis super 3. articulo *fol.* 285. Don Michaël Hieronymus Vich, 4. testis, *fol.* 427. *à t.* Marcus Antonius Vernich 8. testis *fol.* 299. Petrus Ioannes

Assen

Aſſentió, 46. teſtis, *fol:* 427. *à t.* qui actus negari non poteſt, quin laudes plurimùm mereatur, cùm ſit factus ad excellentiam cultus diuini. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 169. *art.* 1. *in reſponſione ad* 2.

De Veritate.

POſtremò de veritate paucis eſt agendum, quæ eſt virtus, ſi accipiatur pro illa qua aliquis verum dicit, ſecundùm quod per eam aliquis dicitur verax, & eſt 6. virtus, quæ ſpectat ad iuſtitiam, de qua Tullius 2. *de inuent.* Veritas eſt per quam immutata ea, quæ ſunt, aut antè fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Sanctus Thomas 2.2. *quæſtione* 109. *art.* 1. Sanctus Antoninus 4. *parte*, *tit.* 5. *cap.* 15. *in principio.* Quam perfectiſſimam habuiſſe venerabilem virum credimus ſatis probari poſſe ex teſtibus ſæpe repetitis, qui deponunt de pueritia, videlicet, quòd fuit ſubditus parentibus in exordio vitæ ſuæ cum omnibus exercitiis pietatis, & vt eorum vocabulo vtamur, Chriſtianitatis, & omni virtutum genere & humilitate, qua adeò excellebat, vt omnibus cum alloquentibus,

& iis qui cum eo negotia peragebant, esset admirandus, qui etiam gratias Deo propterea agebant. Quare ex istis depositionibus optimè dicitur, sanctum hunc virum habuisse donum veritatis, quod retinuisse toto vitæ suæ tempore affirmari potest, cùm magis magísque semper in virtutibus creuerit, ita vt sanctus effectus fuerit.

De Fortitudine.

FOrtitudo importat animi firmitatem. S. Thom. 2. 2. *quæstione* 123. *art.* 2. *in corp.* & est virtus moralis. S. Gregor. 22. *moralium cap.* 1. S. Thom. 2. 2. *quæstione* 123. *art.* 1. Non tamen est maxima virtutum moralium, quoniam vt inquit sanctus Augustinus *tom.* 3. *in* 6. *de Trinit, cap.* 8. *circà finem.* In his quæ non malè magna sunt, idẽ est esse maius quod melius, vnde aliqua virtus maior est, quanto melior, bonum autem rationis est hominis bonum, Dionys. *in* 4. *parte, cap.* 4. *de diuinis nominibus.* Hoc autem bonum essentialiter habet quidem prudentia, quæ est perfectio rationis: iustitia autem est huius boni factiua, in quantum scilicet ad

ipsam

ipsam pertinet, ordinem rationis proponere in omnibus rebus hominis. Aliæ virtutes sunt conseruatiuæ huius boni, in quantum scilicet moderantur passiones, quæ abducant homines à bono rationis, & in ordine harum fortitudo tenet locum præcipuum, vnde inter virtutes Cardinales, prior est Prudentia, secunda Iustitia, tertia Fortitudo, quarta Temperantia, post has cæteræ virtutes. Sanctus Thomas *loco præcitato art.* 12. Asten. *de virtute fortitudinis, parte* 1. *lib.* 2. *tit.* 33. Viguer. *eod. tit. c.* 6. §. 1.

Huius autem virtutis fortitudinis duplex est actus, scilicet aggredi, & sustinere: ad actum autem aggrediendi duo requiruntur, quorum primum pertinet ad animi præparationem, vt scilicet animum promptum habeat ad aggrediendum, & quoad hoc ponitur fiducia: secundum autem pertinet ad operis executionem, ne scilicet aliquis deficiat in executione illorum, quæ fiducialiter inchoauit, & quantum ad hoc ponitur magnificentia. Hæc duo si coarctentur ad propriam materiam fortitudinis, scilicet ad pericula mortis, erant quasi partes integrales ipsius, sine

verùm etiam è reliquis omnibus, quo vixit, tempore habitum fuisse, Ioannes videlicet Gallego, primus testis ætatis 95. annorum super 13. in processu Castellæ, *fol.* 460. & eodem loco Ludouicus Feo ætatis 90. annorum 25. testis *fol.* 465. & insuper de auditu à maioribus, & de communi reputatione circa omnia & singula prædicta eisdem locis deponunt Catharina Gonzales vidua, ætatis 80. annorum 7. testis *fol.* 488. Gundisaluus Camero ætatis 88. annorum 38. testis *fol.* 608. Petrus Garzia ætatis 78. annorum 42. testis *fol.* 630, & Matthias Pallas, in processu Valentino 58. testis, qui deponunt etiam in specie dum fuit in Collegio sancti Ildefonsi, *fol.* 247. qui omnes fuerunt examinati authoritate ordinaria.

Et vltrà prædictas probationes alij quoque testes deponunt de vera scientia sanctum Archiepiscopum toto, quo eum ipsi cognouerunt, tempore fuisse in omnibus sermonibus suis & moribus valdè compositum, honestum, pudicum, castum, & collectum, ita vt à sanctæ eius vitæ norma, & moribus exempla sumi solerent, cúmque in optimis, sanctissimisque mo-

ribus

ribus vsque ad extremum vitæ spiritum perseuerasse. Et insuper deponunt de publica voce & fama, Ioannes de Ramos incola Villanouæ, ætatis 83. annorum 3. testis examinatus authoritate ordinaria super 13. in processu Castellæ *fol.* 471. & *ibidem*, & *fol.* 475. Antonius de Molina 4. testis ætatis 80. annorum, & Don Petrus Moncada Equest. 14 testis, examinatus authoritate ordinaria in processu Valentino super 23. *fol.* 173.

Vlteriùs etiam ex testibus probatur, cum ex publica voce & fama, atque concordi omnium reputatione obiisse virginem, ideóque & floreum ei sertum fuisse contextum, & totum corpus floribus coopertum, prout euenit sancto Ioanni Eleemosynario, vt legitur in eius vita *cap.* 53. & est honor virginibus præstari solitus, vt habetur in vitis Patrum *lib.* 8. *cap.* 30. *in fine*, ita deponunt super 23. in processu Valentino Ioannes Baptista Alatar, Chirurgus examinatus authoritate ordinaria 35. testis *fol.* 218. *à t.* Bartholomæus Escola, 14 testis super dicto art. 23. & 27 *fol.* 319. *à t.* Mariana de Cabanillas 45. testis super 27. *fol.* 422. Vincentius Roca 4. testis super

per

per 2. examinatus authoritate ordinaria *fol.* 149. *à t.* Franciſcus Dymas 12. teſtis ſuper 27. *fol.* 437. Ioan. Baptiſta Calbet ſuper 27. teſtis 343. *fol.* 999. Petrus Valentinus ſuper 23 16. teſtis *fol.* 178. Don Ioannes Boyl 17. teſtis ſuper 23. Don Matthias Pallas in proceſſu Valentino 58. teſtis *fol.* 247. qui tres ſupradicti ſunt examinati authoritate ordinaria, Mariana de Sottomaior. 26. teſtis ſuper 23. & ſuper 27. *fol.* 363. quæ & deponit de auditu ab eius Confeſſario.

Ex quibus ne dum videtur probata caſtitas, ſed etiam virginitas quæ cùm ſit qualitas naturalis, præſumitur cardinalis, Abb. *in cap.* 1. *num.* 5. *de adult.* Alex. *conſ.* 229. *num.* 2. *lib.* 6. quæ præſumptio cunctis aliis in hoc caſu debet probare, innocentia videlicet vitæ venerabilis viri à puero vſque ad obitum, vt modò dictum eſt, publica voce & fama, & communi reputatione, quæ vigebat & viget, & vult è viuis cum virginitate deceſſiſſe; quare cùm agatur in materia, quæ eſt difficilis probationis, dicendum eſt ſufficere coniecturas, & præſumptiones, *l. non omnis*, §. *à Barbaris. ff. de re milit.* Federicus

cus de Senis, *conſ.* 119. Caſtrenſ. *conſ.* 74. *incipit, in cauſa mota, column.* 2. *libro* 2. Socinus ſenior *conſ.* 213. *num.* 10. *& conſ.* 291. *num.* 15. *lib.* 2. maximè cùm perdifficilè, & quaſi impoſſibile ſit in viro virginitatem alio modo probare, vt conſiderat Capiuaccius *in prax. med. libro* 4. *capite* 11. *de virginitate*; quare prædictæ videntur ſufficientes probationes per eá, quæ notat Alexand. *conſ.* 64. *num:* 5. *libro primo.* Et hæc virginitas venerabilis viri poſt emiſſum votum caſtitatis incepit eſſe propriè perfecta virtus, cùm non amittatur ſine peccato, Summa Tabiena *in verbo virginitas.*

Hæc autem virginitas tantæ eſt exiſtimationis, vt Theodoretus, & ſanctus Ambroſius *ſuper prima ad Corinthios capite ſexto* ad illa verba, *Exiſtimo ergo*, illam appellauit bonum, & bonorum omnium optimum, & præſtantiſſimum, & ſanctus Hieronymus *libro primo contra Iouinianum*, eam vocauit aurum, & meritò, cùm ſit ſoror Angelorum, vt colligitur ex Matthæo *cap.* 22. & dicit Gloſſ. *in cap. nuptiæ, in verbo virginitas*, 32. *quæſtione prima*, & Dominus noſter Ieſus

Christus virgo fuit, matremq; ex qua natus est, Virginem esse in partu & post partum voluit.

Accedit, quòd quanto maior est libidinis, & prouenientium ex ea vitiorum fœditas, & turpitudo, tanto pretiosior, & excellentior dicenda est castitatis ei oppositæ dignitas, & pulchritudo, quæ in Religioso faciliùs, quàm in sæcularibus reperiri solet, cùm à quotidianis huius vitæ illecebris, & periculosis mundi irritamentis, & absit longiùs, & per religiosi instituti obseruantiam diligentiùs custodiatur.

De Paupertate & Eleemosyna.

SAtis de paupertate superiùs actũ fuit, cùm de charitate venerabilis viri tractaretur, cuius ardor in eo tantùm extitit, vt etiam dum Archiepiscopali dignitate clareret, pauper omninò & mendicus esse voluerit, vt ex ibi deductis apparet; hîc tantummodo superest, vt inferantur nomina testium deponentium sanctum hunc virum fuisse pauperem spiritu, hoc est, voluntate pauperem propter Spiritum sanctum, vt explicat sanctus Hieronymus super

per Matth. cap. 5. *Beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, id est, eorum, qui sunt abstinẽtes ab amore mundi, scilicet carnalium voluptatum, diuitiarum, ac propriæ excellentiæ. Nomina verò testium sunt hæc in processu Valentino super 10. Bartholomæus Escola 14. testis *fol.* 319. Ioseph Ioachinus Baijarri, 20. testis, *fol.* 306. Petrus Guttierez 21. testis *fol.* 346. Baptista Nauarro 38. testis *fol.* 408. Mariana Gabanillas super 10. 45. testis *fol.* 422. Gregorius Yuañez primus testis *fol.* 141. Ioannes Feris 5. testis *fol.* 152 & cum fuisse planè pauperrimum spiritu deponit Michaël Hieronymus Vinaron 2. testis, *fol.* 143. & Ioannes Pellesero 7. testis *fol.* 157. atque Matthæus Ioannes Lopez 22. testis *fol.* 195. qui quinque postremi sunt examinati authoritate ordinaria.

De Eleemosyna etiam abundè de charitate iam diximus; quæ licèt ad pauperes propriè spectat ex charitate si fiat ex bonis, quæ ex portione Episcopi superabundant. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 185. *art.* 7. tamen largo modo ad iustitiam etiam spectare dicitur; *Prouerb.* enim *cap.* 12. habetur,

tur, *Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia*, & Psalm. 111. *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi.* De oblationibus autem & decimis non agemus, cùm integer vitae adolescens optimam sibi religionis viam elegerit, ex qua ad Archiepiscopatus Valentini dignitatem fuit assumptus; nullo tamen pacto silentio praetermittendum est, quòd praeter ea quae suprà narrauimus, liberaliter egit in Archiepiscopatu, iussit enim aliquando deferri è Religione quaedam aulaea, siue peristromata, in quibus mirabili artificio videbantur expressa septem Beatae Virginis gaudia, atque illa Praesul vigilantissimus Ecclesiae Valentinae Deóque dicauit vt probāt in processu Valētino super 30. Franciscus Dymas Pellicer 12. testis *fol.* 316. Matthaeus Ioannes Lopez 22. testis super 26. *fol.* 197. Antonius Ioannes Andreu 33. testis *fol.* 216. Don Federicus de Borgia 42. testis *fol.* 231. Vincentius Ferrer. Estuae. 3. testis super 3. articulo *fol.* 285. Don Michaël Hieronymus Vich, 4. testis, *fol.* 427. *à t.* Marcus Antonius Vernich 8. testis *fol.* 299. Petrus Ioannes

Aſſentio, 46. teſtis, *fol:* 427. *à t.* qui actus negari non poteſt, quin laudes plurimùm mereatur, cùm ſit factus ad excellentiam cultus diuini. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 169. *art.* 1. *in reſponſione ad* 2.

De Veritate.

POſtremò de veritate paucis eſt agendum, quæ eſt virtus, ſi accipiatur pro illa qua aliquis verum dicit, ſecundùm quod per eam aliquis dicitur verax, & eſt 6. virtus, quæ ſpectat ad iuſtitiam, de qua Tullius 2. *de inuent.* Veritas eſt per quam immutata ea, quæ ſunt, aut antè fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Sanctus Thomas 2.2. *quæſtione* 109. *art.* 1. Sanctus Antoninus 4. *parte*, *tit.* 5. *cap.* 15. *in principio.* Quam perfectiſſimam habuiſſe venerabilem virum credimus ſatis probari poſſe ex teſtibus ſæpe repetitis, qui deponunt de pueritia, videlicet, quòd fuit ſubditus parentibus in exordio vitæ ſuæ cum omnibus exercitiis pietatis, & vt eorum vocabulo vtamur, Chriſtianitatis, & omni virtutum genere & humilitate, qua adeò excellebat, vt omnibus cum alloquentibus,

& iis qui cum eo negotia peragebant, esset admirandus, qui etiam gratias Deo propterea agebant. Quare ex istis depositionibus optimè dicitur, sanctum hunc virum habuisse donum veritatis, quod retinuisse toto vitæ suæ tempore affirmari potest, cùm magis magísque semper in virtutibus creuerit, ita vt sanctus effectus fuerit.

De Fortitudine.

Fortitudo importat animi firmitatem. S. Thom. 2. 2. *quæstione* 123. *art.* 2. *in corp.* & est virtus moralis. S. Gregor. 22. *moralium cap.* 1. S. Thom. 2. 2. *quæstione* 123 *art.* 1. Non tamen est maxima virtutum moralium, quoniam vt inquit sanctus Augustinus *tom.* 3. *in* 6. *de Trinit, cap.* 8. *circa finem.* In his quæ non malè magna sunt, idẽ est esse maius quod melius, vnde aliqua virtus maior est, quanto melior, bonum autem rationis est hominis bonum, Dionys. *in* 4. *parte, cap.* 4. *de diuinis nominibus.* Hoc autem bonum essentialiter habet quidem prudentia, quæ est perfectio rationis: iustitia autem est huius boni factiua, in quantum scilicet ad

ipsam pertinet, ordinem rationis proponere in omnibus rebus hominis. Aliæ virtutes sunt conseruatiuæ huius boni, in quantum scilicet moderantur passiones, quæ abducant homines à bono rationis, & in ordine harum fortitudo tenet locum præcipuum, vnde inter virtutes Cardinales, prior est Prudentia, secunda Iustitia, tertia Fortitudo, quarta Temperantia, post has cæteræ virtutes. Sanctus Thomas *loco præcitato art.* 12. Asten. *de virtute fortitudinis*, *parte* 1. *lib.* 2. *tit.* 33. Viguer. *eod. tit. c.* 6. §. 1.

Huius autem virtutis fortitudinis duplex est actus, scilicet aggredi, & sustinere: ad actum autem aggrediendi duo requiruntur, quorum primum pertinet ad animi præparationem, vt scilicet animum promptum habeat ad aggrediendum, & quoad hoc ponitur fiducia: secundum autem pertinet ad operis executionem, ne scilicet aliquis deficiat in executione illorum, quæ fiducialiter inchoauit, & quantum ad hoc ponitur magnificentia. Hæc duo si coarctentur ad propriam materiam fortitudinis, scilicet ad pericula mortis, erant quasi partes integrales ipsius, sine

quibus fortitudo esse non potest. Ad alium actum fortitudinis qui est sustinere, duo requiruntur, quorum primum est, ne difficultate imminentium malorum animus frangatur, per tristitiam, & decedat à sua magnitudine, & quantum ad hoc ponitur patientia. Aliud est, vt ex diuturna difficilium passione homo non fatigetur vsque ad hoc, quòd desistat, iuxta illud Hebr.11, *Non fatigamini animis vestris deficientes*, & quantum ad hoc ponitur perseuerantia. Quatuor igitur sunt partes fortitudinis integrales, scilicet quantum ad actum aggrediendi fiducia & magnificentia, quantum verò ad actum sustinendi, patientia & perseuerantia, S. Thom. 2.2. *quæst*.128. *art*.1.

De Fiducia & magnificentia.

SAnctus Thomas 2.2. *quæst*. 129.*art*.6. docet fiduciam pertinere ad magnanimitatem, quæ quidem magnanimitas est pars fortitudinis, in quantum confirmat animum ad aliquod arduum, & circa hoc præcipuè versatur S. Thom. *vbi suprà art*. 5. Magnificentia verò conuenit cũ fortitudine in hoc, quòd sicut fortitudo tendit in aliquod

aliquod arduũ & difficile,ita etiam & magnificẽtia,licèt diuerso modo,& propterea ponitur pars fortitudinis.S.Thom. 2. 2. *q.* 134.*art.*4.quam quidem fiduciam,magnificentiam,& magnanimitatẽ proculdubio venerabilis vir habuit cùm religionem ingressus tria vota solẽnia, paupertatis, obedientię & castitatis,emiserit:nã secundùm Philosophum *in* 1.*Ethicor.* homo triplex bonum habet , primum exteriorũ rerum, quas quidẽ totaliter Deo offert per votum voluntariæ paupertatis,secundum bonum proprij corporis, quod aliquis pręcipuè offert Deo per votũ continentiæ , quo abrenũtiat maximis delectationibus corporis; tertium bonum est animæ,quo aliquis totaliter Deo se offert per obedientiam, qua ipsi Deo offertur propria voluntas , per quam homo vtitur omnibus potentiis , & habitus animæ , & istud propriè est holocaustum , cùm per emissionem votorũ totum quod homo habet,offerat Deo, vt dicit S.Gregorius *super Ezech.hom.*20.*lib.*1.*c.* 8.*& lib.*7.*c.*13.S.Thom.2.2.*q.*186.*art.*7.

Ingressus verò religionis est tantæ existimationis,vt æquiparetur martyrio,quod absque difficultate spectat ad fortitudinẽ.

Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 124. *art.* 2. Religionem martyrij nomine appellari posse apertè colligitur, si cum eo accuratiùs comparetur, sicut etiam in martyrio corpus excruciatur, ita in Religione plurifariam non corporis modò, sed animi quoque tormenta maximè sustinentur; nam quid mirabilius, aut quod martyrium grauius est, quàm inter epulas esurire, inter tam varia ac pretiosa vestimentorum genera algere, paupertatem premi inter diuitias quas offert mundus, quas ostendit malignus, quas desiderat noster iste appetitus? magnum profectò esse hoc certamen, gloriosa victoria, speciosus triumphus, & corona. Vnde non immeritò D. Bernardus *in sermone in* 8. *Paschæ*: Est martyrij genus, & quædam effusio sanguinis in quotidiana corporis afflictione, & subiungit esse hoc martyrium, munus quidem asperum, sed tamen magis longum, ac diuturnum, quod etiam de castitate dici potest, teste eodem Bernardo, qui inter alia martyrij genera, quæ sunt sine sanguine, commemorat etiam castitatem, præsertim in iuuentute. Accedit etiam aliud martyrium cum propria voluntas

macta

mactatur, & alterius arbitrio penitùs cõmittitur; sed quoniam Theologi tradunt martyrium sine morte esse non posse, hanc etiam perfectionẽ religioso martyrio inesse apparet, ex eo quòd sicuti mors corporis auellit à diuitiis & reliquis huius mundi rebus, ita etiam religio, & quidem tam perfectè, vt non magis iis frui possimus, quàm si penitus mortem obiissemus, quin etiam illud hoc est amplius, quòd in illa morte carnis facilè est his omnibus commodis carere, cùm eis altera vita non egeat, ad quam migratur, hîc autem multò difficilius ea sibi negare, quæ quotidianæ vitæ vsui sint, ea quæ dum assiduè ante oculos versantur, assiduè blandiantur. Hinc D. Augustinus *in sermone 250. de temperantia* cõtra mortifera, inquit, blandimenta luctemur, scientes in eo etiam quotidiana martyria Christianis adesse nõ posse. Rursus quemadmodum in carnis martyrio persequutor Christum eripere conatur erepta fide, cui qui vsque ad mortem resistit martyr est, præsertim cùm hic dæmonem, ille hominem habeat aduersarium.

Hæc fiducia & magnificẽtia satis etiam

demonſtratur: ex quo omnia negotia oratione pręcedente peregit, clerum & populi mores viriliter reformauit pro libertate Eccleſiaſtica defendenda ſanguinis & vitæ prodigus, non Proregis minis, non honorum priuatione perterritus, quam ſe facturum litteris idem Prorex minabatur. Gubernatorem & Algazirium excommunicatos abſque debita pœnitentia abſoluere recuſauit, quocunque vitæ ſuæ tempore peregrinantia pauperum agmina magnis ſumptibus enutriuit, languentes erexit, depreſſos ſuſtulit, proprias veſtes, aulæa linteamina, lectum etiam ipſum, omnem denique domus ſupellectilem liberaliter indigẽtibus eſt elargitus. Quapropter dubitari minimè poteſt, in venerabili viro fiduciam & magnanimitatem necnon magnificentiam extitiſſe, vt ad rem noſtram optimè notat S. Antonin. 4. *parte, tit.* 3. *c.* 5. *per totum, & c.* 6. & faciunt, quæ ex S. Gregorio *lib.* 7. *moral. cap.* 8. *in princ.* refert ſanctus Bonauentura Pharetræ *lib.* 2. *cap.* 31. Iuſtorum fortitudo eſt carnẽ vincere, propriis voluptatibus contraire, delectationem vitæ præſentis extinguere, huius mundi aſpera pro æternis præmiis

ama

amare, prosperitatis blandimenta contemnere, aduersitatis metum corde superare.

De Patientia, & perseuerantia.

PAtientia est, qua mala ęquo animo tolerantur, id est, sine perturbatione tristitiæ, Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 136. *art.* 4. S. Antonin. 4. *parte*, *tit.* 3. *cap.* 7. *in princ.* Hac autem patientia venerabilem virum perfectè armatum fuisse constat, cùm Canonicis, qui à sanctis legibus appellarant benignè pepercerit, & eosdem postquam indurato animo discesserant, reuertentes benignitatis sinu receperit, Gubernatorem & Algazirium ad pœnitentiam reduxerit, cæterósque ad viam Domini redeuntes fuerit mirabili charitate complexus, Pater amantissimus, vigilantissimus pastor, non elatus prosperis, non fractus aduersis, sed omnes propter nomen IESV, contumelias fortiter sustinens, quasi alter Ioseph, qui magnanimiter aduersa omnia sustulit, vnde nec animo contristatus est ex eo quòd nequiter eũ fratres vendiderint, sed humilter

eos deprecatus, cùm ad dimiſſionem obtinere non poſſet, patienter illata mala ſuſtinuit, & poſtmodum frumentum illis poſtulantibus liberaliter tribuit, omnémque ſumma clementia remiſit iniuriam, *Geneſis* 47. *&* 50. Et in his omnibus ſanctus hic Præſul exhibuit ſe Dei miniſtrum in multa patientia; in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, prout requiritur, & docet ſanctus Paulus 2. *ad Corinthios cap.* 6. Intelligens à ſe pontificium munus etiam exigere, vt laborioſam ſeruitutem ſeruiret, omnium imbecillitatem ferret, egeſtatem ſubleuaret, lapſos erigeret, peccantes coërceret, errantes in viam reuocaret, nullámque denique ſeduli, diligentiſque paſtoris partem prætermitteret, ad exemplum paſtoris, *Geneſ.* 31. de ſeipſo dicentis, *Oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à beſtia oſtendi tibi: ego damnum omne reddebam, quicquid furto peribat, à me exigebas, die noctúque æſtu vrebar & gelu, fugiebátque ſomnus ab oculis meis, ſicque per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi.* Quæ omnia de ſanctiſſimo viro ſuprà narrata, ſi

rectè

rectè perpendantur, facilè cognoſcetur conſtantiſſimè illum in virtutibus omnibus, vltimum vſque ad vitæ ſpiritum perſeueraſſe, in quo conſiſtit ſubſtantia ipſius perſeuerantiæ. Sanctus Thomas 2.2. *quæſt.* 137. *art.* 1. *& ſeq.* Tabie. *in verſ. perſeuerantiam.* Vigu. *de virtut. fortitud. cap.* 6. §. 7. *verb.* 7. quæ quidem perſeuerantia eſt tanti effectus, vt optata impetret, inſueta in naturam mutet, acquiſita confirmet, & virtutes omnes pariter in bono confirmet. Sanctus Antoninus 4. *parte, tit.* 3. *cap.* 8. §. 2. vnde ſi quis venerabilis Thomæ vitam & mores ab vnaquaque parte rimetur, ab vnaquaque etiam parte egregiam illius in Deum & proximum charitatem & admirabilem proculdubio ſanctitatem effulgere cognoſcet.

De Temperantia.

TEmperantia eſt moderatio ſeu tpmperies, qua ratio facit, & propterea eſt virtus, vt docet ſanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 141. *art.* 5. *& ſeqq.* Sanctus Antoninus *parte* 4. *tit.* 4. *cap.* 1. *in princ.* Cuius partes à quibus integratur, & conſtituitur,

ſunt

ſunt abſtinentia, continentia, verecundia, pudicitia, modeſtia, clementia, vel manſuetudo, caſtitas, honeſtas, ſobrietas, & parcitas, de quibus ſanctus Thomas 2. 2. *quaeſt.* 143. *articulo* 1. *& ſeqq.* S. Antonin. 4. *parte tit.* 4. *cap.* 2. *& ſeq.*

De Abſtinentia, Sobrietate & parcitate.

ABſtinentia, quæ importat ſubtractionem ciborum, ſi ratione reguletur, & fiat ſecundùm debitas circunſtantias, & conſiſtat in medio ſecundùm rationem, vt videlicet vtatur cibis, ſecũdùm quod exigit ſanitas, & bona valetudo corporis ſecundùm congruentiam perſonæ, ſtatus, conuenientiam facultatum, & ſecundùm honeſtatem, erit virtus; vnde ſecunda Petri 1. *Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam.* Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 146. *art.* 1. Tab. *in ſumma verb. abſtinentia*, Rayner. *in Pantheologia, eodem verbo, cap.* 1. Aſten. *parte* 1. *lib.* 2. *titul.* 42. Viguer. *de virt. temperant. c.* 7. § 3. *verſ.* 1. Sobrietas etiam eſt virtus, quę propriè ſpectat

ctat ad moderatum vsum vini. S. Thom. 2. 2. *quæstione* 149. *art.* 1. 2. *&* 3. Aſten. 1. *parte lib.* 2. *tit.* 43. Viguer. *de virtut. temperant. c.* 7. §. 3. *verſ.* 4. S. Antonin. *parte* 1. *tit.* 4. *cap.* 5. Peraldus *in* 1. *volum. tit. de temperantia, c.* 9 Piſan. *verb. ſobrietas*, Turrecremata *in ſumm.* 35. *diſtinct. n.* 1. Angel. & Tabien. *in verb. ſobrietas*, Parcitas verò conſiſtit in eo vt ſuperflua quis non requirát. S. Thom. 2. 2. *q.* 143. *art.* 1. *in corp. in fine.*

Huiuſmodi virtutibus egregiè ſanctus Præſul fuit ornatus, nam quantùm ad abſtinentiam, & ſobrietatem attinet, deponunt teſtes, cibum ac potum tam parcè & modicè ſumere ſolitum, ac ſi priuatus Religioſus exiſteret, prout in proceſſu Valentino ſuper 10. videlicet Fr. Ioannes Alphonſus 11. teſtis *fol.* 354. Franciſcus Blaſco 12. teſtis *fol.* 170 qui ſunt examinati authoritate ordinaria, & Mariana de Sottomaior 26. teſtis ſuper 10. *fol.* 363 quæ ſubdit, quòd ex vna tantùm olla comedebat, & in hoc venerabilis vir optimè adimpleuit, quæ decent Epiſcopum, vt dicit ſanctus Paulus 1. ad Corinthios cap. 3: *Oportet enim Epiſcopum ſobrium eſſe, & non vinolentum.* S. Thom. 2. 2. *q.* 189. *art.* 4. *& Lucæ*

cap.

cap. 21. habetur, *attendite, ne fortè grauentur corda vestra crapula & ebrietate,* & S. Petrus *Epist.* 1. *cap.* 5. inquit, *Fratres, sobrij estote.* Et propterea mensa Episcoporum debet esse frugalis, *c. Episcopus, distinct.* 41. quia si excedant in victu, peccāt; quam quidem sobrietatem sancti Patres magni fecerunt; nam sanctus Paulus castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat, *ne fortè* dicens, *cùm aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar.* S. Ioannes Chrysostomus, vno tantùm ferculo hordei quotidie vescebatur. Basilius contentus erat pane, & aqua. Ambrosius singulis diebus præterquam in sabbato, & die Dominico, & in natalitiis celeberrimorum martyrum ieiunabat, Augustinus herbas tantùm, & legumina comedebat, vinúmque temperatè bibebat, iuxta Apost. Sanctus Thomas Cantuariens. leguminibus tantùm contentus erat, & pauperes secum discumbentes in eadem mensa quotidie retinebat. Abstinentia sancti Nicolai & sancti Martini fuit tam admirabilis, vt discipulis suis vini vsum interdiceret. Quapropter non abs re S. Hieronymus *in lib.* 2. *contra Iouinianum*, vt legitur *in c. Ecclesiæ*

Prin

Princeps: distinct. 35. qui delitiis affluunt, & inter epulas atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus sermo describit, quòd eiiciendi sunt de spatiosis domibus, lautísque conuiuiis, & multo labore epulis conquisitis, & si vis scire, quò eiiciendi sunt propter malas cogitationes & opera sua, Euangelium lege, in tenebras scilicet exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. An verò confusio & ignominia, est Iesum Crucifixum pauperem & esurientem fortis prędicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubētes buccas, tumentiáque ora proferre? si in Apostolorum loco sumus, non solùm sermonem eorum imitemur, sed conuersationē quoque & abstinentiam amplectamur.

Sed vt ad Thomam Archiepiscopum reuertamur, abstinentia eius, & sobrietas duobus exemplis palàm fiet; nam cùm quadam die Oeconomus ab eo veniam peteret, vt ipsi ægrotanti pullum, seu perdicem coquere posset? Respondit, æquum non est, quòd seruus Domino suo lautiùs comedat; pauperes Domini mei sunt, hi verò carnem tantùm veruecinam sine delitiis edunt, ac proinde conueniens est, vt

ego

ego qui ſum eorum bonorum œconomus & diſpenſator, cibis non lautioribus veſcar, ita de certa ſcientia deponit Bartholomæus Eſcola 14. teſtis ſuper. 10. *fol.* 319. *à t.* & Michaël Vincente examinatus authoritate ordinaria 8. teſtis, ibidem dicit, quòd hoc erat publicum & notorium, *fol.* 160.

Inſuper cùm ad eum familiaris lampretam valoris 20. regalium detuliſſet, iuſſit illam venditori reſtitui, vt aliis venderetur, hoc, inquiens, pretio viginti pauperes poterant ſuſtentari, mandauítque vt fœminæ, cuius erat lampreta, quatuor regales quibus indigebat, eleemoſynæ nomine tribuerentur. Hæc probant optimè teſtes in proceſſu Valentino ſuper 10. videlicet Fr. Ioannes Alphonſus 11. teſtis *fol.* 167. Don Petrus de Moncada 14. teſtis *fol.* 173. ambo examinati authoritate ordinaria. Et quantum attinet ad parcitatem, quæ conſiſtit in eo, vt quis ſuperflua non requirat, ſatis probatur ex multis. primò quia ſanctiſſimus vir in patinis terreis comedebat, ita deponunt in proceſſu Valentino ſuper 10. Fr. Alphonſus, & Ioannes Feris, & Philippus Adell examina

minati authoritate ordinaria, locis præcitatis, & vestimenta sua, quibus humillimè induebatur, propriis manibus resarciebat, vt vberiùs posset pauperibus subuenire, vt deponunt testes in processu Valentino super 10. videlicet Fr. Ioannes Alphonsus 11. testis *fol.* 167. Ioannes Feris 5. testis *fol.* 151. Philippus Adell. 6. testis *fol.* 154. Michaël Vincente 8. testis, *fol.* 160. Bartholomæus Escola 14 testis *fol.* 319. Fr. Ioseph Montanes 46. testis *fol.* 233. Ioan. Baptista Alatar. 35. testis, *fol.* 218. Iacobus Ferrando 36. testis *fol.* 221. qui omnes præter Escolam, sunt examinati authoritate ordinaria: Mariana de Sottomaior 26. testis *fol.* 363. & Blanca de Cardona super 13 in eodem processu Valentino 574. quæ dicit, neque duplex indumentum, neque geminum birettum, vt appellant, eum habuisse. & Frater Ioannes Alphonsus ait, eum adeò parcum fuisse, vt cùm quadam die testem manicas sub cubito laceras intuentem interrogasset, quo pretio par manicarum haberetur, & ille 24. regalibus respondisset, subdiderit Archiepiscopus, melius est, vt hæc pecunia erogetur in pauperes, & ego fru-

ſtis manicas mihi reſarciam; prout eum feciſſe, ſéque vidiſſe idem teſtis affirmat.

Iterum ad ſe iuſſit accerſiri ſutorem, vt ſibi thoracem conficeret, qui cùm 24. regales pro eo conficiendo petiiſſet, ſe non poſſe reſpondit Archiepiſcopus tantùm impendere, cùm bona eſſent pauperum, eíque obtulit regales duodecim, quibus ſutore non acquieſcente, thoracem non emit. Factum eſt igitur Deo ſic rerum ordinem ſuauiter diſponente, vt viri parcitas pauperum cauſa magis eluceret, quòd ſutor nuptui tradidit filiam, & cùm vires non ſuppeterent pro dote ſoluenda, timebat eleemoſynam ab Archiepiſcopo petere, quem illiberalem in emendo thorace cognouerat: poſt multas turbati animi cogitationes tandē ad eum acceſſit, & prouolutus ad pedes veniam petiit, & 7. reg. ſibi in eleemoſynam dari poſtulauit. Cuius precibus cùm annuiſſet Archiepiſcopus; ob hoc ait, parcitati ſtudeo, vt pauperum neceſſitatibus, & nunc tuæ ſubueniatur, ita deponunt teſtes in proceſſu Valentino ſuper 10. Fr. Ioannes Alphonſus 11. teſtis *fol.* 167. Don Petrus de Moncada 14 teſtis *fol.* 173. Ioan. Baptiſta Alatar 35. teſtis *fol.*

218. Iacobus Ferrando 36. testis, *fol.* 151. qui etiam deponit, quòd cùm venerabilis vir pedes quadam die extra calceos haberet, vidit pedum digitos denudatos, ipsaque pedalia lacera, ac penitus consumpta, quódque cùm venerabilis vir se conspici animaduerteret, pedes intra calceos retraxit; & omnes supradicti sunt examinati authoritate ordinaria.

Et huic maximè parcitati quoad vestimenta, parcitas quoad cubiculum, & lectum adiungitur; nam hic similis erat lecto alicuius pauperis religiosi, cubiculum verò non aulæis ornatum, sed storis quibusdam circundatum visebatur, ita præcitati testes deponunt, eodem loco super 10. videlicet Ioannes Alphonsus, Ioannes Feris, Philippus Adell, Bartholomæus Escola, Michaël Vincente, Mariana de Sottomaior, & Franciscus Blasco 12. testis, *fol.* 170. & Don Petrus de Moncada super 10. 14. testis *fol.* 173. atque Fr. Ioseph Montanes ordinis sancti Francisci 46. testis *fol.* 233. & tres vltimi sunt examinati authoritate ordinaria, qui supradictis addit, se lectum prędictum inspiciendo vidisse stragulum quoddam extensum, quo ex vna

parte eleuato, lectulum sarmentis, seu vitibus confectum aspexit, ex quo testis collegit sanctum Præsulem in hoc lectulo dormire solitum, & alterum, qui tamen paupertatem spirabat honesti decoris gratia adhibere, cum quo concordat Petrus Guttierez 21 testis *fol.* 346. dum deponit de auditu, quòd aliquando dormiebat super tabulis.

Hinc apparet cum hac sancti Præsulis parcitate exactam etiā obedientiam fuisse coniunctam: Sacrosanctum enim Conciliū Tridentinum *sess.* 25. *c.* 1. *de reform.* præcipit, vt Episcopi modesta supellectili, & mēsa, ac frugali victu contenti sint, & in reliquo vitæ genere, ac tota domo sua caueāt, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum, quódque nō simplicitatem, Dei zelum ac vanitatum contemptum præseferat, & S. Bernardus *lib.* 4. *ad Eugenium* inquit. Quid Episcopo turpiùs quàm incumbere supellectili; & infrà, domum Episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas; & quoad vestimenta, inquit S. Augustinus *serm.* 2. *de communi vita Clericorum, circa finem*, qui habetur inter sermones de diuersis 50. Me-

dò

dò dicturi sunt homines, quia inueni pretiosas vestes, quas non potuissem habere, vel in domo patris mei, vel in illa sæculari professione mea, talē debeo habere, qualem possum, qualem potest habere presbyter; qualem potest habere decenter Diaconus & Subdiaconus, talem volo accipere, qui in communi accipio; si quis meliorem dederit, vendo, quod & facere soleo, vt quando non potest vestis esse communis, pretium vestis sit commune, vendo & erogo pauperibus: si hoc delectat, vt ego habeam, talem det vnde non erubescam: fateor enim vobis, de pretiosa veste erubesco, quia non decet hanc professionē, hanc admonitionē, hæc membra, has canas. Sanctus Nicolaus postquam Episcopatus dignitatem fuit adeptus, viliori veste vti cœpit quàm ante solebat. Et in supradictis venerabilis Antistes exemplum præcipuè S. Augustini sequutus videtur, illius enim calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti habitu erant nec nitida nimium, nec abiecta plurimùm, quoniam dicebat plerunque homines his vel iactare se insolenter, vel abiicere.

De castitate, pudicitia, continentia, verecundia, modestia, & honestate.

DE his virtutibus in ordine ad votum superiùs actum est, dum de iustitia tractaretur; verùm huius quoque loci esse videtur; cùm Episcopus his etiam virtutibus præditus esse debeat, Apost. 1. ad Timoth. cap. 3. *Oportet Episcopum pudicum esse*, quod verbum *pudicum*, interpretans sanctus Anselmus, vult nihil admittere, quod castitati vllo modo repugnet, & Tertullianus *lib. de cultu fæminarum*, ita de pudicitia scribit, cùm omnes templum simus, illato in nos, & conseruato Spiritu sancto, eius templi æditu us, & Antistes pudicitia est, quæ nihil immundum nec profanum inferri sinat, ne Deus ille, qui inhabitat, inquinatam sedem derelinquat.

Et has etiam virtutes venerabilem Episcopum habuisse probant testes deponentes, semper eum in suis actionibus se purum, honestum, & castum ostendisse, talémque de eo fuisse opinionem ac famam à puero vsque ad obitum, Ioannes Gallego super

ſuper 3. ætatis 95. annorum, primus teſtis in proceſſu Caſtellæ *fol.* 460. & ibidem Ludouicus Feo ætat. 90. annorum *fol.* 465. & alij ſuprà relati, dum fuit actum de caſtitate, ex quibus etiam manifeſtè colligitur virtus verecundiæ, cùm per illam quis fugiat turpitudinem intemperantiæ. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 144. *art.* 1. Sanctus Auguſtinus 4. *parte*, *tit.* 4. *cap.* 1. §. 1. *&* §. 2. *&* 3.

Idem dicendum eſt de honeſtate, de qua deponunt teſtes prædicti: quæ quidem repellit brutales voluptates, ita vt omnis honeſtus ſit temperatus. S. Thomas 2. 2. *quæſtione* 160. *art.* 1. quis enim inficias eat, eum qui purus & caſtus ſit, non etiam eſſe modeſtum, honeſtum & verecundum.

De Humilitate.

HVmilitas ſanè ſpectat ad modeſtiam, quia eſt eius pars, ſanctus Thomas 2. 2. *quæſtione* 161. *art.* 4. & eſt virtus, qua animus formatur, ne inordinatè ad excelſa tendat. Sanctus Thomas *loco præcitato art.* 1. *&* *art.* 5. quod præcipuè reſpicit ſubiectionem hominis ad Deum, pro-

pter quam aliis humiliando se subiicit. Vig. *de virt. temperant. cap.* 7. §. 5. *verſ.* 8 Aſten. *prima parte, lib.* 2. *tit.* 51. S. Antonin. *prima parte, tit.* 4. *cap.* 12. Rayner. *verb. Humilitas, cap.* 3. vbi Tabien. Syluest. Angel. Perald. *prima parte, titul. de beatitudine* 6. *parte* 4. *cap.* 1. Quod autem venerabilis vir humilis etiam à puero fuerit, probant testes in processu Castellæ ſuper 6. Ioannes Gallego primus testis, *fol.* 460. & Catharina Gonzales 7. testis, *fol.* 488. quod quidem repetit ſuper 8. & ſuper eodem 8. Ludouicus Feo 2. testis, *fol.* 465. Ioannes Ramos 3. testis, *fol.* 470. *à t.* Catharina Garzia 5. testis, *fol.* 478. omnes præter Catharinam Garziam examinati, authoritate ordinariâ.

Huius autem humilitatis ſigna euidentiſſima dedit Archiepiſcopalem dignitatem recuſando, cùm ſe tanto munere indignum exiſtimaret, honores, diuitiáſque refugeret, quòd maximè ſpectat ad humilitatem, atque ita legimus quamplures Sanctos, & præcipuè Diuum Auguſtinum, Diuum Ambroſium, Diuum Gregorium, vt ex eorum vitis conſtat; totis viribus reſtitiſſe, ne ad Epiſcopatum aſ-

ſumeren

ſumerentur, quod minimè effeciſſent, niſi hoc humilitatis opus Deo gratiſſimum eſſe cognouiſſent, & comprobatur, quia ad Archiepiſcopatus dignitatem eiectus habitu veteri, & pileo ob vetuſtatem decolorato ciuitatem Valentinam vnà cum ſocio, ac duobus aliis, quaſi Prior quidam, aut Prouincialis ingreſſus eſt, ità vt omnes ob ſui Prælati modeſtiam & humilitatem in maximam admirationem raperentur: ita vt de vera ſcientia, & de viſu deponunt Bartholomæus Eſcola 14. teſtis, ætat. 80. annorum in proceſſu Valentino ſuper 10. *fol.* 319. Matthæus Ioannes Lopez, ætatis ſeptuaginta quinque annorum 22. teſtis ſuper 4. in proceſſu Valentino, *fol.* 193. Philippus Adell, ætatis 71. annorum, ſuper 4. *folio* 154. qui duo ſunt examinati authoritate ordinaria.

Hanc quoque humilitatem toto vitæ ſuæ tempore egregiè conſeruauit, quàm enim ſe humiliter cum Canonicis geſſerit, qui à ſanctis Legibus appellauerant, ſuprà demonſtratum eſt; & de eximia eius humilitate deponit etiam Michaël Hieronymus Vinaron, ſecundus teſtis, examinatus authoritate ordinaria

ſuper 23. in proceſſu Valentino *fol.*143. & Ioannes de Panagos 12. teſtis ſuper 5. in eodem proceſſu Valentino, *fol.* 488. Nec non ſuo muneri defuit; nam ſi neceſſitas exigeret, extemplò Sacramentum Confirmationis adminiſtrabat, benignè cum pauperibus agebat, comem ſe omnibus exhibebat, ad omnem populi ſui indigentiam præſtò erat, & quâcunque exercendæ humilitatis occaſionem amplectabatur, vt probant teſtes in dicto proceſſu Valentino, videlicet dictus tertius, & Vincentius Grau 363. teſtis ſuper 23. *fol.*1037. Ioannes de Panagos 72. teſtis ſuper 5. *fol.* 488. Baldaſar Apparitius 341. teſtis ſuper 23. *fol.* 995. Michaël Vincente 8. teſtis, *fol.* 160. Franciſcus Ioannes Fores 10. teſtis, ſuper 5. *fol.* 165. *à t.* Matthæus Ioannes Lopez 22. teſtis ſuper 4. *fol.*194. Ioannes Feris 5. teſtis ſuper 25. *fol.* 151. Baſilius Vich in proceſſu Caſtellæ 6. teſtis *fol.* 174. Petrus Valentinus 16. teſtis ſuper 5. *fol.* 179. qui ſex poſtremi teſtes præter Baſilium Vich. ſunt examinati authoritate ordinaria.

Maximi facienda eſt hæc ſancti Præſulis humilitas, cùm in ſacris litteris ſæpiùs

præcipiatur. *Ecclesiast. cap.* 3. habetur. *Quantò magnus es, humilia te in omnibus.* Secundò, Lucę 14. *Recumbe in nouissimo loco*; non autē dicit in medio. Tertiò, Matthæi 11. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Quartò, Luc. 10. *Quia respexit humilitatē ancillæ suæ.* Quintò, ad Philip. 2. *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem.* Sextò, Iudith. 9. *Humilium & mansuetorum placuit tibi semper deprecatio.* Septimò, 2. Paralipomen 12. *Quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Domini.* Octauò, Lucæ 14. *Qui se humiliat exaltabitur.* Nonò, Matth. 18. *Nisi efficiamini sicut paruuli isti, non intrabitis in regnum cælorum.*

De clementia, & mansuetudine.

Clementia & mãsuetudo in quadam refrænatione consistunt, quia scilicet clementia est diminutiua pœnarum, mansuetudo autem est iræ mitigatiua, & ideò tam clementia quàm mansuetudo adiungitur temperantiæ, sicuti virtuti principali, & secũdùm hoc ponuntur partes temperantiæ. S. Thomas 2. 2. *quæstione*

157. *art.* 3. differunt tamen, quia clementia est bonitas superioris aduersùs inferiorem: Mansuetudo autem non solùm est superioris ad inferiorem, sed cuiuslibet ad quemlibet. Seneca *in* 2. *de Clementia*, *cap.* 4. & sunt virtutes. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 157. *art.* 4. Peraldus *de virt. temperantia*, *cap.* 6. Viguer. *de virt. temperantia*, *cap.* 7. § 5. *vers.* 3. Asten. *prima part. lib.* 2. *tit.* 49. Tabien. *in vers. Clementia.* In n. huiusmodi quoque virtutibus venerabilem virum excelluisse apparet; nam clementia etiam probatur ex eo quòd benignè recipiebat & corrigebat delinquentes, vt supradictum est, dum fuit actum de charitate; mansuetudo verò satis patet, quia nemini irascebatur, benignè cum omnibus agebat; clementia enim in diminutione pœnæ aspicit ad rationem, mansuetudo autem secundùm rationem rectam moderatur iras, vt dicitur in 4. *Ethicor.* *cap.* 5. & per ipsas homo resistit affectionibus prauis: nam ira, quam mitigat mansuetudo impedit hominem, ne iudicet veritatem, vnde mansuetudo facit hominem compotem sui: clementia verò in hoc,

quòd

quòd diminuit pœnas, maximè videtur accedere ad charitatem, quæ est potissima virtutum. S. Thomas, Peraldus, Asten. & alij proximè citati.

De donis Spiritus sancti.

DOna Spiritus sancti esse necessaria ad salutem. S. Thom. 1. 2. *quæst.* 68. *art.* 2. & *ibid.* Medina, & colligitur ex sacris litteris. *Sapient.* 7. *& Eccles.* 1. cùm per septem virtutũ habitus ad quoslibet actus saluti necessarios eliciẽdos homo perficiatur, vt probat Scotus, quẽ refert & sequitur Gabriel Biel. *lib.* 3. *dist.* 34. *art.* 2. & quãuis aliæ virtutes perficiant hominẽ, secundùm quod natus est, moueri per rationẽ in his, quæ interiùs, vel exteriùs agit, & ad quęlibet peragenda præmiorũ aculeis incitẽt, & cõpellant, necesse tamẽ est, in hominibus esse altioris ordinis perfectiones (& hæc sunt Spiritus sancti dona) secundùm quas efficiatur promptè mobilis ab inspiratione diuina, sicut dicitur Isaiæ 5. *Dominus aperuit mihi aurem, ego autèm non contradico, retrorsùs non abij*, & Philosophus *in c. de bona fortuna*, quòd is, qui mouetur per instinctum diuinũ, non expedit consiliari secun

ſecundùm rationem humanam eò quòd ſequatur interiorem inſtinctum, quia mouetur à meliori principio, quàm ſit ratio humana: hæc ſunt S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 68. *art.* 1. cuius ſententiam dilucidè tuetur. *ibidem* Medina, & firmiſſimis probat argumentis. Quæ quidem dona Spiritus ſancti ex communi ſanctorum Patrum authoritate firmatur *c. Iſa.* 21. ſeptem recenſeri, vt voluit ſanctus Thomas 1. 2. *quæſtione* 68. *art.* 4. Magiſter ſent. *lib.* 3. *diſtinctione* 34. quem ſequitur. *ibid.* Durandus *quæſtione* 2. Idem tenet ſanctus Baſilius contra Eunomium *libro* 5. *cap.* 14. S. Auguſtinus contra Fauſtum, *lib.* 12. *c.* 15. Cyprian. *lib. aduersùs Iudæos, cap.* 20. Hilarius *in Matth. cap.* 25. aliíque Patres, & ſancta mater Eccleſia de Spiritu ſancto canit: *Tu ſeptiformis munere, &c.* hoc eſt, tu ille es, qui ſequentes te ſapientia & intellectu, conſilio & fortitudine, ſcientia & pietate, Dominíque timore ditas.

De dono intellectus, & scientiæ.

AD hoc, vt intellectus humanus perfectè assentiat veritati fidei, duo requiruntur, vnum quòd cupiat, quæ proponuntur, quod pertinet ad donum intellectus. Aliud quòd habeat rectum iudicium de eis, discernendo credenda à non credendis, & ad hoc pertinet donum scientiæ. Sanctus Thomas *locis infrà citandis*. Et quantum attinet ad donum intellectus potest esse cum fide, non quidem secundùm perfectam intelligentiam; vel quoad ea, quæ per se sub fide cadunt, sed secundùm notitiam imperfectam, quę ad fidem ordinatur. Sanctus Thomas 2.2. *quæstione* 8. *art.* 2. *& seqq.* & cùm finis vniuscuiusque rei sit fructus eius, & donum intellectus principaliter ordinetur ad certitudinem fidei, quæ est fructus ipsius fidei, vt dicit Glossa *ad Galatas* 5. sequitur etiam, quòd donum intellectus correspondeat fidei, Sanctus Thomas *dicto loco art.* 8. quod etiam donum respondit sextæ beatitudini, scilicet, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Sanctus

ctus Thomas *loco præcitato art. 7.* Dono verò ſcientiæ correſpondet tertia beatitudo, *Beati qui lugent.* Sanctus Thomas *vbi ſuprà art. 4.*

Quòd verò venerabilis vir hæc dona ſcientiæ & intellectus habuerit, patet ex iis, quæ de fide iam diximus, impoſſibile enim videtur, quòd ad tantam perfectionem peruenerit abſque motione diuina, & donis Spiritus ſancti, cùm virtutes perficiant hominem, vt natus eſt moueri per rationẽ, dona verò vt eſt natus à Deo moueri, authores ſuprà citati. Sãctus Thomas *in 3. diſtinct. 34. quæſtione* 1. *art.* 1. & *ibi* Ricard. & S. Bonauentura, qui optimè inquit, habitus rectificantes rectè dicuntur virtutes, pro eo quòd virtus de ratione ſui nominis dicit, quòd ad agendum erigit, & vigorat; habitus verò expedientes rectè dicuntur dona, pro eo quòd dicant quandam vlteriorem abundantiam bonitatis ad agendum, ac per hoc magis atteſtatur diuinæ liberalitati, & propter hoc rectè cenſentur nomine doni: habitus verò perficientes rectè dicuntur beatitudines pro eo, quòd tales habitus faciunt hominem proximum Deo, & con-

forme ipsi gloriæ summæ & beatitudini, in qua est reperire summam perfectionem.

De dono sapientiæ.

SApientia ex S. Thom. 2. 2. *quæstione* 45. *artic.* 1. *&* 2. importat quandam rectitudinem iudicij secundùm rationes diuinas; rectitudo autem iudicij, vt inquit idem sanctus Thomas *dicto art.* 2. potest contingere dupliciter, vno modo secundùm perfectum vsum rationis, alio modo propter connaturalitatem quãdam ad ea, de quibus est iudicandum, vnde circa res diuinas ex rationis inquisitione rectum iudicium habere de eis secundùm quandam connaturalitatem ad ipsas pertinet ad sapientiam, secundùm quod est donum Spiritus sancti, sicut Dionysius de Ierontheo dicit *in* 2. *capite de diuinis nominibus*, *part.* 1. *in fine*, quòd erat perfectus in diuinis, non solùm discens, sed & patiens diuina, & ex compassione ad ipsa. Huiusmodi autem compassio ad res diuinas fit, per charitatem, quæ quidem vnit nos Deo, secundùm illud. 1. ad Corinth. cap. 6. *Qui adhæret Deo, vnus spiri-*

tus est; sic ergo sapientia quæ est donum, causam quidem habet in voluntate, scilicet charitatem, sed essentiam habet in intellectu, cuius actus est rectè iudicare, & non potest esse sine gratia, nec cum peccato mortali, sed est in omnibus habentibus gratiam. Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 45. *art.* 4. & 5.

Quòd autem sanctus Archiepiscopus habuerit donum sapientiæ, satis patet ex his, quæ supradicta sunt de magnitudine fidei, non enim tantùm habuit donum sapiētiæ ex parte intellectus, cùm fuerit eximiæ doctrinæ Theologus, sed etiam ex parte voluntatis, quia magna voluntatis promptitudine, deuotione & confidentia adhæsit fidei, & ideò tanquam alter Ierotheus fuit perfectus in diuinis, non solùm discens, sed & patiens diuina, hoc est, diuinorum scientiam in intellectu accipiens, vt elegantissimè explicat Dionysium Sanctus Thomas *lectione* 4. *ante fin.* & subdit ex compassione ad diuina, id est, ex hoc quòd eligendo diuina coniunctus, est eis, si tamen dilectionis vnio compassio dici debet, id est, simul passio, quæ quidem dilectio diuinorum satis etiam fuit osten

ostensa, dum fuit actum de insigni charitate erga Deum, & proximum, quæ est dilectio ipsius Dei, & proximi propter Deum, vt docet Magister sentent. *in 3. distinctione* 27. & propterea huic dono sapientiæ respondet 7. beatitudo: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*; quia esse participando donum sapientiæ, ad præmium autem pertinet, quod dicitur; *Filij Dei vocabuntur*, quia participando donum sapientiæ; ad Dei filiationem homo pertingit. Sanctus Thomas *loco proximè allegato*, *art. 6. in corpore.*

De dono consilij.

RECtitudo rationis humanæ comparatur ad rationem diuinam, sicuti principium motiuum inferius, quod mouetur ad superius, & refertur in ipsum. Quare cùm ratio æterna sit suprema regula omnis humanæ rectitudinis, maximè perficitur, & iuuatur secundùm quod regulatur, & mouetur à Spiritu sancto, quod pertinet ad donum consilij, & correspondet prudentiæ, sicut ipsam adiuuans, perficiens. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 52.

art. 2. Cùm igitur suprà ostensum fuerit in venerabili viro fuisse veram & perfectam prudentiam, quæ est in omnibus habentibus gratiam, & sola prudentia dicitur. Sanctus Thomas 1.2. *quæstione* 47. *art.* 14. necessariò infertur etiam habuisse donum consilij. Sanctus Thomas *loco præcitato quæst.* 52. *art.* 1. *in responsione ad primum*, cui dono consilij correspondet quinta beatitudo misericordiæ, non sicut elicienti; sed sicut dirigenti, sanctus Thomas *loco præcitato*, *quæst.* 52. *art.* 4.

De dono pietatis.

SPiritus sanctus inter cætera mouet nos ad hoc, quòd affectum quendam filialem habeamus ad Deum, vt inquit Apostolus ad Rom. cap. 8. *Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater*; & cùm ad pietatem spectet propriè officium, & cultum Patri exhibere, consequens est, quòd pietas secundùm quam cultum & officium exhibemus Deo, vti patri per instinctum Spiritus sancti sit donum illius, quod perfectè habuisse venerabilem virum clarè

colli

colligitur ex iis quæ diximus de Religione in ordine ad iustitiam, de deuotione, oratione & aliis in ordine ad ipsam Religionem, necnon de votis castitatis, paupertatis & obedientiæ, & de aliis, quibus cultus Deo exhibetur; quæ perfectissimè concludunt, Thom. excelluisse in dono pietatis erga Deum, cui quidem dono correspondet secunda beatitudo: *Beati mites*, in quantum scilicet per mansuetudinem tolluntur impedimenta actuum pietatis. Sanctus Thomas *loco prælato*, *quæstione* 121. *art.* 2.

De dono fortitudinis.

VIrtus fortitudinis importat animi firmitatem, vt suprà dictum est, quæ firmitas requiritur in bonis faciendis, & in malis perferendis, & præcipuè in arduis bonis, vel in malis, sed animus altiùs mouetur à Spiritu sancto, ad hoc vt perueniatur ad finem cuiuslibet operis inchoati, & euadat quæcunque pericula imminentia, quod quidem excedit naturam, sed cùm propter infirmitatē quādoque homo prędictū finem consequi

nequeat, Spiritus sanctus hoc operatur in homine, cùm perducat illum ad vitam æternam, quæ est finis omnium bonorum operum, & euasio omnium periculorum, & insuper infundat quandam fiduciam menti, quæ excludit contrarium timorem, & secundùm hoc fortitudo donum Spiritus sancti ponitur. Sanctus Thomas 2. 2. *quæstione* 139. *art.* 1. & huic dono correspondet quarta beatitudo, scilicet *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam*, ea ratione, quia est valdè arduum, quòd homo non solùm opera virtuosa faciat, quæ communiter dicuntur opera iustitiæ, sed quòd faciat ea cum insatiabili quodam desiderio, quod potest significari per famem, & sitim iustitiæ. Sanctus Thomas *ubi suprà art.* 2. Hoc donum fortitudinis fuisse in venerabili viro clarè cognoscitur, cùm in excellenti gradu omnium virtutum opera exercuerit, vt patet ex supradictis; quia in hoc intendit donum fortitudinis, vt supradictum est, & innuit idem sanctus Thomas *loco præcitato art.* 2. *in respons. ad primum.*

De

De dono timoris.

DOnum timoris temperantiæ correſpondet: ſanctus Thomas 2.2. *quæſtione.* 141. *art.* 1. *in reſponſ. ad* 3. quatenus per illud quis refrenatur à delectationibus carnis secundùm illud Pſalm. 118. *Confige timore tuo carnes meas:* nàm licèt donum timoris principaliter reſpiciat Deum, cuius offenſam vitat, & ſecundùm hoc correſpondet virtuti ſpei, ſecundariò tamen poteſt reſpicere omnia illa, quæ aliquis refugit ad vitandam Dei offenſam: cùm autem homo maximè indigeat amore diuino, ad fugiendum ea, quæ maximè alliciunt, circa quę eſt temperantia, ideò temperantiæ etiam correſpondet donum timoris. Hęc ſanctus Thomas. Quòd quidem donum in ordine ad temperantiam eluxit in Thoma, quia nedum caſtitatis, virginitatiſque laudibus claruit, ſed in aliis quoque ad temperantiam ſpectantibus excelluit, vt ſuprà oſtendimus, ac etiam ad caſtitatem, paupertatem, & obedientiam, ſolemni ſe voto adſtrinxit: huic autem dono timoris in ordine

ne ad temperantiam meritò correſpondet tertia beatitudo, *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur*: quia luctus elongat à malo libidinis, & languoris concupiſcentialis. Sanctus Bonauentura *in breuiloquio parte 5. cap. 6. ſub littera A. verſ. quoniam autem malum.* Spectat etiam donum timoris ad ſpem, cùm ſpes ſit expectatio certæ beatitudinis, proueniens ex gratia, & meritis; quibus creſcentibus mediante charitate creſcit timor filialis; & imminuitur timor ſeruilis. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione 19. art. 10.* Cùm igitur venerabilis vir eximia fuerit charitate præditus, concluditur habuiſſe donum timoris, quod correſpondit ſpei, cui etiam dono timoris correſpondet tertia beatitudo; *Beati pauperes ſpiritu:* Sanctus Auguſtinus *lib. de ſermon. Domini in mont. cap. 9. ante medium. t. 4.* Sanctus Thomas 2. 2. *quæſtione 19. art. 12.* quam paupertatem ſpiritus habuiſſe venerabilem virum deponunt teſtes allegati ſuperiùs, dum egimus de paupertate.

De

De magno populi luctu in obitu sancti viri.

QVemadmodum, teste Apost. 1. *ad Timoth. cap.* 5. quorundam peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur, ita quorundam iustitiæ manifestæ sunt præcedentes in regnum cœlorum, quosdam autem & subsequuntur; & quoniam de his, quæ venerabilis viri obitum præcesserãt, abundè iam diximus, reliquum est, vt de his agamus, quæ eius obitum subsequuta sunt. Et primò de generali effusione lachrymarũ in populo propter obitum sanctissimi Archiepiscopi, quæ negari minimè potest, quin magnum sit indicium sanctitatis: idem enim euenisse in morte S. Simeonis Stylitæ, legitur in eius vita *cap.* 19. & 20. & in obitu plurimorũm Sanctorũ, quos breuitatis causa prætermittimus; Etenim vt sancti viri obitus innotuit, vniuersa ciuitas confestim in lachrymas effusa est, ita vt omnes vnanimi consensu dicere viderentur, Exite, exite lachrymæ, iampridem cupientes exire; quia obitus patris nostri vobis viam patefecit, &

non aliter in acerbum ac incredibilem luctum proruperunt, quàm si omnium animos vehementissimus ignis exureret, adeò vt satis illis non consisteret amplius, sed tanquam alicuius obiecta torrentis impetu cederet perturbationi, seque totam lamentationibus daret. Hæc inter lachrymas & luctus iudicebantur, Extinctum est lumen oculorum nostrorum, erepta est lux quæ animis nostris in itinere præcedebat: disiectum est vitæ nostræ præsidium, sublatum specimen integritatis: abscissum concordiæ vinculum: te duce nox erat nobis diei loco, vitæ tuæ splendore illustrata; iam verò vel dies in tenebras conuertetur: grauiùs autem præter cæteros luctus intendebant qui patrem & pastorem appellabant, erant autem illi, quos penuriæ famisque tempore sustulerat, aluerántque; & ad incomptam viuendi rationem informauerat.

Quid plura? tantus erat omnium gemitus, vt vniuersale iudicium videretur: ita deponunt in processu Valentino super 26. articulo Ioannes de Panagos 72. testis *fol.* 944. Christophorus Perez Societatis IESV nonus testis, *fol.* 301. Ioachimus

Baiarri

Baiatri I. V. D. 10. testis; *fol.* 306. Bartholomæus Escola 14. testis, *fol.* 319. à t. Don Carolus Ioannes de Torres 21 testis, *fol.* 339. Petrus Guttierez 21. testis; *fol.* 346. Mariana de Sottomaior 26. testis, *fol.* 422. Petrus Portillo 60. testis; *fol.* 462. Matthæus Ioannes Lopez 22. testis examinatus authoritate ordinaria, *fol.* 193. Et super 16. Ioachimus Real 5. testis, *folio* 188. Franciscus Dymas Pellicer 12. testis super 16. *fol.* 312. Vincentius Sanchez 15. testis, *fol.* 325.

Postmodum autem impositum pheretro corpus cum Psalmis & hymnis, perseuerante adhuc in lachrymis populo, ad Ecclesiam Cathedralem domestici detulerunt, quod deinde ad Ecclesiam sanctæ Mariæ de succursu extra, sed prope mœnia ciuitatis Valentiæ, in qua humile sepulchrum sibi elegerat, cum Psalmis, hymnis, & lampadibus transtulerunt; & corpore humili deposito inclinabat se populus vniuersus, manus & pedes sancti Præsulis osculans, & inquiens, cui nos Domine derelinquis? Hodie videmus te, crastina verò die considerantes ad dexteram, vel ad sinistram, non inueniemus te: &

hæc

hæc tanto cum clamore peragebantur, vt pia Psalmorum decantatio à consequentium strepitu superaretur; tandem post conditum sepulcro corpus; durantibus nouem diebus proximè sequentibus ad illud tanquam ad Sancti alicuius sepulchrū genuflectens, opem implorans, & donaria offerens, vniuersa Valentina ciuitas confluebat, & sequentibus temporibus in hanc vsque diem facere consueuit; ita deponunt in præcitato processu Valentino super 32. Bartholomæus Escola 14 testis, *fol.* 319. *à t.* Don Carolus Ioannes Torres 20. testis, *fol.* 339. Petrus Guttierez 21. testis, *fol.* 346. Baptista Nauarro 38. testis, *fol.* 406. Petrus Portillo 60. testis, *fol.* 462. Ioannes Panegos 74. testis, *fol.* 488. Franciscus Ramon 74. testis, *fol.* 491. Michaël Soler 75. testis, *fol.* 494. & in eodem processu Valentino super 17. Franciscus Dymas Pellicer. 12. testis, *fol.* 312. Vincentius Sanchez 15. testis, *fol.* 325.

De miraculis post mortem.

Reliquum eſt, vt poſtquam de ſingularibus venerabilis Thomæ virtutibus, ac de fama ſanctitatis, & aliis egimus, procedamus ad miracula, quæ vitæ comprobant ſanctitatem. Doctor. *in c. de reliq. & venerat. Sanctor.* eamque manifeſtam & indubitatam reddunt, vt ſuprà ex ampliſſimo Cardinali Bellarmino oſtenſum eſt. Miraculum igitur, teſte S. Auguſtino *in lib. de vtilitate credendi contra Manichæos, c. 16. tom. 6.* eſt quid arduum & inſolitum ſupra ſpem, & facultatem admirantis exiſtens, cui adhæret Alex. de Ales, *part. 2. quæſtione 42. memb. 1. in ſumm.* Gabriel Biel *in 2. diſtinct. 8. quæſt. 2. art. 4. dub. 1.* S. Bonauentura *in compendio Theolog. veritatis lib. 1. c. 28.* & ideò S. Thom. *prima parte, quæſt. 105. art. 8. in corp.* triplicem conſtituit ordinem miraculorum, ſicut tripliciter illa naturæ facultatem excedunt; nam vno, inquit, modo facultatem naturæ miracula ſuperant, quantùm ad ſubſtantiam facti, ſicut quòd duo corpora ſint ſimul, vel quòd ſol retrocedat, aut

quòd

quòd corpus humanum glorificetur, quod nullo modo natura facere poteſt. Secundò, aliquid excedit facultatem naturæ, non quantum ad id quod fit, ſed quantum ad id, in quo fit, ſicuti reſuſcitatio mortuorum, & illuminatio cæcorum. Tertio modo aliquid excedit facultatem naturæ; quantum ad modum & ordinem faciendi, ſicut cùm aliquis ſubitò per virtutem diuinam à febre curatur abſque curatione, & conſueto proceſſu naturæ in talibus, vt cùm ſtatim aër diuina virtute in pluuias denſatur abſque naturalibus cauſis: ſequuntur ſanctum Thomam Caiet. *ibidem* aliósque commentatores; breuius rem omnem complectemur cum Ægidio Romano *in 2. diſtinctione* 18. *dubit.* 13. *literali.* Miracula omnia, vel ſunt ſupra naturam, vel contra naturam: & clariùs S. Bonauentura *loco ſuprà citato.* Ad hoc inquit, vt aliquid ſit miraculum, neceſſe eſt, quòd ſit à Deo, quòd ſit præter naturam, quòd ſit euidens, quòd fiat ad corroborationem fidei, & proinde, vt ſuam potentiam fidémque palàm faceret, cùm in vero homine hominibus Deus apparuit, ſanctum Petrum *Matth.* 14. modicè

dicè credentem reprehendit, cùm dixit: *Modicæ fidei, quare dubitasti?* languentibus morbo pristinam restituit valetudinem, incessum claudis, cæcis visum, surdis auditum reddidit; viderunt illius temporis homines aquam in vinum conuersam, saturata quasi quinque panibus transit à pedibus maria, mortuósque de tumulo resurgentes; illorum enim saluti maiestatis testimonio consulebatur, quemadmodum voluisse Deum efficere nostris temporibus credendum est, qui Archiepiscopatui Valentino venerabilem Thomam de Villanoua præfecit, vt ipso supplicante, tum ob suauem virtutū omnium concentum, tum ad magis declarandum S. Præsulis sanctitatē & fidem multa, eáque maxima cuiuscunque generis miracula ederet, errantes mortálium animas congregaret, seiuncta odiis pectora coniungeret, claudis pedum firmitatem restitueret, laborantes tum febri, tum aliis morbis liberaret, ad vitam mortuos reuocaret, egestate rerum oppressos attolleret, quod vt luce meridiana clariùs palàm fiat, hominibus, ad recensenda plurima venerabilis viri miracula, Deo iuuante nos transferemus.

Resusci

Resuscitatio duorum mortuorum.

PAulus Franciscus natus Gabriele Cardona, & Augustina Assentia coniugibus, incolis ciuitatis Valentiæ, commorãtibus in via nuncupata del Palamar, Parochiæ sancti Ioannis de Mercato, sextumdecimum ætatis mensem agens, cùm sextum iam septimúmve mensem febri laboráret, eóque processisset ægritudinis grauitas, vt à medico salutem infirmi desperante iam esset derelictus, quadam die duabus horis ante meridiem, graue animi deliquium passus fuit, cúmque post tres horæ quadrantes ad se rediisset, ingrauescente magis magísque morbo hora secunda promeridiana plurimo genitricis mœrore vita functus est, quæ cùm eum decessisse ex appositione candelæ accensæ ad os & nares, necnon manus ad cor & pulsum infantis ex ipso corpore, quod gelidum euaserat; atque ex ipsa capitis demissione cognouisset, planctibúsque & lachrymis præ doloris magnitudine minimè temperaret, subinde repetens, si dum adhuc puer viueret, ad sancti Archiepis-

copi

pi Thomæ à Villanoua sepulchrum cùm detulisset, proculdubio non fuisse moriturũ: admonita vt illum sic mortuum eodem deferret, accepto inter brachia puero, properauit ad Ecclesiam B. Mariæ succursus, vt vocant, vbi sancti Præsulis corpus asseruatur, positisque ante sepulchrum genibus feruentibus cum lachrymis eum, vt puero vitam à Deo impetraret, rogauit: & ecce vix tantillo temporis elapso, quo oratio Dominica & salutatio Angelica ter dici posset, puer incredibili adstantium stupore reuixit, & consuetam paruulis vocem Tata, pronunciauit oculis in matrem defixis, quę ipsum iam quoque omni morbo liberatum, actis Deo, sanctóque eius seruo gratiis, magno cum gaudio domum reportauit.

Sperantia Valera, filia Sperantiæ Crespo habitantis in ciuitate Valentina in via, quæ vocatur della Parra, parochiæ sancti Ioannis de Mercato, sexdecim menses nata ex diuturna febri nouem vel decem mensium, mortem obiit, cui cùm oculi fuissent aperti, corpúsque concussum, nulla tamen dedit signa vitæ, & ita duarum, vel trium horarum spatio exanimis iacuit,

donec mater eius, quæ acerbiſſimè mortuam infantem deplorabat, recordata ſe habere de terra ſepulchri venerabilis viri Thomæ à Villanoua, magna cum fide illam accepit, & gutturi puellæ ſuperimpoſuit, flexíſque genibus alta voce hæc, vel ſimilia verba dixit: Sancte & benedicte pater Thoma à Villanoua, rogo te, vt à Deo Domino noſtro reſurrectionem filiæ meæ obtineas, & eius tibi libitinam offeram: magnoperè enim in te confido, & ſanctum te eſſe credo. Quibus precibus abſolutis nulla intercedente mora infans plorare cœpit, & vbera matris ſuxit, atque ilicò meliùs ſe habuit, pauciſſimíſque pòſt diebus perfectæ ſanitati reſtituta fuit. Hæc duo in hunc modum geſta probant teſtes locis infracitandis, & quoad primum in proceſſu Valentino ſuper 34. Auguſtina Aſſentia mater infantis 298. teſtis, *fol.* 915. Angela Torres matertera 299. teſtis *fol.* 918. Auguſtina Eſturgia 300. teſtis Auia Materna *fol.* 290. Frater Marcus Rouira monachus S. Auguſtini Conuentualis 237. teſtis, *fol.* 987.

Circa verò ſecundum deponunt in eodem proceſſu Valentino ſuper 24. Speran-

tia Grespo, mater puellæ 199. testis, *fol.* 736. Elisabeth Agatha Fabra amita puellæ 200. testis, *fol.* 738. *& seqq.* Antonius Fabra pater 201. testis, *fol.* 740. *à t.* Isabella Pastor Auia paterna 202. testis, *fol.* 742. & seq. & Ioanna Angela Pina 203. testis, *fol.* 745.

Hæc autem duo fuisse miracula ad intercessionem beati viri, si verè probetur obitus, negari non potest, cùm eius nomen fuerit inuocatum. Miracula enim orationibus, licèt non præceptis Sanctorum fiunt, vt habetur in vita sancti Antonij Abbatis cap. 52. ibi, nemo Sapientum sanitatum admirationem adscribat Antonio, sed Domino IESV, qui solitam erga creaturas suas exhibens beneuolentiam, nunc quoque per electum famulum suum indulgenter exercuit, Antonius tantùm orabat, & ob vitæ eius merita cuncta Dominus elargiebatur. Quòd autem verè probatus sit obitus vtriusque, ex depositionibus dictorum testium satis patebit, si tria consideremus, videlicet illa quæ contigerunt in ægritudine dictorum infantium. Secundò illa, quæ post eam haberentur pro mortuis. Tertiò illa, quæ

pòst dú haberentur pro mortuis, resuscitationem: Nam quantum ad primum considerandа est ætas tenella dictorum infantium, quæ sextumdecimum mensem non excedebat, febris continua & valida; illiúsque longitudo, & malignitas, & quoad puellam est quoque consideranda inedia trium dierum: Vnde satis patet, quòd verè, vt deponunt testes, erant mortui; præcesserant enim signa plusquam lethalia & perniciosa, sine signis leuantia mortem indicantia; Galenus *in primum pror. Hipp. comm. 2. num. 17.* Quantum verò attinet ad secundum de illis, quæ acciderunt, dum haberentur pro mortuis experientiæ factæ, supráque narratæ pro habenda veritate mortis, satis eam probant, illæ enim omnes eò respiciebant, vt cùm spiritus in quo vita consistit, adhuc in eis esset, clarè cognosceretur: nec obstat breuitas temporis, quo pro mortuis habiti sunt, cùm mors introducatur per primum sui non esse, quod est vltimum esse vitæ, non autem in tempore longo. Quantum verò ad ea quæ acciderunt post resuscitationem, res videtur clarissima: nam statim masculus, fœmina verò spatio octo dierū

fuerunt

fuerunt restituti pristinæ sanitati absque alio recidiuo, contrà regulas medicinæ; inquit enim Hippocrates 2. *pror.* 17. quem explicat Galenus 4. *classe comm. 2. num.* 17. perniciosa sine signis leuantia mortem indicant; & his qui non ex ratione leuiùs se habent, nõ oportet fidere: plurima enim talia stabilia non sunt, nec longo tempore durant. 2. *aph.* 27. & quæ relinquentur in morbis recidiua facere consueuerunt, 2. *aphor.* 12. & quæ longo tempore extenuantur corpora lentè reficere oportet, 2. *aph.* 7.

Neque prædictis in re tam graui fuimus contenti, sed visum est nobis super morte dictorum infantium etiã peritissimórum huius almę vrbis Medicorũ audire sententiám, videlicet Ambrosij, Galiani, Odoardi Lopij, Angeli, Vittorij, Bernardini, Castellani, & Benedicti Auerini, qui negotio maturè discusso prædictos infantes fuisse mortuos vnanimi suffragio concluserunt, quibus proculdubio credendum est, cùm Medicis standum sit, in his quæ respiciunt artem suam, Anchar. *cons.* 330. *n.* 6. Baldus *cons.* 136. *n.* 4. *vers. etsi dicitur, & cons.* 237. *ante medium., vers. alia lex dicit: lib.* 2. Clar. *sent. receptar. in* §. *homicidium, n.* 43.

Et quamuis prædicti Medici non iurauerint de veritate dicenda, quod quidem iuramentum videtur necessarium, Clar. *in prax. crim. quæstione* 4. *num.* 4. *in fine, vers. ad hæc, quæ dicta sunt*, nisi essent à publico deputati, quia tunc sufficeret, quòd iurassent in principio sui officij, Clar. *in dicto* §. *homicidium, loco præcitato.* Attamen cùm non adhibuerimus illos propriè tanquam peritos, quo casu dicerentur, mixti iudices & testes. Bald. *cons.* 455. *num.* 6. *vers. ad illud quoque, lib.* 1. sed in nudos consultores; de eorum dictis absque iuramento est habenda ratio, per ea quæ notat Decius *in cons.* 259. *num.* 4. *vers. præterea.* Gabriel, *cons.* 100. *num.* 48. *lib.* 2.

Quanti autem hæc miracula sint æstimanda, ad maiorem venerabilis viri gloriam prætermittendum minimè videtur, cùm tanta sit eorum præstantia, vt Ecclesia similia miracula non semel à diuina maiestate anteactis temporibus perpetrata summis laudibus celebret, & vniuersis fidelibus credenda proponat: etenim *Ioan.* 11. narratur, quòd cùm Christus Iesus diuino vocis oraculo prope Lazari sepulchrum intonuit, repentè qui quatriduo

iacuerat in monumento, caput manibus pedibúsque ligatis extulit è spelunca, & summis precibus petenti redditus sorori, visúsque à circunstātibus liberè per Bethaniam abiit: filius verò vnicus matris suæ, qui cum maximo parentis dolore è viuis excesserat, vt habetur *Luc.*7. ad placidissimam Christi vocem dicentis, *Adolescens, tibi dico surge*, vitalis auræ spiritus iterum assumpsit. Elias Propheta maximus, vt sacræ testantur historiæ 3. *Regum* 11. expandit se, & mensus est tribus vicibus super puerum, precibúsque ad Deum emissis, ipsum iam mortuum matri suæ viuentem spirantémque restituit, Helisæus Sunamitidis filium, quem ipso prophetante pepererat; vt 4. *Regum* 4. legitur: cùm vniuersam viam carnis esset ingressus, positis oculis super pueri oculos, manibúsque super manus, incuruauit se super eum, matrémque ob mœrorem languentem reuocauit ad vitam. Thomás autem à Villanoua dictum Frācifcum, quem ad eius sepulchrum mœstissima mater adduxerat, & præsentem Sperantiam Valeram per impositionem pulueris in gutture, à mortuis excitauit; non ergo miran-

dum, si Dei præcepto paruit Lazarus, & filius vnicus matris suæ, si vox Domini cedros Libani confringentis, & Deus maiestatis intonat, vt dicitur *Psalm.* 28. si Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, quando etiam ad preces Prophetarum Eliæ & Elisæi, & ad clariùs manifestandam Fratris Thomæ de Villanoua Archiepiscopi Valentini sanctitatem, efficit vt statim mors redderet mortuos, reuiuiscerent, qui iam occubuerant, & quasi destituti sensibus præ dolore parentes consolarentur.

Sanatio Carcinomatis.

FRancisca Nadal vidua, habitans Valentiæ in via Raymundi Ioannis, Parochiæ sancti Martini, circa vigesimum sextum ætatis suæ annum, quodam carcinomate laborare cœpit, quod mēto priùs dein labris miserè eam vexabat, acerbísque doloribus afficiebat; cúmque nil remediorum applicatio proficeret, & chirurgi morbum incurabilem affirmarent, bísque eam extrema vnctione vncta fuisset, tandem ferè post biennium, ex quo

afflictari eo modo cœperat, inuocato Thomæ Archiepiscopi auxilio, & sepulchri visitatione, cæreique oblatione in euentum sanationis promissa, quibusdam eiusdem venerabilis viri reliquiis partes affectus contigit, & confestim nedum ab omni dolore libera permansit, verùm etiam sanitatem recuperare cœpit, quam actitudo pòst, morbo penitus extincto, remanentibus tantummodo cicatricibus, pristinam integrámque fuit consecuta.

Prædicta optimè probantur ex testibus in processu Valentino super 24. hoc enim deponunt ipsamet Francisca Nadal, 179. testis, *fol.* 700. *&* 701. & Michaël Gil Chirurgus, 192. testis, *folio* 704. & etiam Valentinus Dominiquez medicinæ Doctor 70. testis, examinatus authoritate ordinaria, *fol.* 225. qui omnes curatissimi dictæ Franciscæ interfuerunt, & denique Iosephus Garzia 182. testis, *fol.* 706. *&* 707. Cum quibus concordat super 57. Anna Audet mater dictæ Franciscæ 180. testis, *fol.* 702. Hoc autem præclarum fuisse miraculum negari non potest, Medicus enim & Chirurgus, deponentes: eandem dictam

Franciscam cancro laborasse, & infirmitatem fuisse incurabilē affirmāt, cum quibus Auicennæ doctrina concordat, cùm enim *lib.* 4. *fen.* 3. *tract.* 2. *cap.* 11. dixisset, cancrum esse apostema melanconicum, de melāncholia adusta à materia colerica cum qua combusta est à non pura fœculenta, & esse vehementis doloris inferiùs *cap.* 16. illud inquit oportet sperare de cura cancri, quoniam cùm incepit, fortasse est possibile, vt prohibeatur, ne addatur super illud, quod ipse est, & conseruetur, ita vt non vlceretur; & accidit in quibusdam horis, vt sanetur incipiens: confirmatus verò non. Idem ante Auicennam docuerat Galenus *lib.* 2. *art. cur. ad glau. cap.* 10. & Hippocr. *tom.* 2. *classi.* 3. *lib.* 2. *prædictionum. Columna* 8. *post principium, fol.* 450.

Sanatio plagarum.

VIncentia Catharina, filia Antonij Rossellon, quinque & viginti annos nata, habitans in ciuitate Valentiæ apud tinctores prope parochialem Ecclesiam sancti Michaëlis, cùm à quinquennio dolore maximo in genu ac femore pluribus ibidem

ibidem profundissimísque foraminibus ex eo morbo factis, ad vitæ suæ extremum deuenisset, & propter exanimationem quandam, qua correpta fuerat, extrema vnctio iam pararetur; mater eius cernens filiam in tantis angoribus constitutam, veraci viuáque fide venerabilem Thomā à Villanoua rogauit, vt sanitatem ei à Domino impetrare dignaretur, promittens obtenta gratia coram se ad sepulchrum eius delaturam, & ilicò voto emisso infirma meliùs habere cœpit, ac triduò post perfectam sanitatem adepta est.

Suprà narrata probant super 24. in processu Valentino ipsamet Catharina Vincentia Rosello 218. testis, *fol.* 1770. & Antonius de Rosello eius pater 208. testis, *fol.* 754. & Catharina Ximena 59. testis, *fol.* 252. & super 29. Martinus Sanchez 230. testis, *fol.* 793. & Ioannes Castello 9. testis, *fol.* 755. Quod fuisse miraculum euidentissimè colligitnr, si consideretur infirmitas diuturna, & quòd nunquam multis adhibitis remediis potuit sanari, & quòd foramina erant talis qualitatis, vt Chirurgi de vno ad aliud vincos marinos apponerent, vt probant dicta Catharina

rina Vincentia, & Martinus Sanchez, & quòd in extremo vitæ constituta, postquam venerabilis viri opem implorauit, appositis tantùm foliis super foramina, vt deponunt prædicti testes, intra tres dies etiam à dictis foraminibus incolumis euasit, licèt hoc genus infirmitatis non sit breuis curationis; vt notat Ioannes Fernelius de extremis corporis affectibus, cap 6. *fol.* 641. & alij medicorum docent.

Sanatio Ophthalmiæ.

MArcella filia Antonij Matthæi de Lizania & Marcellæ Escolanę coniugum incolarum ciuitatis Valentiæ, tertium ætatis annum agens, morbo quodã, siue distillatione in pectore per duorum fermè, vel trium mensium spatium grauiter vexata fuit, adeò vt sanguinem per os proiiceret, neque cibum retinere valens, eum tussiendo cum sanguine euomeret; quæ distillatio ad caput & oculos postmodum translata fuit, tam vehementer eam afficiens, vt neque lumen aspicere, neque oculos aperire vllatenus sustineret,

neret, quo pacto cùm per annum integrum laborasset, nec humana remedia prodessent, & à pluribus mensibus nullum omninò fuisset adhibitum: mater eius audiens gloriosa miracula, quæ ad intercessionem serui sui Thomæ quotidie diuina potentia facere dignabatur, ad Ecclesiam Beatæ Mariæ succursus cum puella perrexit; visóque vt ea venerabilis viri sepulchrum manibus contingeret, magna viuáque fide instructa vt sanitatem puellæ impetraret à Thoma postulauit, datáque eleemosyna pro Missa postridie celebranda, domum se recepit in sequenti verò die duabus ante meridiem horis, repentè è cubiculo ad matrem cum gaudio puella cucurrit, apertis, claris, atque integris sanatis oculis, ac si nullo vnquam ex illis morbo laborasset; neque postmodum in eis impedimentum, vel molestiam sensit.

Hæc probantur ex depositione super triginta quatuor in processu Valentino Marcellæ Escolanæ matris infantis 284. testis, *folio* 893. Antonij Matthæi Lizani, patris eiusdem infantis 287. testis, *folio* 899. Ioannis Baptistæ Daqui 288.

testis, *fol.* 900. Annæ Mariæ Sancho. 289. testis, *fol.* 92. Magdalena Beltran 285. testis; *fol.* 895. Fratris Gaspàris Mir, Ordinis sancti Augustini, 332. testis, *fol.* 979. in quibus euidens narrari miraculum dubitari non potest, cùm statim humanis artibus sanari infirmitas hæc minimè potuerit, maximè cùm per annum ophthalmia laborauit, quam esse difficilis curationis docet Sauonarola *in prax. tract. 6. rub. 2.*

Sanatio claudi.

CVm Valentiæ, vt Hispaniarum consuetudo fert, taurorum venatio publicè exhiberetur, quorum vnus concitato cursu è campo sese proripiens, in Petrum Assentium sutorem dictæ ciuitatis incolam, qui fortè obuius fuerit, valido impetu incurrit, eúmque in terràm prosternens, adeò latus offendit, vt non modò sine fulcimentis incedere postmodùm non valeret, verùm etiam contractis neruis palmum vnum à terra pes alter distaret; cúmque per biennium iam & amplius nullo proficiente medicamento, hunc in modum affectus fuisset, ad venerabilem

virum Thomam deuotis & ipse precibus recurrit, pollicitus se consequuta sanitate fulcimenta sua ad sepulchrum eiusdem oblaturum, aggressúsque nouenam, vt appellant, ibidem celebrare, die tertia fulcimentorum alterum & priusquam nouena impleretur vtrumque dimisit, sanúsque & integer, vt ante læsionem ambulauit.

Hæc probant in processu Valentino super 24. idemmet Petrus Alphonsus 157. testis, *fol.* 651. Dominicus Assentio 155. testis, *fol.* 648. Frater Ioannes Pons. 331. testis, *fol.* 977. *& seqq.* & super 47. Marcus Fernandez 154. testis, *fol.* 646. *à t.* Sperantia Seuida 156. testis, vxor Marci Ferrandi, *fol.* 650. Frater Antonius Vget 228. testis, *fol.* 789. & hanc etiam sanationem miraculosam factam fuisse certissimum est, cùm conuulsio, siue membrorum attractio, nec facilè, nec confestim medicamentis curetur: vt considerat Hieronymus Capiuaccius *in praxi lib.* 1. *c.* 25. Fernellius *de partium morbis, & Epitom. lib.* 5. *cap.* 3. §. *conuulsio.*

Sana

Sanatio vlcerum.

IAcobus Ceruera cœmentarius incola ciuitatis Valentiæ, in via molæ, vt vocant, Parochiæ ſancti Ioannis de Mercato, cùm ſiniſtrum ſibi eius mucrone enſis vulneraſſet, & multa poſtmodum per humorum effluxionem ibidem fuiſſent enata foramina; varia per 14. annos remedia adhibuit; quibus non iuuantibus, cùm incurabilis morbus iſte à chirurgis iudicaretur, ac inſuper valida febri correptus eſſet, eóque iam per menſem integrum vexatus fuiſſet; deuotis precibus ad ſancti Præſulis auxilium confugiens voto facto; ſe recepta ſanitate tabellam illi picto in ea miraculo oblaturum; ac ſepulchro appenſurum, tam à febri quàm à crucis affectione intra tertiam diem omnino liberatus fuit.

De hoc facto deponunt in proceſſu Valentino ſuper 24. ipſemet Iacobus Ceruera 188. teſtis, *fol.* 718. Magdalena Rodera eius vxor, 191. teſtis, *fol.* 720. Machynus Reyo 33. teſtis, *fol.* 197. *à t.* Petrus Paulus Corder 339. teſtis, *fol.* 990. & ſuper

per 62. deponunt Antonius Ochoa, Chirurgus 189. testis, *fol.* 718. & Amator Lopez Medicus, 190. testis, *fol.* 720. qui interfuerunt curationi dicti Iacobi. Hanc etiam vlceris sanationem fuisse miraculosam; clarum & apertum est, tum quia prædictus Chirurgus deponit morbum incurabilem euasisse, & Galenus generaliter affirmat *in aphor. Hippocr. lib.* 4. *com.* 6. *aphor.* 45. vlcera, quæ longo tempore durant, difficulter sanari; quæ sententia verior est, si adsit diuturnitas vlcerum, nam licèt aliquando cuticula obducantur, tenui & sanata videatur: subitò tamen disrumpuntur, & vlcera renouantur, vt docet Auicenna *lib.* 4. *fen.* 4. *tract.* 3. *c.* 1. *littera E.* & Fernelius *de externis corp. affectibus, lib.* 7. *cap.* 9. tum quia videtur quasi impossibile, quòd Iacobus triduò recuperauerit pristinam sanitatem absque eo, quòd nullum in corpore secutis temporibus senserit detrimentum, quod euenire docet experientia, & considerat in sua depositione Amator Medicus, maximè cùm natura longo tempore per vlcera expurgasset.

Liberatio à Paralysi.

VIncentius Ciprer de Paternoi, ciuis, & incola Valentinus habitans in via piſcatorum, parochiæ ſancti Andreæ, tres & quinquaginta annos natus, quodam laterum morbo correptus, eóque in paralyſin verſo vſu dextri brachij, lateris & cruris destitutus fuit, adeò vt neque rectiùs ſtare, neque brachium vlla ratione mouere valeret, planè ac ſi lignum illud lapidúmve ac funiculo quodā fuiſſet humero appenſum; cúmque in hunc modum per decem & octo dies laboraſſet, venerabilem Dei Seruum Thom. quem plurimis audiebat in dies magis ac magis clareſcere miraculis, pro impetranda ſanitate, viua cum fide implorare cœpit, ac biduo pòſt, cùm ſe cubitum recepiſſet, denuò ſanctum hunc Præſulem in lecto iacens, vt ſanitatem ſibi à Domino impetraret magno animi feruore inuocauit, promittens ſi gratiam hanc conſequeretur, promptè ſe, & alacriter in proceſſu canonizationis teſtimoniū de hac te perhibiturum ad laudem & gloriam omnipotentis

tentis Dei; ac vt vniuersis huius viri sanctitas innotesceret, qua inuocatione peracta quieuit per tantum temporis spatium, quo bis Apostolorum symbolum recitari posset, quo elapso, cùm signare se crucis signo vellet, minimè recordans, an brachio dextro, vel potiùs sinistro, quo durante paralysi signare se coactus fuerat, vtendum sibi esset, eleuato brachio dextro signum crucis efformauit, cúmque in mentem sibi rediisset, paulò antè dicto se brachio vti minimè potuisse admiratione & gaudio plenus, Bone Deus, inquit, nónne habebam ego brachium immobile? & è vestigio præ lætitia lachrymans, magna voce vxorem, filiásque appellauit, & miraculum omnibus manifestans, brachium sine vllo impedimento mouit exercuítque sicut ante morbum solebat, & nemine adiuuante de lecto descendens genibus flexis Deo, & venerabili Archiepiscopo gratias egit.

De hoc facto deponunt in processu Valentino super 34. ipsemet Vincentius Ciprer. 33. testis, *fol.* 395. Hippolyta Benet, vxor dicti Vincentij 31. testis, *fol.* 393. Vincentius Iosephus Trilles, Medecinæ

Doctor, 34. testis, *fol.* 398. Apolonia Benet 36. testis, *folio* 401. *à t.* Seraphina Ciprer. 36. testis, *fol.* 400. Hunc autem morbum, de quo testes loquuntur fuisse paralysin affirmat D. Vincentius Iosephus Trilles Medicus, qui curationi præerat, & probatur ex morbi natura: nam paralysis nihil aliud est, quàm motus ablatus masculi, dependens à frustratione facultatis motricis, vt inquit Auicenna *libro tertio fen.* 1. *tractat.* 5. *cap.* 12. Galenus *cap.* 6. *& vltimo*, *lib.* 1. *loco affect. capite vltimo*, *lib.* 3. *de loco affect. cap.* 3. *&* 4. *lib.* 4. & nouissimè Hieronymus Capiuaccius *in prax. lib.* 1. *cap.* 24. Vincentium viro fuisse à paralysi miraculosè sanatum, etiam ex eo colligitur, quòd Medicorum artes, & pharmaca brachio motum, valetudinem illi restituere potuerunt, sed noctu, nullàque interposita mora, postquam sancto Archiepiscopo preces effuderat, pristinam sanitatem recuperauit.

Concessio

Concessio lactis.

ISTud quoque non exigui momenti recenseatur miraculum, quod per sanctũ Archiepiscopum operatus est Dominus, cùm mulieri admodum pauperi lac impertiuit. Erat prope ciuitatem Valentinam in oppido vulgo Patrario nuncupato, Mulier quædam Catharina Montalta, vxor Antonij Sallent, tenuissimæ conditionis agricola, quæ cùm sextò iam mater esset, atque ex omnimodo lactis defectu paruulos suos, vt maternæ charitatis amor exigit, alere minimè posset; & premente rei familiaris inopia magno suo incommodo nutricibus lactandos tradere cogeretur: dum è sexto partu decumberet, ipsa quoque inter cæteros, quod ad intercessionem Thomæ à Villanoua cõsolari plurimos intelligebat, ad eundem pro cordis affectu pro impetrando lacte confugit, addito voto, quo promittebat, nouenum, vt vocant, apud eius sepulchrum se facturam, curaturamq́; vt cùm primùm exiret è domo, Missæ sacrificium celebraretur. Cùmque nonnullis pòst diebus lecto egressa,

Valentiam ad Ecclesiam sanctæ Mariæ succursus appellatam properasset, flexis ante Thomæ sepulchrum genibus ad gratiam hanc obtinendam, enixè eum, viuáque fide rogauit, & acceptis quibusdam floribus, quibus sancti viri sepulchrum erat inspersum, & inter vbera positis; Missámque reuerenter auditam, simulátque domum repetens, Ecclesiam statim egressa fuit, sensit vbera adeò lacte referta, vt per papillas præ nimia cōpia extillaret, & protinus incredibili perfusa lætitia infantem, quem inter brachia gestabat, pectori admouens lacte saturauit, quod affatim postmodum semper habuit.

De veritate huius facti in processu Valentino, super 14. plenè deponit ipsamet Catharina Montalt 237. testis, *fol.* 806. Antonius Sallent eius vir, 319. testis, *fol.* 951. Vincentia Sallent communis filia, 320. testis, *fol.* 954. Seraphina Ledo 238. testis, *fol.* 807. Ioanna Anna Mattin 239. testis, *fol.* 809. Frater Petrus Orduna, Sacerdos Ordinis sancti Augustini, 326. *fol.* 967. Quod fuisse miraculum, satis probatur. Cùm enim iam dicta Catharina

pepe

peperisset quinque filios, quos ob carentiam lactis ipsa enutrire non potuit, annum nata 41. sextum edidit partum, & tamen lacte caruit, quod ob preces effusas Deo, ad intercessionem venerabilis viri statim è mamillis sensit prosilire. Nam impossibile, & suprà naturæ vires est illicò mammillas magna copia lactis implere, siue illius carentia prouenerit ex paucitate sanguinis, siue ex complectione sicca & calida, siue ex nimio labore, propter quem hæc mulier, probabiliter loquendo, carere poterat, teste Saponarola *in praxi tract.* 6. *cap.* 12. cùm esset fœmina ruris laboribus assueta, ex quacunque enim causa proueniat lactis carentia, ad hoc vt illius magna copia generetur, debent vires optimè restaurari, quod fieri non potest in instanti, vt loquuntur Theologi, nisi miraculosè.

Liberatio à Podagra.

Ludouicus Lemosi Chirurgus, & incola Valentinus, commorans in via confraternitatis Fabrorum ferrariorum, parochiæ sancti Martini per sexennium

podagra in dextri pedis pollice vexatus fuit, modò semel, modò bis in mense, ac aliquoties etiam quolibet octiduo redeunte morbo, ex quo per sex, vel octo dierum spatium decumbebat; cúmque nulla iam ampliùs in remediis spes adesset, deuoto cordis affectu sanctum virum Thomam à Villanoua pro sanitate à Deo impetranda precatus est; vouitque si eam consequeretur, centum regalium eleemosynam Ecclesiæ Beatæ Mariæ succursus nuncupatæ, vbi venerabile eiusdem corpus requiescit, elargiri; & precibus absolutis, optatæ sanitati integrè restitutus fuit, nec vnquam postea prædicto morbo laborauit.

Probant hæc in processu Valentino super 34. quatuor testes, omnes Chirurgi, videlicet Ipsemet Ludouicus Lemosi, qui gratiam ex voto recepit 281. testis, *fol.* 889 Ioannes Malo 272. testis, *fol.* 890. Alphonsus de Requena 113. testis, *folio* 169. *à t.* Petrus de Calzada 283. testis, *fol.* 892. Et perfectam hanc à podagra liberationem fuisse miraculum, nullus relinquitur dubitationi locus; cùm Ludouicus sine hominum auxilio pristinæ va-

letudini fuerit restitutus; & podagra omninò liberatus; qui morbus in ipso incurabilis fuerit iudicatus, vt deponunt citati testes; qui sunt in arte periti, & docent Medici, & dixit Ouidius de Ponto *lib. 1. elegia 4.*

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Et quamuis Hippocrates *tom. 2. class. 3. lib. 2. prædictionum col. 7. in princ. fol. 449.* dicat, quòd qui iuuenis est, prout erat dictus Ludouicus (non excedebat enim ætatem 34. annorum) & circa articulos nondum tofaceos callos concretos habet, & accuratè viuit, & laboris amans est, & aluũ bonũ habet ad obediendũ pro studiorum ratione. Hic sanè Medicum intelligẽtiam habentẽ nactus, sanus fieri poterit. Attamẽ non recessimus à priori sententia, tum quia omnes prędicti testes chirurgi fatẽtur, hoc fuisse miraculum, quorum iudicio acquiescendũ est, cùm sint in arte periti, tum etiã quia ipsemet Ludouicus & alij duo testes, videlicet Ioannes Malo, & Petrus de Calzada locis præcitatis deponunt, quòd victus rationem podagræ contrariam instituerat, & multos super hæc committebat errores, in quibus accedit longum

temporis spacium quo podagræ doloribus fuerat cruciatus. Quare omnibus pensatis, supradictam liberationem fuisse miraculosam, nulla potest tergiuersatione celari.

De fama Sanctitatis.

SEquitur vt agamus de fama sanctitatis, quæ vt ab initio diximus ex Augustino de Ancona *de potestate Ecclesiæ* 3. multum confert ad diiudicandum ipsam vitæ sanctitatem, & meritò; nam, vt ait S. Ioannes Chrysostomus. Quemadmodum bene olens vnguentum non in se contentum habet odorem, sed procul emittit & aerem odoris illius, sic etiam immittit in sensus propinquorum: non aliter viri præclari & admirandi non in se solo detinent virtutem, sed per famam suam vincũt plurimos. De hac fama sanctitatis deponunt quāplures testes audiuisse & fuisse agi de Seruo Dei tanquam de viro perfecto, & tanquam vno ex Sanctis qui fulget in Ecclesia Dei, & hunc non modo esse communem & vniuersalem totius populi vocem, sed etiam grauissimorum hominum dignitate præstan-

tium, nec vnquam ſe contrarium audiuiſſe, ita in proceſſu Caſtellæ ampliſſimus Cardinalis D. Gaſpar de Borja primus teſtis, *fol.* 139. Doctor Franciſcus Sobrino Canonicus Doctoralis Valliſoletani 3. teſtis, *fol.* 141. Pater Baſilius Vicerector Societatis IESV Valliſoletan. 6. teſtis, *fol.* 146. & alij quamplures teſtes, & in proceſſu Valentino Don Franciſcus Rocca Full. I. V. D. Capellanus Oratorij ſuæ Majeſtatis Præcentor & Canonicus Eccleſiæ Valentinæ, 41. teſtis ſuper 22. *fol.* 227. & ſuper 25. *fol.* 228. Don Federicus de Borja Archidiaconus Major, & Canonicus Valentinus, 42. teſtis, *fol.* 228. *à t.* qui duo ſunt examinati authoritate ordinaria, Michaël Vincentius Molla Canonicus Valentinus primus teſtis, *fol.* 227. Franciſcus Ludouicus Balaquel Canonicus Valentinus 2. teſtis, *fol.* 280. Ioachimus Real I. V. D. de Conſilio ſuæ Majeſtatis, ac Regens Cancellariæ, 5. teſtis, *fol.* 288. Don Hector Ruiz 6. teſtis, *folio* 292. Pater Chriſtophorus Perez Societatis IESV 9 teſtis, *fol.* 300. Franciſcus Dimas 12. teſtis, *fol.* 312. Bartholomæus Eſcola 14. teſtis ſuper 2. & 9. *fol.* 320. Don

Carolus Ioannes de Torres 20. testis super 9. *fol.* 339. *à t.* Petrus Guttierez 21. testis super. 2. & 9. *fol.* 347. *&* 348. *&* 349. Mariana de Sottomaior 26. testis super 9. *fol.* 363. *à t.* Baptista Nauarro, super 9. 38. testis, *fol.* 407. & alij quamplures.

Ex quibus negari minimè potest, probatam esse famam sanctitatis, quia testes reddunt sufficientem rationem sui dicti, prout requiritur, Clar. *in prax. crim. quæstione* 6. *num.* 135. quòd audierunt à personis fide dignis, & quòd nedum maior populi pars, quod sufficeret, sed quòd ita dicebat Populus vniuersus. Io. de Annan. *cons.* 1. *num.* 8. *vers.* 2. *quod fama.* Alex. *cons.* 166. *num.* 9. *vers. præterea, vt fama, lib.* 6.

De frequentia populi ad sepulchrum serui Dei, & de eius ornatu.

FAmæ sanctitatis accedit frequentia populi ad sepulchrum venerandi viri, quæ etiam est maximum testimoniũ sanctitatis cùm sancta Mater Ecclesia laudando Confessores canat. Ad sacrum cuius

tumu

tumulum frequenter, membra languentium modò sanitati, quolibet morbo fuerint grauata, restituuntur; & sic mos antiquissimus in Ecclesia Dei orandi ad sepulchra Sanctorum, vt habetur ex Seuero Sulpitio *Dialogo* 1.*cap*.2. prout euenisse in hoc sanctissimo Præsule dictum est, dum ageretur de miraculis. Hanc autem frequentiam optimè probant testes deponentes se vidisse magna populorum agmina in suis necessitatibus vndique ad sepulchrum confluentia, quod in Ecclesia Beatæ Mariæ de succursu, Ordinis sancti Augustini extra ciuitatem Valentinam, sed prope muros existit, & circa illud adesse multa donaria & tabellas, in signum gratiarum, quas ad venerabilis viri preces petentibus Deus impertiuit, ita in processu Valentino deponunt Michaël Vincentius Molla, primus testis, *fol*. 277. Franciscus Ludouicus Balaguer 2. testis, *folio* 280. Michaël Hieronymus Vich quartus testis, *fol*. 285. *à t*. Pater Christophorus Perez, Societatis IESV nonus testis, *folio* 300. Frater Iacobus Sanchez 13. testis, *folio* 317. Don Iacobus Ferrer. 37. testis, *folio* 403. *à t*. Don Carolus Ioannes

Torres

Torres 20. testis, *fol.* 339. *à t.* Ioachimus Real primus testis, *fol.* 228. Don Hector Ruiz de Corella 6. testis, *fol.* 292. Iosephus Ioachimus Bayarri 10. testis, *fol.* 306. Don Raymundus Sanez 11. testis, *fol.* 309. Don Iacobus Capena 27. testis, *fol.* 380. *à t.* & alij.

De veneratione Reliquiarum

QVòd etiam Reliquiæ sanctissimi huius Antistitis in magna veneratione habeantur, ita vt cum aliis insignibus cõseruentur, & ægrotis deferantur pro curatione infirmitatum, probant in processu Valentino Michaël Ioannes de Lop. 19. testis, *fol.* 338. *à t.* Iacobus Ferrer. 57. testis, *fol.* 403. Donna Eleonora de Gusman. 47. testis, *fol.* 429. Don Carolus Ioannes Torres 20. testis, *fol.* 339. Marcus Antonius Cisternus 7. testis, *fol.* 294. Don Iacobus Capena 27. testis, *fol.* 380. Petrus Pallares 25. testis, *fol.* 358. Mariana de Sottomaior 26. testis, *fol.* 367. Franciscus Iter 47. testis, *fol.* 234. qui duo vltimi sunt examinati authoritate ordinaria. Et in processu Castellæ Frater Didacus de Gueuara

ra 3. testis, *fol.* 241. Christo de Gusman 3. testis, *fol.* 388. Matthæus de Olhala 4. testis, *fol.* 389. Petrus de Vandillo 5 testis, *fol.* 389. à t. Gundisaluus Camero 38. testis, *fol.* 630. Andreas de Busto 45. testis *fol.* 645. Garzias Lopez 48. testis, *fol.* 657. Hi quatuor vltimi sunt exeminati authoritate ordinaria.

Qui quidem honor & reuerentia reliquiis exhibita est maximum argumentum sanctitatis, vt ex se patet, & colligitur ex Apostolo ad Philippens. cap. 2. *In nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum*, in quibus verbis videtur alludere ad veterum consuetudinem, qua magnorum etiam virorum nominibus quædam honoris testificatio adhiberi consueuerat. De qua hunc in modum scribit Seneca *Epist.* 64. Quid ni ego magnorum virorum imagines habeam incitamenta animi, & natales celebrandi. Quid in illos honoris causa semper appellem? Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis præceptoribus generis humani, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Hæc autem veneratio in proposita materia nihil est aliud, quàm

excellentis in sanctissimo Archiepiscopo testimonium sanctitatis, ob quam eiusdem reliquiæ maxima populorum frequentia & deuotione venerantur.

De validitate processuum.

SVperest, vt de validitate processuum in postrema huius relationis parte tractemus, qui cùm multi confecti fuerint, in duos tamen principales, Valentinum scilicet, & Castellæ diuidantur; ex quibus hæc omnia P. B. tanquam in hac causa legitimè factis accepimus: Præcipuum autem sanctitatis fundamentum & certissima illius argumenta, miracula scilicet, virtutes, aliaque desumpsimus ex probationibus testium, qui sanctæ huius Sedis authoritate fuerunt examinati, & meritò cùm ad S. V. & legitimos successores pertineat viros miraculis, & sanctitate conspicuos in numero sanctorum ascribere, *c. cùm audiuimus, & c. cùm ex eo de reliq. & venerat. Sanctorum, c. venerabilem, de testibus;* vbi D. D. & nouissimè docet amplissimus Cardinalis Bellarminus *de beatitud. & canonizat. Sanctorum, tom. 1. part. 2. lib. 1.*

lib. 1. cap. 8. vbi, ad eum, inquit, spectat proponere toti Ecclesiæ, quid sit credendum, & quid agendum in iis, quæ sunt Religionis, qui toti Ecclesiæ præest: ex quibus deducitur apud Romanum Pontificem esse summam, supremam & liberalem potestatem recipiendi probationes, quæ ordinantur ad hoc, vt quis possit solemniter in Sanctorum catalogo recenseri. Et quamuis pluribus dictis testium ordinaria authoritate examinatorum vsi fuerimus, & quæ si omitterentur, adhuc de venerabilis Archiepiscopi sanctitate constaret; legitimè tamen & rectè fieri hoc potuisse censuimus, cum Episcopi vigore Concil. Trident. *sess. 25. de reliq. & vener. sanct.* & Concil. Lateran. *cap. 62.* sint Iudices ordinarij ad capiendas informationes, circa admittenda noua miracula, & nouas reliquias recipiendas, vt dicit Ambros. [illegible] *lib. [illegible] cap. 46. num.* 26. [illegible] ad forum Ecclesiasticum [illegible] habeant in[illegible]; *cap.* [illegible] & ibi Abb. [illegible] Et hæc dicta testium, si non tanquam [illegible], saltem itaquam iura, ca-

 noni

nonizationi possunt pro legitimis probationibus inseruir, quia nullus in causa canonizationis, siue certus, siue incertus, etiam per edictum citandus est, Ægid. *dec. 671. & seq.* quem sequitur Iacobus Castellanus *de canonizatione sanctorum, quæstione 8. §. quarto, ait in negotio canonizationis*, licèt contrarium eueniat in iudiciis, in quibus testes in vna causa examinati aliquando in alia propter interesse partis, quæ debuerat citari, non probant, eóque magis supradicta procedunt, quia omnes testes viuentes ordinaria authoritate prius examinati fuerunt, authoritate Apostolica repetiti, & solùm vsi fuimus dictis testium demortuorum, qui fuerunt ordinaria authoritate recepti, quibus etiam iura in aliis causis multùm deferre solent.

De processu Valentino.

PRocessus Valentinus Apostolica authoritate confectus fuit; Sanctitas enim vestra totum negotium sacræ Rituum Congregationi delegauit, vt in Breui dato Romæ apud sanctum Marcum 20. Septembris 1610. de quo in eodem processu, *folio* 5. & instante Patre Ioanne

Bel

Belda Procuratore constituto, à Prouinciali Prouinciæ Aragonum, vt in mandato sub die 8. Iulij 1608. & à constitutis deputatis, Syndicis, & electis ciuitatis, & regni Valentiæ, sub die 13. Septẽbris 1608. coram nobis exhibitis in registro, fol. 7. & 12. prædicta S. Congregatio sub die 26. Februarij 1611. direxit remissoriam in solidum DD. Episcopis, Segobricen. Marochitan. & Coronen. super articulis per eundem Procuratorem datis, cum insertione interrogatoriorum datorum per Dominum Ioannem Baptistam Spadam Consistorialium Aduocatorum Decanum Promotorem fidei electum, vt in processu fol. 41.

Hanc Remissoriam Frater Michaël Salon Procurator constitutus à Patre Generali sub die 20. Iulij 1610. fol. 24. & Frater Sebastianus Garzia Procurator cõstitutus, à Patre Prouinciali Coronæ Aragon. sub die 29. 16 11. fol. 25. & prædicti constituti, deputati, & electi ciuitatis & Regni Valentiæ præsentarunt, sub die 25. Maij 1611. dictis Episcopis Marochitano, & Coronen. fol. 3. qui ei consenserunt, fol. 23. & constituerunt locum & horam audientiæ, notarium & cursores, recepto prius ab eis

iuramēto de fideliter exercendo, vt habetur *eod. fol.* 23. instantéque Fr. Gaspare Mazebon Procuratore substituto, à dictis Salō & Garzia *fol.* 27. *&* 36. hoc enim habebant in mādatis præuia citatione *fol.* 29. & relatione *fol.* 30. & inductione testium, delatione iuramēti, & designatione diei, & horę examinis faciēdi *à fol.* 45. *vsque ad fol.* 112. receperāt 365. testes qui medio iuramēto in forma debita prǽstito deposuerunt, nedū super articulis, sed etiā super interrogatoriis, vt patet *à fol.* 177. *vsq; ad fol.* 1036. quę quidē monitio, iuramentū & depositio super interrogatoriis fuerunt pro validitate examinis necessaria. 1. quidem operatur vt testes nō dicātur spōte se obtulisse examini propter quod redditur suspectus. Albert*in l. si quando, n.* 1. *verf. & dixerunt quidā. C. de testib.* Paris. *conf.* 93. *n.* 34. licèt cessante monitione, maximè in hac materia, in qua extraiudicialiter procèditur, Ægid. *dec.* 672. sufficeret, quòd absq; monitione constaret aliunde, quòd testis spōte se non obtulisset examini. 2. Etiam, quia iuramento residet substātia depositionis testis *l. iusiurādi. C. de testib.* Oldrad. *conf.* 209. *n.* 8. *verf. & si prædictā ratio.* Bald. *conf.* 96. *n.* 3. *lib.* 1. Io de Imol.

conf. 1.4.7 *n.* 3. 3. Denique; quia cùm interrogatoria fuerint inserta in remissoria, absque vitio nullitatis nõ poterant amitti. Barbat. *conf.* 3. *n.* 34. *&* 25. Accoram 6. *decis.* 49. *lib.* 1.

Vlteriùs cùm prædictæ litteræ remissoriales continerent etiã litteras cõpulsoriales, prædictus Fr. Gaspar. Mazebon Procurator substitutus institit, & obtinuit, vt in processu *fol.* 124. ex originali cõpulsari dicta testiũ demortuorũ, qui de anno 1601. vsque ad annum 1608 authoritate ordinaria fuerunt examinati, (viui enim cùm nouiter receptis fuerant repetiti) quorum testium demortuorũ, qui sunt 79. depositiones habentur *à fol.* 141. *vsque ad fol.* 262. & quòd obiissent, probatur, nedum ex fide parochorũ, in quorũ Ecclesiis sepulti sunt, quã moniti à iudicibus, vt in eodẽ processu *à fol.* 1039. *vsq; ad fol.* 1063. exhibuerunt.

Et prædicti testes fuerunt ritè recepti à iudicibus pro tempore constitutis ab Archiepiscopo Valentino præuia commissione, & facultate recipiendi iuramenta, vt in processu *fol.* 138. *& fol.* 191. *à t. & folio* 258. *à t.* instante legitimo processu Prouincialis Ordinis sancti Augustini

Aragoniæ, vt in mandato, quod habetur, *fol.* 138.

Ex quibus negari non potest, quin iste processus sit validus, nam si respiciamus authoritatem iudicum, fuerũt subdelegati à sacra Congregatione, quæ hanc facultatem habebat in Breui sibi à Sanctitate Vestra directo, vltra quod cùm esset delegata à supremo Principe, neque constaret electam fuisse industriam personæ, de iure poterat subdelegare, *l. à iudice C. de iud. cap. fin. de offic. deleg. cap.* 15 *cui eodem tit. in* 6. vbi Gloss. 1. & 2. *Clem.* 1. vbi Gloss. *in princip. eod. tit.* & in puncto dicit Ioan. Andr. *in cap. venerabili, num.* 3. *vers. tu dic.* & ibi etiam Abb. *num.* 2. *de testib.* Iacobus Castellanus *de canonizatione Sanctorum, quæstione* 8. *vers. quæro, iuxta prædicta.* Neque refert quòd ex tribus iudicibus subdelegatis duo tantùm processerunt, videlicet Marochitanus & Coronen. cùm essent subdelegati cum clausula *in solidum, l.* 3. *C. de fideiussor.* §. *si plures instit. eodem tit. l. si non singula, C. si certum petatur, d. l. si diuersa, l. locati.* si verò respiciamus depositiones testium, rectè fuerunt factæ prævio iuramento, in quo subrogata A

ſtantia depoſitionis conſiſtit; nec aliquis erat citandus, vt per Bellamerum *deciſione 672. & 673.* & Caſtellanum *de canonizatione Sanctorum, quæſtione 8. §. quæro an in negotio ſuprà allegato.*

Eſt etiam iſte proceſſus in publica forma, cùm fuerit facta eius collatio cum Originali; mediante decreto iudicis, *fol. 1607. & ſeqq.* & ſubſcriptus à Notariis, *fol. 1069. & ſeqq.* cum decreto etiã, quòd clauderetur, & ſigillaretur, ad effectum tranſmittẽdi ad ſacram Congregationem cum nominatione potioris & ſubſcriptione iudicum, *fol. 1071.* cum legalitate etiam Officialis Valentini *eodem folio*, quæ fuit recognita hîc in vrbe, in regiſtro, *fol. 24.*

De proceſſu Caſtellæ.

PAriter authoritate S. V. fuit confectus proceſſus Caſtellæ, cuius validitas eiſdem etiam rationibus comprobatur, etiam vigore dicti Breuis, à ſacra Congregatio Rituum, inſtante prædicto Patre Ioanne Belda Procuratore vt ſuprà remiſſoriam expediuit ſub die 9. Octobris 1610. vt in proceſſu, *fol. 2. & 5. à t.* directam Do-

mino Cardinali Toletano, & eius Vicario in solidum, cum facultate subdelegandi, cuius vigore solùm Vicarius nedum in ciuitate Toletana recepit testes, sed subdelegauit alios iudices in ciuitatibus Burgeñ. Salamantin. & Vallisoletan. & in oppidis Madriti, Compluteñ. & Villanoua de los Infantes, qui nedum receperũt nouas probationes, sed etiã compulsarunt probationes factas authoritate ordinaria, quoad testes defunctos: Viui enim fuerunt iterum examinati vnà cum aliis nouiter inductis: vnde tres oriuntur difficultates: Prima est, an solus Vicarius potuerit recipere dictas probationes in ciuitate Toletana. Secunda; an potuerit subdelegare. Tertia, quatenus sic an solus potuerit subdelegare. Prima est modicæ difficultatis, stante constitutione cum clausula *in solidum*, vt suprà diximus: nam Dominus Cardinalis iurisdictioni consensit, sed cùm aliis negotiis detineretur, omnia Vicario permisit, vt in eodem processu *fol.* 1. *à t.*

Secunda difficultas maiorem habet dubitatem, communis enim opinio est quòd delegatus supremi Principis non possit concedere subdelegato facultatem subde-

legandi, quia daretur processus in infinitum, & sic videretur dicendum quòd sacra Congregatio delegata à S. V. non potuerit subdelegato concedere facultatem subdelegandi, Archidiaconus *in c. quamuis ante num.* 1. *de offic. delegat. in* 6. vbi Franc. *num.* 1. Abbas *in c. cùm Bertoldus num.* 25. *de sentent. & re iudic.* Ioan. Andr. Alberic. Alex. & alij, quos allegat additio ad Abbatem, *loco prædicto in littera B.* Aretin. *consil.* 13. *n.* 19. licèt Fulgos. *in l. more, n.* 14. *ff. de iurisdictione omn. iud.* & Iason. *in l. à iudice, n.* 9. *vers. sed contrarium, C. de iudic.* teneat contrarium, quorum rationes non spernit additio prædicta. Veruntamen etiam non recedendo à communi opinione, illa non obstat in casu isto, in quo sacra Congregatio non commisit totaliter vices suas dicto Vicario, sed tantummodò examen testium, vt illud sibi transmitteretur; & sic potuit concedere facultatem subdelegato subdelegandi, quia in hoc casu non abdicauerit à se omnem iurisdictionem: ipsa enim Congregatio videtur committere delegato subdelegationem, dando speciale mandatum committendi, ita declarat Abbas *in dicto capite*, 1 *cùm*

 Bertol

Bertoldus, num. 25. de sent. & re iudic. atque ita cessat ratio contraria, quòd scilicet daretur processus in infinitum, cùm stante retentione iurisdictionis ipsa sacra Congregatio videatur subdelegare.

Tertia difficultas etiam tollitur, ex quo dictus D. Cardinalis & Vicarius fuerant subdelegati in solidum; quare cùm Cardinalis totum negotium Vicario permiserit, vt dictum est, solus ad subdelegationem potuit procedere. Neque dicendum est Vicarium processisse vigore permissionis sibi factæ per D. Cardinalem, qui cùm esset subdelegatus, nō potuit ipse socium, scilicet Vicarium subdelegare, Abb. *in conf. 61. num. 5. vers. secundo dicta sententia lib. 1.* Nam quicquid dicendū sit, an D. Cardinalis voluerit subdelegare Vicarium, satis est, quòd idem Vicarius haberet facultatem à sacra Congregatione vigore clausulæ, i. *in solidum*, vt solus procedere posset, & sic pro validitate processus dicendum est, cum processisse vigore facultatis congregationis, non autem subdelegationis Cardinalis, Bald. *in conf. 88. incipit. ex infelicitate, num. 2. vers. tu dic lib. 1.* Batt. *quæstione 5. in princ. vers. 2.* sib

&c fa

& faciunt regulæ, quòd actus in dubio debet interpretari validùs: *l. quoties. ff. de verb. oblig.* Rolan. *cons. 61. num. 25. & seqq. vers. Quintò considerandum lib. 3.* Abb. *in cons. 62. incipit in controuersia, num. 7. vers. 3. principaliter. lib. 2.* prout neque dicendum est, quòd sacra Congregatio per hæc verba alias personas per vos eligendas, scilicet per Cardinalem & Vicarium, requisierit in subdelegatione consensum vtriusque; quia cùm pronomen *vos*, stet consecutiuè ad subdelegationem factam in solidum, est intelligendum quoque illud *in solidum*, ita vt vnus solus possit subdelegare, vt elegantissimè ad proprium, Dec. *in cons. 77. num. 5.*

De testibus examinatis in ciuitate Toletana.

DE anno 1611. Frater Dominicus Camisanus Procurator constitutus in Prouinciali Coronæ Aragonum, de cuius mandato constat in processu *fol. 16.* præsentauit dictam Remissionem D. Cardinali Toletano & Vicario prædictis, qui ei consenserunt, Notariúmque & Cursorem nomi

nominarunt, recepto ab eis iuramento de fideliter exercendo, vt in eodem processu *fol.* 17. *& seqq. & fol.* 20. & præuia monitione & iuramento super articulis & interrogatoriis fuerunt examinati per Vicarium 9. testes, vt in eodem processu *à fol.* 21. *vsque ad* 34. vnde clarè apparet hos testes validè fuisse examinatos ex suprà deductis.

De testibus examinatis & compulsatis in ciuitate Burgensi.

Vicarius Toletanus vigore supradictæ facultatis subdelegauit Vicariũ Burgens. ad testes ibidem recipiendos, cui per prædictum Fratrem Dominicum Camisanum fuit præsentata subdelegatio, cui consensit, Notariúmque in cursorem præuio iuramento nominauit, vt in processu *fol.* 36. coram quo fuerunt inducti 15. testes præuia citatione, qui medio iuramento priùs sibi delato inde super articulis & interrogatoriis fuerunt examinati, vt in eodem processu *à fol.* 55. *vsque ad fol.* 72. & quidem validè, quia concurrunt omnia requisita, vt ex re ipsa patet. Insuper

instan

instante eodem Procuratore fuerunt compulsata ex originali dicta octo etiam demortuorum, vt habetur *fol.* 82. qui de anno 1606. authoritate ordinaria fuerant examinati; quorum depositiones habentur *à fol.* 85. *vsque ad fol.* 105. & eorum mors probatur ex depositionibus octo testium *à fol.* 76. *vsque ad fol.* 81. & prædicti testes ritè authoritate ordinaria fuerunt examinati. Archiepiscopus enim Valentinus ordinarius de anno 1605. delegauit inter alios Archiepiscopum Burgensem, & illius Vicarium, vt in processu *fol.* 83. qui præuio iuramento per Notarium recepit dictos testes inductos à prędicto Fratre Dominico Camisano tunc Syndico Prouinciæ Aragonum.

Et istas omnes probationes prædictus Vicarius Burgensis mandauit claudi & sigillari, & eidem Vicario Toletano remittit, *fol.* 108.

De

De testibus examinatis, & compulsatis Vallisoleti.

Dictus Vicarius Toletanus subdelegauit de eodem anno 1611. Episcopum Vallisoletanum, cui prædictus Frater Dominicus Camisanus præsentauit litteras, quibus consensit, vt in processu *fol.* 109. & præuio iuramento nominauit Notarium & Nuntium, *fol.* 128. & examinauit 9. testes ab eodem Fratre Dominico inductos, qui præuia monitione, *fol.* 130. & delatione iuramenti, *fol.* 131. *vsque ad* 137. deponunt super articulis & interrogatoriis, vt in eodem processu *à folio* 130. & delatione iuramẽti, *fol.* 131. *vsque ad* 137. deposuerũt super articulis & interrogatoriis, vt in eodem processu *à folio* 137. *vsque ad folium* 151. Et pariter instante eodem Procuratore fuerunt compulsata ex originali dicta quatuor testium auctoritate ordinaria de anno 1606. in eodem loco examinatorum, *fol.* 157. *& seq.* & mortuorum, quorum dicta dantur *à fol.* 163. *vsque ad fol.* 169. & quòd essent vita defuncti, probant testes in eodem proces-

su

sit à *fol. 153. vsque ad fol. 156.* & fuerunt ritè etiam examinati authoritate ordinaria. Ordinarius enim Valentinus delegauit inter alios Episcopum Vallisoletanum, & eius Vicarium, *fol. 159.* qui nominauit Vicarium & Cursorem, & præuio iuramento recepit dictos testes inductos à prædicto Fratre Dominico tunc Syndico, vt in processu *fol. 161.*

Et totus iste processus clausus fuit & sigillatus, ac remissus per Dominum Episcopum eidem Vicario Toletano, vt habetur *fol. 175. & fol. 176.*

De testibus examinatis, & compulsatis in ciuitate Salamant.

PRocurator prædictus de anno 1612. præsentauit litteras subdelegationis dicti Vicarij in personam Episcopi Salamantini *fol. 178. & seqq.* cui subdelegationi idem Episcopus consensit, & nominauit Notarium & Cursorem, qui surguit in forma *fol. 199. & seqq.* Et fuerunt recepti tres testes præuio iuramento super articulis & interrogatoriis *fol. 260. vsque ad fol. 280.* Compulsata etiam fuerunt ex originali ad instantiam eiusdem Procuratoris

ris dicta quatuor testium defunctorum, qui de anno 1606. auctoritate Ordinarij Valentini fuerant inducti, vt in eodem processu, *fol.* 208. & deinde examinati, vt de eorum depositionibus cõstat à *fol.* 273. *vsque ad foli.* 259. quorum obitus probant testes, à *fol.* 285. *vsque ad folium* 309. & quidem nunc authoritate ordinaria fuerunt legitimè recepti vigore subdelegationis factæ inter alios in personam Vicarij Salamantini, *fol.* 273. à t. Et ista quoque fuerunt clausa & sigillata ac remissa Vicario Toletano, vt in eodem processu *folio* 309.

De testibus examinatis, & compulsatis in oppido Madritensi.

Vicarius antedictus subdelegauit de anno 1612. Don Ioannem de Hoses, Protonotarium Apostolicum Thesaurarium & Canonicũ Carthaginensẽ cui prædictus Procurator præsentauit litteras quibus consensit, & nominauit recepto iuramento de fideliter exercendo Notarium & Cursorem, *fol.* 311. & 499. & præuia monitione fuit inductus Dominus Cardinalis

nalis Borgia; qui medio iuramento deposuit super articulis, & interrogatoriis, vt in eodem processu *fol.* 337. Fuitque etiam instante eodem Procuratore compulsata ex originali, depositio vnius testis demortui, (vt probant testes *fol.* 338.) & examinati de anno 1606. authoritate ordinarij Valentini, qui subdelegauerat inter alios Vicarium Generalem *fol.* 340. *à t.* qui nominato Notario & Cursore cum iuramento de fideliter exercendo, recepit medio iuramento dictum testem inductum à prędicto Fratre Dominico Camisano tunc Syndico, *fol.* 343.

Et iste quoque processus fuit clausus & sigillatus, ac remissus Vicario Toletano prædicto, *fol.* 346. *&* 347.

De testibus examinatis, & compulsatis in oppido Complutensi.

DE eodem anno 1612. prædictus Vicarius Toletanus aliam subdelegationem fecit in personam Ludouici de Montesino Canonici Ecclesiæ sancti Iusti & Pastoris, quam præsentauit idem Procurator, & dictus iudex præuio iuramen-

to nominauit Notarium & Cursorem, *fol.* 348. *&* 349. *&* 373. *&* 374. & præuia monitione & iuramento fuerunt examinati super articulis & interrogatoriis, quatuor testes *à folio* 376. *vsque ad folium* 381. & fuerunt etiam compulsati quatuor testes, *fol.* 382. *à t.* de anno 1606. authoritate ordinaria præuio iuramento examinati, qui tunc fuerunt ritè recepti, vigore subdelegationis factæ ab ordinario Valentino in personam Vicarij dicti oppidi, *fol.* 388. *à t.* & modò obierant, vt probant testes *à fol.* 376. *vsque ad fol.* 381. & eorum depositiones habetur *à fol.* 385. *vsque ad fol.* 389. Et pariter iste processus clausus & sigillatus fuit, ac remissus Vicario Toletano, *folio* 392. *&* 393.

De testibus receptis, & compulsatis in oppido Villanouæ, de los Infantes.

PRo oppido Villanouę de los Infantes, Vicarius Toletanus prædictus de eodem anno 1612. instante eodem Patre Camisano Procuratore, subdelegauit Vicarium eiusdem oppidi, qui consentit iurisdi

risdictioni nominauit Notarium & Curso-
rem, recepto iuramento, *fol.* 399. *&* 420.
& constituit locum & diem examinis, *fol.*
420. & præuia monitione & iuramento
de veritate, dicenda fuerunt recepti 14.
testes, qui deposuerunt super articulis &
interrogatoriis, vt *à fol.* 425. *usque ad fol.*
422. & fuerunt insuper præsentatæ præ-
dicto Procuratore informationem origi-
nalem, *fol.* 421. *à t.* compulsati 35. testes
defuncti, vt probant alij testes *à fol.* 442.
usque ad fol. 453. qui authoritate ordina-
ria de anno 1602. fuerunt recepti, & qui-
dem legitimè; cum Archiepiscopus Va-
lentinus nominauit Vicarium perpetuum
Campi de Montiel, *fol.* 454. *à t.* qui no-
minauit Notarium & Cursorem, recepto
ab eis iuramento; depositiones autem di-
ctorum testium cum iuramento habentur
in eodem processu *à fol.* 460. *usque ad fo-
lium* 662.

Et istæ quoque probationes clausæ, &
sigillatæ fuerunt remissæ Vicario Toleta-
no; vt in eodem processu *fol.* 674. *&* 675.

Et denique prædicta omnia in vnum re-
dacta processum, collatione facta reperta
sunt cum suis originalibus concordare; ac

Zz 2 dein

deinde sigillata, & præuio decreto Vicarij Toletani portitori consignata, & prædictæ sacræ Congregationi remissa fuerunt, vt à *fol.* 675. *vsque ad fol.* 684. cum litteris legalitatis, *folio* 684. & litteris missiuis Congregationis, *eodem fol. à t.* vnde ex suprà deductis de validitate quoque huius processus Castellæ dubitari minimè potest.

Et ex his omnibus vidit Sanctitas Vestra, eximia hæc, & nunquam satis celebrata laudum præconiis Venerabilis viri miracula; audiit egregias eius virtutes toto Orbe notissimas hoc libello sub breui quasi compendio descriptas, cognouit sanctum Archiepiscopum viua fide ac spe magna præditum nihil intentatum pro consequendo cœlestis delitiis reliquisse, ardentissima in Deum & proximum charitate flagrasse; Collegia & Hospitalia commoditati studentium & pauperum annuo constituto redditu à fundamentis crexisse, summa prudentia prauos populi sibi subditi mores, & vitæ Clericos laxioris emendasse, quæ ad Ecclesias, pauperes, & loca pia spectabant, fideliter etiam in modico distribuisse, red-

ditus

ditus Ecclesiasticos, non in consanguineos, sed in egenos erogasse, Virgines dote carentes honesto collocasse matrimonio, pro defensione libertatis Ecclesiasticæ acriter decertasse, tenui victu humilique contentum supellectili, cæteráque quæ sibi supererant, miserabilibus personis & Ecclesiis liberali manu donasse; quapropter Deum optimum maximum in Sanctis suis laudare necesse est, maximè cùm ad Archiepiscopi Valentini preces paralytici curentur, plurimi morborum perculsi vulneribus pristinam corporis firmitatem consequantur. Podagra per sexennium laborantes non longo temporis spatio liberentur. Diui Pauli sudaria, vel renicinctia eorum, qui tetigerant languores expulerunt. CHRISTVS IESVS increpata Iudæorum perfidia, vt habetur *Matthei nono*, Paralytico, qui iacebat in lecto ad ostendendam suam in terra potestatem, iniunxit, vt surgeret, domúmque contenderet. Petrus, vt narratur *Actorum nono*, Æneæ paralysi laborantis, quasi æneam corporis partem in nomine
 Iesu,

Iesu, antiquæ libertati restituit. Venerabilis autē Thomas, per quem Deus suam Omnipotentiam in partibus Hispaniæ nostris temporibus palàm fecit; Paralyticum, Petri sequutus vestigia, curauit: vlterius mirabili modo deprehensos in libertatem vindicauit, claudis incessum reddidit, cæcis visum, mortuos in vitam reuocauit, præcedebat supplicantium preces, tanquàm valetudinis nuncię, has tamen illicò, vel breui tēporis interuallo, absoluta numeris omnibus gratia comitabatur, exultabant gaudio, qui morbum omnem, tristésque morbi curas expulerant, per ora tamen gentiū viri sanctitas celebrabatur, confluebat tum ex proximis, tum ex remotis partibus ad monumentum populus, ipsáque quotidie Valentina ciuitas, vbi venerabilis Thomæ adseruantur reliquiæ, quàsi sedibus exuta suis, virum miraculis celebrem, laudatura properabat, non tamen excidebat ex animo, quod Dominus IESVS ad cœlos vnde descenderat ascensurus, Apostolis, plebique credentium, *Marci vltimo* promulgarat. Quapropter hoc esse donum signúmque credentium necesse est, vt in quibus fides effulget,

fulget, in eis vitæ sanctitas miraculis comprobata, & Dei in populorum pastores, custodésque mandatorum dilectio, & virtus eluceat.

Ob quæ conclusimus causam in eo statu reperiri, vt possit Sanctitas Vestra quandocunque placuerit, ad solemnem canonizationem prædicti Fratris Thomæ à Villanoua, Ordinis Eremitarum sancti Augustini, Archiepiscopi Valentini, cognomenti Eleemosynarij, deuenire.

Beatificationis B. Thomæ à Villanoua cognomento Eleemosynarij, Ordinis Eremitarum sancti Augustini, Archiepiscopi Valentini.

PAVLVS PAPA V.

AD perpetuam rei memoriam. In Sede principis Apostolorum, nullis licèt nostris suffragantibus meritis, à Domino constituti; piis fidelium votis, quibus virtutum Dominus in seruis suis honorificatur, libenter annuimus, eáque fauoribus prosequimur opportunis. Sanè

pro parte dilectorũ filiorum Prioris generalis, & aliorum Superiorum, necnon Fratrum Ordinis Eremitarum sancti Augustini Nobis nuper expositum fuit, quòd bõ. mem. THOMAS A VILLANOVA eiusdem Ordinis dum vixit professor, ac Archiepiscopus Valentinus multis, & eximiis virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuit; Quapropter non solũ vniuersus Ordo prefatus sed etiã charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarũ Rex Catholicus, ac Venerabilis Frater Isidorus Archiepiscopus Valentinus; necnon dilecti filij Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Valentin. ac deputati, electi, & Sindici Regni, & Ciuitatis Valentiæ Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt donec Canonizationis honorem, quem d. THOMÆ A VILLANOVA, ob eius excellẽtiã merita aliquando diuina adspirante gratia, habitum iri sperant, ab Apost. Sede impetrent, idem THOMAS A VILLANOVA BEATVS vocari, & de eodem Officium, & Missa, vt infrà recitari possit, Quare Nos re prius per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Card. sacris ritibus Præpositos, quibus eam examinandam mandauimus, maturè discussa,

de eorundem Cardinalium consilio huiusmodi supplicationibus inclinati, vt ipse bo. me. THOMAS à Villanoua in posterum BEATVS nuncupari, atq; singulis annis die xviij Septemb. in toto Regno Valentiæ à Religiosis eiusdē Ordinis S. Augustini tam fratribus, quàm monialibus, & in Ciuitate Valentin. vbi eius corpus requiescere asseritur, & dioc. Valentin. cuius per vndecim annos Archiepiscopus fuit, vt prefertur, ab omnibus vtriusque sexus regularibus personis, ac etiam presbyteris, & clericis secularibus de eo tanquam de Beato iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani de cōmuni Confessoris Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectiuè, liberè, & licitè valeat Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Non obstantib. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrariis quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorē sub annulo Piscatoris die 7. Octob. 1618. Pont. Nostri Anno decimoquarto.

Scipio Card. S. Susannæ.

Extensio nouissima solemnizationis Festi cum officio, & Missa B. Thomæ à Villanoua, cognomento Eleemosynarij, Ordinis Eremitarum sancti Augustini, Archiepiscopi Valentini, pro vniuerso Ordine prædicto vtriusque sexus vbique terrarum.

GREGORIVS PAPA XV.

AD perpetuam rei memoriam. Aliàs à fel. rec. Paulo Papa V. prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet, PAVLVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam. In supremo Apostolatus solio meritis licet insufficientibus diuina dispositione constituti ad ea per quę seruorum Christi honor, & veneratio in terris promoueatur, iuxta creditum Nobis desuper Apostolicæ seruituti officium libẽter intendimus, & pijs Christi fidelium pręsertim Catholicorum Regum id exoptañ. votis libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis

tunis, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Aliàs siquidem nomine dilectorũ filiorum Prioris generalis, & aliorũ Superiorũ, necnon fratrũ Ordinis Eremitarum S. Augustini Nobis exposito, quòd bo: mem. THOMAS à Villanoua, eiusdem Ordinis dum vixit professor, ac Archiepiscopus Valentiñ. multis & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illustratus fuerat, & propterea non solùm vniuersus ordo prædictus, sed etiam Charissimus in Christo filius noster PHILIPPVS Hispaniarũ Rex Catholicus, ac Venerabilis Frater Isidorus Archiepiscopus Valentiñ. necnon dilecti filij Capitulum & Canonici Ecclesiæ Valentinæ, ac Deputati Electi, & Syndici Regni & Ciuitatis Valentiæ Nobis humiliter supplicari fecerant, vt donec Canonizationis honor dicto THOMÆ à Villanouâ, ab Apostolica Sede haberetur idem THOMAS à Villanoua BEATVS vocari, & de eodẽ Officium & Missa, vt infrà recitari posset. Nos re prius per Venerabiles Fratres nostros S. R. E Cardinales sacris ritibus præpositos, quibus eam examinandam mandaueramus maturè discussa

de

de eorumdem Cardinalium consilio, huiusmodi supplicationibus inclinati, vt ipse bo. mem. THOMAS à Villanoua in posterum BEATVS nuncupari, atque singulis annis die xviij. Septembris in toto Regno Valentiæ à Religiosis eiusdem Ordinis sancti Augustini, tam fratribus, quàm monialibus, & in dicta Ciuitate Valentiñ. vbi eius corpus requiescere asserebatur, & Diœcesi Valentiñ. cuius per vndecim annos Archiepiscopus fuit, vt præfertur ab omnibus vtriusque sexus regularibus personis, ac etiam Presbyteris & Clericis sæcularibus de eo tanquam de Beato iuxta rubricas Breuiarij, & Missalis Romani de communi Confessoris Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respectiuè posset, Apostolica auctoritate perpetuo concessimus, & indulsimus, prout in aliis nostris in simili forma Breuis desuper expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, pleniùs continetur. Cùm autem sicut pro parte Prioris Generalis, ac Superiorum & Fratrum prædictorum denuò Nobis nuper expositum fuit, tam dictus Philippus Rex, quàm Ordo prædi-

ctus

ctus, necnon dicti Deputati, Electi, & Syndici concessionem & indultum prædicta ad vniuersum Ordinem sancti Augustini huiusmodi, ác etiam ad oppidum Villanouæ de los Infantes nuncupat. Toletan. Diœcesis, vnde dictus THOMAS oriundus esse asseritur, per Nos auctoritate Apostolica extendi summopere desiderent. Nos supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc iterum porrectis inclinati, de eorumdem Fratrum consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus ab omnibus vtriusque sexus eiusdem Ordinis sancti Augustini Religiosis in Hispania, nempe in Regnis Castellæ, Aragoniæ, & Cathaloniæ commorantibus, necnon in oppido de Villanoua de los Infantes prædicto, vbi dictus THOMAS natus, & educatus esse asseritur, ab omnibus etiam vtriusque sexus regularibus, ac etiam Presbyteris, & Clericis sæcularibus Officium & Missa de eodẽ THOMA à Villanoua, seruata aliàs in omnibus, & per omnia litterarũ prædictarum forma & tenore recitari, & celebrari respectiue, liberè & licitè possit, & valeat auctoritate prædicta tenore præsentiũ cõcedimus & indulgemus.

Non

Non obstãtibus omnibus illis, quæ in eisdem literis nostris voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die xxiiij. Septembris, M. DC. XIX. Pontificatus nostri anno decimo quinto. Cùm autem sicut pro parte cla. me. dicti Philippi Regis, tunc in humanis agentis, ac Prioris Generalis, necnon Superiorum, & Fratrum, ac Deputatorum, Electorum, & Syndicorum prædictorum Nobis nuper fuit expositum, ipsi pro eo quem erga dictum Beatum Thomam gerunt respectiuè deuotionis affectu plurimùm cupiant concessiones & indulta prædicta ad omnes vtriusque sexus Religiosos eiusdem Ordinis vbique terrarum existentes per nos, vt infrà extendi, Nos piis eorum votis in præmissis annuere, illósque amplioribus fauoribus, & gra-

tiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen: harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de eorumdem Cardinalium consilio. Quod ab omnibus vtriusque sexus Religiosis eiusdem Ordinis vbiq; terrarum existentibus, Officium, & Missa de eodem Beato Thoma à Villanoua seruata aliàs in omnibus, & per omnia litterarum prædictarum forma & tenore recitari, & celebrari respectiuè, liberè, similiter, & licitè possit & valeat eadem auctoritate Apostolica tenore præsentium etiam concedimus, & indulgemus. Non obstantibus omnibus illis, quæ dictus Paulus prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus similiter, quòd præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici

publici subscriptis, & sigilli alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xiiij. Maij 1621. Pontificatus Nostri anno primo.

S. Card. S. Susannæ.

Relatio facta in Consistorio secreto coram S. D. N. GREGORIO PAPA XV. à Francisco Maria, Episcopo Portuensi S. R. E. Cardinale à Monte, die Januarij, 1621. Super vita, sanctitate, actis Canonizationis, & miraculis B. ISIDORI AGRICOLAE de Matrito.

RELATVRVS, Beatissime Pater, coram hoc sacro Senatu, iussu Sanctitatis vestræ, quo statu sit causa Canonizationis Beati Isidori Agricolæ de Matrito, quam ab hac sancta Sede Piissimus iuxta, ac Potentissimus Hispaniarum Rex obnixè postulat; eam omnem in tres partes distri-

 buam.

bnam. Primò loco dicam, cur suscepta sit, & quæ ad hanc vsque diem in ea Apostolica auctoritate gesta sunt. Secundò, quæ fuerit vitæ sanctitas, excellentia virtutum quibus B. Isidorus inclaruit. Tertio, illustriora quædam miracula, quæ Deus per illum operatus est, vt his consideratis, Sanctitas Vestra quid in re tanti ponderis deinceps agendum sit prudenter, & legitimè constituere possit.

Floruit Isidorus Matriti, quod nunc Regum Hispanorum sedes est, circa annum Domini centesimum, & quinquagesimum supra millesimū. Inde ad hæc vsque tempora nomen eius, tanquam hominis vitæ sanctitate, & miraculum gloria illustris, vno omnium Hispanorum ore celebratum est, post annum verò millesimum ducentesimum decimum, occasione, quam dicā; Isidoro eiusmodi honores habiti sunt, cuiusmodi in Ecclesia catholica solis Beatis, & Sanctis tribuuntur Ille Sācti nominè passim vocatus est, in eius honorem oblata munera, dicata festa, processiones, & supplicationes decretæ, celebratæ missæ, dicti hymni, recitata officia, habitæ conciones, erectæ cappellæ institutæ confra-

ternitates, concessæ indulgentiæ, imagines cum diademate pictæ, & cũ aliis imaginibus Sanctorum circumportatæ, sepulchrum donariis pretiosis, & luminariis ornatum; & demum in publicis necessitatibus eius imploratum subsidium, tanquam hominis verè beati, & sancti.

Fama vitæ innocenter actæ, & miraculorum frequentia, cum eximia ista veneratione coniunctæ, Philippo Tertio Hispaniarum Regi, cui pietate, & religione nihil vnquam fuit antiquius, de legitima B. Viri Canonizatione spẽ iniecerunt. Quare misso Romã processu, auctoritate ordinaria formato, de vita, & miraculis Isidori, Paulum V. fel. record. enixè rogauit, vt eum canonico ritu inter Sanctos referret. Paulus precibus benignè auditis, iniunxit tribus antiquioribus Auditoribus Rotæ, vt coniunctim procedendo, acta omnia, & probationes reciperent, & tandem referrent, quid ipsi sentirent. Fuerunt hi ab initio Franciscus Penia tunc Rotæ Decanus, Horatius Lancellottus, & Alphonsus Manzanedo. Verùm post Penia defuncto, & Lancellotto ad Cardinalatum assumpto, in eorum locum Franciscus tunc Ar-

chiepiscopus Damascenus, nunc Cardinalis Sacratus, & Ioannes Baptista Coccinus Decanus, subrogati sunt.

Auditores re pro dignitate considerata censuerunt vltra processum auctoritate ordinaria formatum, alterum Apostolica auctoritate formari debere. Et Pontifice iubente dederunt litteras compulsoriales, & remissoriales, cum articulis & interrogatoriis pro parte Fiscalis, ad bonæ mem. Reuerendissimum Bernardum de Rojas, & Sandoual S.R.E. Cardinalem Archiepiscopum Toletanum, ad D. Franciscum de Sosa Episcopum Canarien. & ad D. Ioannem de Hores Thesaurarium, & Canonicum Cathedralis Ecclesiæ Carthaginens.

Hi iuribus compulsatis, & examinatis testibus, absoluto iuridico processu, eum de mense Iulij anni 1613. Romam miserunt ad Auditores; quibus Paulus in mandatis dedit, vt ad vlteriora in causa procederent, quid ipsis videretur ad Sanctitatem suam mox relaturi. Illi causa seriò & frequenter discussa, tam processus, quàm probationes legitimas censuerunt. Retuleruntque Sanctitatem, & miracula Beati Viri

Viri copiosè iustificata fuisse, eúmque tutò posse inter Sanctos referri. Sed Paulus mense Martio 1618 eorum relationem misit ad sacram Rituum Congregationem, nósque de tota hac causa iterum cognoscere iussit.

Nos autem, Beatissime Pater frequenter congregati, quo par erat studio, ac diligentia, Auditorum assertiones, & assertionum pondera examinauimus. Tandémque in eorum sententiam omnes vnanimes iuimus.

Fide verò probationum, & legalitate processuum constituta, dico iam, quid ex eis constiterit nobis de origine, vitæ ratione, & sanctitate morum huius B. Viri.

Natus est Isidorus in oppido Matriti Toletanæ Diœcesis, ex parentibus humilibus quidem, sed catholicis, & piis. Ab eis in timore Dei egregiè enutritus, vsque ab ineunte ætate Pietatem, Charitatem, Patientiam, Humilitatem, Abstinentiam, Virtutésque cæteras virili quadam grauitate colere cœpit. Adultior factus, sibi & familiæ, labore, & industria victũ quæsiturus, cæteris artibus neglectis, Agriculturæ se dedit, quòd humilior, laboriosior,

 & tu

& tutior aliis omnibus videretur. Hanc toto vitæ suæ tempore ita exercuit, vt nulla vnquam die eius causa vllum minimum Pietatis & Religionis officium prætermitteret, ex iis, quæ semel susceperat. Nunquam ad aratrum accessit, nisi visitatis Ecclesiis, Missa audita, precibúsque ad Deum & Beatam Virginem ex imo pectore fusis. Quas gratissimas fuisse sibi frequẽter quidem declarauit Deus, sed maximè, occasione, quam dico. Ciuem quendam Isidorus delegerat sibi, cui laboraret: apud quem à vicinis accusatus est, quòd exercitiis spiritualibus occupatus, quotidie iusto seriùs opera capesseret. Homo vehementer iratus, ad agrum iter arripit, Isidorum de fraudata opera seuerè castigaturus. Sed eò vbi venit, agrum suum triplici iugo boüm arari vidit, quorum duo regebant iuuenes duo albis vestiti, tertium seruus Dei medius inter illos: qui hero appropinquãte euanuerunt. Atque ita demum intellexit, quod ei sæpe dixerat Isidorus, non perire sibi tempus, quo Domino suo vir deuotus seruiret. Rursus, cùm in Ecclesia Beatæ Magdalenæ orationi vacaret, nunciatum ei est à nonnullis, eius

asinam esse iam in faucibus lupi, neque euadere posse, nisi subueniret. Quibus vir bonus imperturbatus respondit; Ite in pace filij, fiat voluntas Domini. Cæterùm, oratione finita, egressus ab Ecclesia, asinam incolumem reperit, & lupum apud eam in terra mortuum, Deo pro gratissimis precibus vicariam operam illi rependente.

Proximos, egenos præsertim, dilexit semper sicut semetipsum: & pauper ipse, ac inops aliquid detrahebat quotidie vsibus suis, vt quotidie haberet, vnde pauperibus, & egentioribus subueniret. Deus verò eius charitate adeò oblectabatur, vt aliquandò vocare maluerit ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, quàm vt seruo suo deesset, quod largiretur. Semel enim, postquam parata omnia pauperibus distribuerat, alius quidam mendicus superuenit eleemosynam petens. Isidorus tristis, quòd pauper ieiunus abiturus esset, vxorem videre iussit, num aliquid superfuisset in olla. Ea negante, iterum rogauit, vt scrutaretur: quæ dum marito obtemperat, vas, quod vacuum reliquerat, mirabiliter pulmento plenum reperit: quo

pauper abundè obsonatus est.

Neque intra fines humanæ naturæ obtinebat se charitas Isidori, sed porrigebatur etiam ad ratione carētia. Summa hyeme, dum niuibus, & glacie omnia rigerent, ferebat triticum ad molendinum; quando visis columbis, quæ arboribus insidebant, misericordia motus, quòd niue escam prohibente, non haberent quo vescerentur, niue terram detersit, ibique tantum tritici sparsit, quantum columbis satis esse putauit. Factum displicuit socio Isidori, & ideò illum acriter corripuit: sed non displicuit Deo, qui virtute sua triticum, quod superfuerat, adeò auxit, vt postquam ad molendinum venere, nihil è sacco extractum videretur.

Iniuriis maior, inoffensum, quamuis offensus, erga proximum semper animum gessit. Quare nihil commotus in eos, qui defraudata pietatis causa, hero debita opera, illum insimulauerant, iudicio & arbitrio ipsorum paratū se ad satisfaciendum hero, pacatè, & amicè respondit.

Vix explicari potest, quanta fuerit fiducia eius in Deum, quæ in altissima fide fundata, efficiebat, vt de Diuina benigni-

tate nihil vnquam difficile licet, & arduum, non speraret. Suppeditat quidē vita B. Viri innumera huius virtutis exempla: sed ex eis vnum tantùm, vel alterum seligemus. Festo quodam raptus dulcedine orationis, cui in Ecclesia se dederat, ad socios, qui pium de more conuiuium agebant, non descendit, nisi eo finito; neque solus, sed pauperum grege stipatus, qui eum tanquam patrem sequebantur. Prandentibus nihil penitus superfuerat, præter vnam eius portionem, quam ministri societatis seorsim seruauerant. Quare vbi socij eum viderunt, turbati, & tristes, quòd eam multitudinem famelicorum secum adduxisset, dixerūt ei quidnam superesset, & quid esset hoc inter tantos, sed seruus Dei, qui iactabat cogitatum suum non in vrnam, sed in Deum, eos bono animo esse iussit, asserens, quicquid in nomine Domini eis datum fuisset, id inter omnis distributum iri. Quo audito, ministri accesserunt ad vas, in quo portionem solam Isidori reliquerant, illudq; pulmēto redundare viderunt tanta cum affluentia, vt non modò præsentium fames largè, & copiosè depelli potuerit, sed absentium

etiam esuriei pars aliqua reseruari.

Castitatem coniugalem perpetuò coluit. Ieiunia Ecclesiastica, quamuis laboribus fractus nunquam violauit. Morti proximus, præeunte pœnitentia, & humili confessione peccatorum, Sacramentum Eucharistiæ summa cum deuotione suscepit. Et postquam domesticos ad pietatem, & charitatem, quanta potuit efficacia cohortatus est, vitæ sanctitate, & miraculis clarus obdormiuit in Domino, anno ab eius Natiuitate millesimo centesimo septuagesimo. Hæc fuit vita, Beatissime Pater, hi mores Isidori. Venio nunc ad miracula.

Media æstate, quando arescunt omnia, herus Isidori venit ad agrum, quem seruus Dei arabat: & sitibundus quæsiuit, quonam loco inuenire posset aquam, qua sitim leuaret. Isidorus manu locum signauit: sed herus eò profectus, aquam non inuenit: quare ad eum reuersus, grauiter conqueri cœpit, quasi delusus fuisset. Isidorus, eamus, inquit. Et cùm ille perrexit ad vicinum montem, in quo nullum aquæ vestigium apparebat, sed vndequaque sicca, & arida omnia, & stimulo, quem

gesta

geſtabat, percuſſa terra, repentè è loco percuſſo fons viuus manauit. Durat verò mirabilis ille fons ad hanc vſque diem, fluxitque perpetuò, nullis vnquam cœli ardoribus exſiccatus. Immò ad eius aquæ potum ægri vndique confluunt, innumeris allecti miraculis, quæ ad interceſſionem Beati Iſidori aſſiduè per aquas illas operatur Deus.

Non deſunt alia miracula, quæ viuens fecit. Sed ego ea prætereo; tum quòd ſatis multa ſunt, quæ dixi, dum referrem vitæ ſanctitatem; tum quòd æquum non puto prolixiori narratione rei minus neceſſariæ Sanctitatem V. fatigare. Ad illa itaque tranſeo, quæ mortem Beati Viri ſequuta ſunt, & ſunt certiora teſtimonia ſanctitatis.

Poſt obitum Serui Dei, corpus eius in Cœmeterio Eccleſiæ ſancti Andreæ humi ſepultum fuit, vbi totis quadraginta annis iacuit expoſitum omnibus iniuriis cœli, & pluuiarum præſertim, quæ per ſcrobem quaſi in cloacam in ſepulturam eius confluebant. Quadrageſimo autem anno elapſo amico quodam primùm, ſed fruſtra, dein matrona quadam pia in viſu

moni

monita, vt corpus suum à populo, è cœmeterio in Ecclesiam translatum honestè tumularetur, solemnis eius translatio facta est. Effossum repererunt integrum, & incorruptum, inuolutum velaminibus integris itidem, & incorruptis, odore quodam suauissimo flagrans, omnibus aromatum odoribus longe dissimili. Honorifice träslatum noua, & decenti sepultura condiderunt, ex qua de anno 1613. qui fuit quadringentesimus quinquagesimus primus ab eius excessu, mandato Delegatorum extractum, eadem integritate, & flagrantia repertum fuit.

Translationem sacri Corporis Deus innumeris miraculis cumulauit. Multi enim cæci, surdi, claudi, alijque alijs ægritudinibus laborantes, adhibito puluere sepulturæ, statim conualuerunt, & campanæ ac cymbala omnium Ecclesiarum Matriti, quandiù processio translationis durauit, tamdiù nemine pulsante, sonarunt.

Catharina de Villa sancte continuis febribus, & ventris profluuio laborans, adeò grauiter periclitabatur, vt medici de eius salute penitus desperarent. Sed inuocato Isido

Iſidoro, & aqua fontis eius epota, ſtatim reddita eſt ſanitati.

Catharina Fernandez, lethali vlcere in crure contracto, extremis cruciabatur doloribus aliiſque medicamentis fruſtra tentatis, ſola ſectione cruris vitam tueri poſſe videbatur. Admotis tamen vlceri coralliis quibuſdam, quibus tactum fuerat corpus B. Viri, & eius interceſſione implorata, ſtatim abſcedit dolor, & ſpatio tridui, nullo alio adhibito medicamento, penitus conualeſcit.

Quadam die in Eccleſia ſancti Andreæ oſtendebatur corpus B. Viri, à cuius interceſſione pluuia ſperabatur. Aderàtque inter cæteros cæcus quidam nomine Benedictus, qui repente è media multitudine proſiluit, videre ſe clamans, & benedicens Deum, qui meritis B. Iſidori viſum ei reddidiſſet.

Alphonſus Gallo febri peſtilentiali, & ſtupore mentis correptus deſperata à medicis ſalute, ſola inuocatione Iſidori, & aquæ potu, quã piè à matre deceptus fontis eius eſſe credebat, momento ſanatur.

Theſaurarius Confraternitatis, quæ Matriti in honorem Beati Iſidori erecta eſt,

est, solemni quodam die, cum edulijs, & vino, quæ viginti pauperibus vix sufficere poterant, Isidoro inuocato, tercentos fermè pauperes explet, & multa colligit, quæ saturis supersunt.

Hilarius Cimbrōn post vomitum, & dyssenteriam trium mensium febri mali moris correptus, de corporis salute penitus desperat: sed dum recepto sacramento extremæ Vnctionis, viam vniuersæ carnis ingressurus putatur, solo poculo aquæ fontis Isidori ad integram sanitatem reuocatur.

Balthassara Ortiz prægnans, tres eius filij, & vna ancilla oppressi ingenti muri ruina, omnes grauiter, & enormiter læsi sunt; sed Beato Isidoro commendati omnes etiam ad vnum liberati fuere. Et ad miraculi cumulum Balthassara post sex menses peperit filium viuum, qui habebat tres rimas, vulnerum instar, in capite, & singularum hiatus digiti magnitudine.

Puer, Didacus nomine, herniosus à natiuitate, post vota Deo in honorem Isidori à matre nuncupata, & reddita, absque alio medicamento sanatus est.

Visi

Visitauerant animæ duodeuinginti heremitorum B. Isidori, vectæ curru, quem duæ mulæ trahebant. Dum verò discederent, currus tanto impetu ferri cœpit deorsum, vt nulla ratione retineri potuerit; donec impegit in rupem, quæ imminet flumini; & inde spectantibus horrendam speciem præcepitij præbet; ibi vna ex mulabus in terram collapsa, altera in aëre supra flumen pendula currus soli præcipio hærens, pueri & feminæ eiulantes, viri de suo, & totius familiæ extremò periculo soliciti, miserabilem aspectum omnibus exhibebant. Sed Isidorus imploratus adfuit, fecitque vt currus saxis illis præruptis hæreret, donec omnes incolumes desilirent; & funibus præcisis mula in præcipitium deiecta, cætera seruarentur.

Morbus in Hispania dictus Garotillo, cũ tribus carbunculis Hadriani adolescentuli guttur inuaserat; & interclusa nedum cibo, & potui, sed etiam spiritui via, ad extremum vitę discrimen eum redegerat, quando ipse Isidori memor, conuersus ad eius imaginem, vitam, & salutem exorauit: nec frustra. Nam somno repentè sopitus certior redditus est Isidoro, quòd

ex ea ægritudine conualesceret, statimq; melius habere cœpit; & paulo post integram sanitatem recuperauit.

Puer quatuor annorum, Alphonsus nomine, febri continua & dyssenteria laborans, calore destitutus, & moribundus, Isidoro à patre commendatur; & eodem momento, vtroque morbo depulso, sanatur.

Augustinus della Fuēte, Aduocatus Matriti, acuto morbo in extremæ vitæ periculo constitutus, omni humana ope desperata, ad Isidori aquam, & suffragia conuersus, precibus absolutis, & poculo exhausto, fit sanus.

Miracula ista, Beatissime Pater, omnia sufficienter, & legitimè in actis probata sunt; & sunt apertissima testimonia Dei omnipotentis, qui ad fidem faciendam de Isidoris serui sui sanctitate, quasi testis specialiter inuocatus, rogatus accessit.

HABET iam Sanctitas Vestra de processibus, de vita, & miraculis Isidoris ea omnia, quæ per tres assiduos annos in sacra Rituum Congregatione discussa sunt; & quibus inducti sumus ad censendum, posse Sanctitatem Vestram si ei placuerit,

canonico; & legitimo ritu hunc ſeruum Dei inter Sanctos referre.

Hoc vt fieret, pro ingenita ſibi pietate, & in Beatum Virum deuotione, diu vehementérque expetiuit, optauit, precatus eſt Philippus Tertius Hiſpaniarum Rex verè Catholicus. Póſtquam verò ille à terreſtri Regno ad cœleſte tranſlatus eſt, Philippus Quartus eius filius, pietatis non minus quàm Maieſtatis paternæ hæres, hoc ipſum non deſiderat tantùm, ſed poſcit & flagitat: neque ſolus ipſe, ſed cum eo Rectores, & Vniuerſitas Matriti, immò Hiſpania tota, ad ſacros pedes Sanctitatis Veſtræ humiliter prouoluta.

Canonizatio S. Caroli tt: Praxedis Presbyteri Cardinalis, Archiepiscopi Mediolanensis, eiusq; relatio in numerum SS. Confessorum, cum suæ festiuitatis institutione pro die 4. Nouembris.

PAVLVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

VNigenitus æterni Patris filius, Christus Dominus, & Redemptor noster, qui se quotidie vnà cum Patre operari professus est, cum pater meus, inquit, vsque modò operatur, & ego operor, nunquam destitit mirabiliter illuminare terrã suam à montibus æternis, sed variis locis, variisque temporibus suscitando æternæ gloriæ candidatos, Sanctos suos, Ecclesiam sanctam illustrare mirabilem in modum consueuit, non solùm vt addat in dies magis domui suæ gloriam, & decorem, sed etiam vt irradiando humanę vitæ tenebras splendoribus Sanctorum, tarditatem nostram

ſtram vrgeat, fratrum noſtrorum exemplo, quaſi præſenti teſtimonio oculorum.

§. 2. Hic idem Dominus, qui facit mirabilia magna ſolus, magnificauit nouiſſimè facere nobiſcum, ac miro diſpenſationis ſuæ opere ſtatuit ſuper Apoſtolicæ petræ arcem, grande luminare, eligens ſibi è gremio Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Carolum, Sacerdotem fidelem, ſeruum bonum, formam gregis, formam Paſtorum. Qui videlicet multiplici fulgore ſanctorum operum vniuerſam decorando Eccleſiam, Sacerdotibus & Populo præluceret quaſi Abel in innocentia, quaſi Enoch in munditia, quaſi Iacob in laborum tolerantia, quaſi Moyſes in manſuetudine, quaſi Elias in ardenti zelo, quique imitandam exhiberet inter affluentes delicias, Hieronymi corporis caſtigationem, Martini in ſublimioribus gradibus humilitatem, Gregorij paſtoralem ſollicitudinem, libertatem Ambroſij, Paulini charitatem, ac demum videndum, ac perſpiciendum oſtenderet oculis noſtris, manibus noſtris contrectandum, hominem, mundo maximè blandiente, crucifixum mundo viuentem ſpiritu, terrena calcan-

tem, cœlestia iugiter negotiantem; & sicut officio in Angelum substitutum; ita etiam mente & opere vitam Angelorum in terris æmulantem.

§. 3. Quamobrem merito repletum est gaudio os nostrum & lingua nostra exultatione, in insigni die solemnitatis nostræ, quando nullis meritis nostris, sed inscrutabili sapientiæ suæ arcano, hanc diem mundo dilucere his temporibus ante secula præordinauit Altissimus, in qua per ministerium humilitatis nostræ Carolo S. R. E. cui auctore Domino præsidemus Cardinali, sacris decernendis honoribus, vnicæ sponsæ suæ noua inponeretur corona, ornata omni lapide pretioso. Ex hoc enim confundentur omnes qui adorant sculptilia impiarum adinuentionum suarum & gloriantur in simulacris errorum, confitebuntur autem populi sancti Domino, & exaltabitur nomen eius solius.

§. 4. Et quoniam solemnis declaratio Sanctitatis Christi famuli, ex inueterato Ecclesiæ Romanæ ritu, & ex præscripto sacrorum Canonum celebrata, perpetuis futuris temporibus, nostris Apostolicis litteris est de more consignanda, hæc duximus

mus ex eius vita, & miraculis, totiusque causæ actis summatim referenda.

§. 5. Nascitur dilectus Dei Carolus in primaria Mediolanẽsi familia Borromęa, ex parentibus Giberto Comite, & Margarita Medicea, anno salutis MDXXXVIII. cuius futuræ eximiæ sanctitatis splendorẽ pręmonstrauit Dominus magno & insolito lumine, qua nocte puer nascebatur super maternũ cubiculum cõpluribus viso.

§. 6. Nec puerilis ætas eiusdem sanctitatis indiciis caruit. tempus enim quo vacare licebat, extruendis & exornandis altariolis magna cum voluptate dabat. Crescente ætate, quod bonam eius mentem excellentioribus donis Spiritus sanctus in dies magis prępararet, christianis moribus, & litteris non difficilè à pijs parentibus imbuitur. Eminebant verò in adolescente prælùdia benedictionum, quibus dignatus est eum Altissimus, munditia cordis, pax interna, innocentia & modestia; nec rebus solùm, sed etiam omnibus verbis turpibus; omnibúsque mendaciis abstinebat.

§. 7. In vtroq; iure in Papiensi vniuersitate, vbi his studiis operã dederat, ad docto-

ratus gradum promotus, à fe. re. Pio Papa Quarto, Prędecessore nostro, eius auunculo, paulo ante disponēte Domino, ad Apostolatus apicem euecto, Romam euocatur, & in Sacrum S. R. E. Cardinalium Collegium adscribitur. Deinde Mediolanensi Ecclesię preficitur, grauissimaq; vniuersalis Ecclesiæ negotia, & Sedis Apostolicæ munera illi creduntur.

§. 8. Hic verò cœpit Dominus ostendere in Carolo mirabilia sua, cum enim nondum vigesimum tertium expleuisset annum, administrabat omnia diligenter; in sapientia & iustitia, summo cum zelo honoris Dei, & studio Catholicæ Ecclesiæ vtilitatis. Quæ omnia in negotiis fidei Catholicæ, & vniuersæ Ecclesiæ, quæ in Cōcilio Tridentino tunc agitabantur, maximè enituerunt. Non vigiliis, non incōmodis aut laboribus vllis pepercit, vt ne quid retardaret sanctæ Synodi absolutionem, quam ipse sollicitè, & cum spiritus ardore, promouit semper, donec à Domino impetraret. In tam sublimi dignitatis gradu constitutus, diuitiarum, potentiæ, ætatis, aliisque non paucis, nec leuibus delinimentis circumdatus, tantum abest vt

post

post carnalia desideriâ abierit, vt superno assistente præsidio, tunc cœperit Christo magis adhærere, & spiritualia ardentiùs æmulari.

§. 9. Itaque vrbano splendore & amplitudine relictis, bonus operarius in messem quam susceperat, Mediolanum discedit, vbi partes suas in dies magis implendo, agrum illum, malitia temporum vepribus turpiter deformem, ac syluescentem, in eum restituit nitorem, vt Ecclesiam Mediolanensem pręclarum exemplar redderet Ecclesiasticæ disciplinæ. Hoc autem cùm à se præsente præstandum cerneret, nunquam à residentia discessit nisi coactus, aut concedente Sede Apostolica, vel seniore Episcopo suæ prouinciæ approbante. Principio Concilij Tridentini decreta executioni mandari sollicitè curauit, & vt Ecclesiasticam disciplinam morésque deprauatos rectè & ordine emendaret, Domini via incedendum intelligens, diuino auxilio facere incœpit, & docere.

§. 10. Nam à se, suáque familia reformationem aggressus, omnia ad Sacrorum & sanctorum Patrum exempla composuit,
 laicis

laicis familiaribus grata missione dimissis clericorum censuit vtendum ministerio, quibuscum assiduæ illi erant ad Deum preces, aliæque complures spirituales occupationes, omni vestium pōpa detracta, omníque alia re minus honesta, & religioso indecora sublata. Quantum Ecclesiæ suæ recta administratione præstiterit, satis declarant Synodi multæ Prouinciales ac Diœcesanæ, eiúsque Ecclesiæ actorum edita volumina, quæ Sacerdotum manibus teruntur, & regendi Ecclesias doctrinam abundè suppeditant. Ciuitatis ac Diœcesis suæ Ecclesias, aut ipse solus suis sumptibus, aut grandi eleemosyna præeundo, vnà cum aliis instaurauit, alias à fundamentis ædificauit, alias ornauit, pretiosa etiam nonnullas supellectili ære suo instruxit. Pueris, & adolescentibus Ciuitatis, & Diœcesis, tum Clericis, tum Laicis, necnon Heluetiis & Rhetis, moribus & litteris informandis Presbyteris sæcularibus in regimine animarum erudiendis, Seminaria & Collegia instituit, præterea regularibus clericis, sacris Virginibus regulares, sæcularibus verò tam mulieribus quàm virgini-

bus

bus ſæculares domos, Mendicantibus Hoſpitale, Canonicis Eccleſiæ Mediolanenſis Ordinariis commune domicilium, Archiepiſcopis, eorúmque hoſpitibus opportunas ædes, aliis piis operibus complures alias pias domos magnis ſumptibus, partim propriis, partim beneficiorũ eccleſiaſticorum vnione & attributione extruxit, auxit & neceſſariis reditibus ſtabiliuit.

§. 11. In prędicatione verbi Dei tam frequens erat beatus Pontifex, vt planè in omni patientia & doctrina impleret miniſterium ſuum, vigilando, laborando, labore pene incredibili, ita vt quadraginta horarum ſolemnibus precibus continuo perſiſtens in ieiunio & vigilia, ſingulis horis ad populum admirabili patientia ſermonem haberet.

§. 12. A frequenti viſitatione eccleſiarum & populorum ſuæ diœceſis ac prouinciæ, vel aliarum etiam diœceſum, cum ab Apoſtolica Sede demandabatur, nullis incõmodis aut periculis deterreri vel retardari potuit, non æſtu, non algore aut nocturnis tenebris, non præruptis & aſperis Rhetorum & Heluetiorum montium, niue & glacie rigentium; neque alijs deni-

que multis & grauibus difficultatibus. Sed vir Dei charitate, quæ foras pellit timorem & omnia sustinet, omnibus superatis, etiam cum suæ vitæ discrimine, increpando, obsecrando, prædicando & exemplo atque auctoritate personæ, hęreses, multaque alia grauissima vitia & abusus: præsertim à clero, per Christi gratiam sustulit.

§. 13. In administrando patrimonio Ecclesiæ tantum industriæ & diligentię adhibuit seruus fidelis, vt eius redditus multo majores relinqueret quam acceperat. nec minus tamen in illis dispensandis fidelis apparuit coram Domino.

§. 14. Hospitalitatem quippe exhibuit vsque adeo, vt ostium eius omnibus pateret semper, Diœcesanis, alienigenis, notis, ignotis, pręsertim verò ecclesiasticis, quos in secularibus diuersorijs manere indecorum dicere solebat suámque domum publicum hospitium vocabat.

§. 15. In eleemosynis dandis ita se gessit, vt in hoc opes præcipue abundasse merito dici possit ac dispersisse & dedisse pauperibus. Quantum enim necessariis sumptibus ex mensæ Ecclesiæ Mediolanensis,

& ex

& ex aliis propriis redditibus supererat, totum in pauperes abibat, & ne quemquam apertè rogandi, aut accipiendi pudor expertem faceret misericordiæ suæ, secretis eleemosynis fidelem præposuerat ministrum, qui eorum occultis necessitatibus subueniret. Eoque processit pauperibus subueniendi studium, vt Vritanum Principatum, reliquum patrimonij sui nec tenuis redditus distraheret, & quadraginta millium scutorum pretio, quamuis vili, inde percepto, diuersis piis locis Mediolani tantum pecuniæ paucissimis horis attribueret.

§. 16. Cum verò pestilentiam in Ciuitatem & diœcesim Dominus immisisset, & gregem sibi commissum bonus pastor miserabiliter affligi cerneret, vt egenorum calamitati tẽporalibus etiam auxiliis prospiceret, vel argentea vasa, stragulam, aliámque vestem, ostiorum vela, proprii que demum lectuli solatium dedit. Neque hîc constitit feruens Christi serui erga proximũ dilectio, sed æmulãdo charismata meliora, ad eam charitatem peruenit; qua maiorem neminem habere Dominus ipse pronunciauit. Quasi enim pa-

rum iudicaret publicis ſupplicationibus nudipedalibus, verbo & opere inducere clerum & populum ad diuinam deprecandam vindictam, & ad pœnitentiam prouocare, aliáque multa in commune consulendo ſolicitè ordinare, pro munere paſtorali, cernens id etiam animarum ſaluti, & gregis neceſſitatibus in Domino expedire, diſpoſitis rebus ſuis & ſelectis nonnullis adiutoribus, infirmos tam Ciuitatis quàm diœceſis cuiuſcunque ordinis, die noctéque viſitando, ſpiritualia & temporalia miniſtrabat, defunctos ſepeliri; infantes orphanos nutriri, ac ſua quemquam onera publicè demandata; diligenter ac fideliter adminiſtrare curabat. non pauperum valetudinaria, non humiles caſas, inuiſas dimiſit, non ad mortuorum cadauera accedere veritus eſt, vt viuentem miſerabiliter inter mortuos infantem ab vbèribus defunctæ matris eriperet, & ſic agendo boni paſtoris expleret officium, qui animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.

§. 17. Id quod facere etiam ſe paratum pro tuendis Eccleſiæ iuribus & eccleſiaſtica reſtituenda & conſeruanda auctoritate non ſemel oſtendit: quippe qui in

prom

promptu haberet vlciſci omnem inobedientiã, mitiſſimus alioquin vir & clementiſſimus, ita vt calumnias, contumelias, grauéſque perſecutiones patiẽtiſſimè ferret. Quapropter oblata aliquando indicia proditionis vitę ſuæ neglexit, & literas nec reſignatas, flammis tradidit.

§. 18. Ferè nullus, quanquam delicti reus, eius miſericordiam pœnitens implorauit, qui non fuerit conſecutus.

§. 19 Seuerus tamen arbiter erat in expendendis meritis perſonarum, cùm de eccleſiaſticis beneficiis & officiis conferendis ageretur: beneficia enim niſi magis idoneis non dabat; neque in illis diſpenſandis vllatenus à ſacrorum Canonum voluntate recedebat.

§. 20. Et vt ſanctè & iuſtè coram Deo & hominibus omnia tractaret à muneribus, etiam viliſſimis, abſtinuis.

§. 21. Tribunalia ſua, vt non ſolùm quauis labe iniquitatis, ſed etiam ſuſpicione vacarent, omni ſtudio, præſertim ſæpe illa viſitando, præſtitit.

§. 22. Nullum tempus animi relaxationi dabat, ſed opus Dei & proximi continuè agenti negotium negotio ſuccedebat;

curam

curam cura excipiebat. Non quietis tẽpus vacabat ab opere, non refectionis, bonam enim noctis partem lectione, tum scriptione, tum oratione absumebat, interdum in oratione pernoctabat, neque idcirco remissior mane in agendo erat, ita vt in actis inter cætera consignatum sit, quod cum aliquando Romæ in Catacumbis noctem, quam ieiunium præcesserat, orando insomnem egisset, mane non solùm de corporis refectione aut quiete non cogitauit, sed valdè longa peregrinatione suscepta, ad beatæ Agnetis Ecclesiam, pedibus processit, vbi Missam agendo & orando, tantum temporis posuit, vt ante vigesimam secundam horam cibum non caperet, reipsa planè ostendens, quam omnia posset in eo, qui illum confortabat.

§. 23. Has omnes & sequentes virtutes exornauit mirum in modum castitate & pudicitia, quam in florenti etiam ætate, quamquam non leuiter tentatus, illæsam fortiter defendit, ac diligentissimè semper custodiuit. Itaque feminas sine arbitris non alloquebatur, omnémque occasionem vitæ labefaciendi candorem accuratè præcauebat.

§. 24. Firmabat verò eius virtutes omnes, solidum fundamentum, præcellens viuæ fidei donum, quod & dilectionis egregia opera & doctrinæ veritas ac puritas, quam ex eius ore Ecclesia Mediolanensis, aliique non pauci Christi fideles tot annis hauserunt, comprobant satis.

§. 25. Pietas præterea insignis ac deuotio, cuius feruore incensus Christi famulus, sacra Italiæ loca orationis causa aliquando obibat, longa & difficillima itinera, alienissimo anni tempore, pedibus agendo. Qua in re, vt nullo loco à sanctis operibus cessaret, tempus rerum diuinarum contemplatione aut Psalmorum & sanctarum precum recitatione, aut sermones spirituales cum comitibus conferendo, transigebat.

§. 26. Quotidie sacrificium Deo offerebat; genibus flexis horas canonicas recitabat, & sacras scrutabatur scripturas, idque interdum dum secretò refectionem sumeret corporalem. Quam obrem meruit homo Dei in huiusmodi operibus occupatus, non mediocriter à Domino clarificari. Cùm enim ex more aliquando in priuato oratorio vespere cum familia oraret,

ret, & filius perditionis, apostata quidam ex Ordine Humiliatorum, quem alij non-nulli eiusdem Ordinis similes ministri Sathanæ pecunia in necē Caroli subornauerant, quod eorum Ordinis reformationem auctoritate Apostolica vrgeret, in eius tergum plumbeis globulis instructum sclopum, ab Oratorij porta explosisset, diuina protegente dextera, sagitæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & globorum pars sancti Pontificis orantis vestes non penetrauit, licet alij, violantia ictus, vtrinque fuerint in proximo defixi, omnibusque perculsis, ac de eius salute trepidantibus, ipse solus mēte immotus, illos in oratione progredi mandauit, & tunc ipsum Domini monitum illud: Non turbetur cor vestrum neque formidet, cantari, non sine diuina voluntate, contigerat.

§. 27. Qui igitur sui corporis saluti opus Dei tantum anteponeret, haud mirum si rerum etiam & honorum contemptu inter Christi seruos enituerit Carolus & illuxerit omnibus qui in domo sunt. Postquam enim ad Ecclesiam regendam Mediolanēsem & ad Christianam perfectionem animum appulit, vt expeditior agere

re posset quod agendum susceperat. maioris Pœnitentiarij officium, Archipresbyteratum Basilicæ Sanctæ Mariæ Maioris Vrbis, Ordinum Regularium compluriũ, Regnorum & Nationum honorificentissimas clientelas seu protectiones, opulenta munera, grandesque ecclesiasticos & patrimoniales reditus sponte sua reliquit.

§. 28. Neque his tantùm vinculis sese exoluendum censuit, vt Christum sequi liberiùs posset, sed quod longè difficilius est, quo corpus suum redigeret in seruitutem, seuerissimè castigauit: quotidiano enim non contentus ieiunio, carnium, ouorum ac piscium esu sibi interdixit; deinde ter qualibet hebdomada, post hæc tota Quadragesima pane tantùm & aqua ieiunauit. Ac demum, vt in corde ipsius disposuerat Dominus ascensiones, Quadragesimale ieiunium magna ex parte solis ficis passis, aut solis dactilis, Sanctorum veterum Eremitarum more peregit; denique postremo vitæ tempore hebdomada maiore, solis Lupinis aqua mollitis, languentem animam sustentauit.

§. 29. Vestis illi interior cilicium & crassa asperaque tunicâ; exterior, priuata,

lanea, ac vilis & attrita, publica dignitatis propria. super paleas, aut super asses, paleis pleno puluino capiti supposito, cubabat, interdum super ipsam humum, sagulo tantùm substrato. postquam enim lectum suum pauperibus pestilentia laborantibus largitus fuit, nunquam super lectum; culcita stratum dormiuit. Accedebant frequentes corporis flagellationes, aliǽque id genus complures mortificationes.

§. 30. Quibus tandem gradibus, cùm ad illam seruorum Christi perfectionem peruenisset, vt per gratiam Spiritus sancti audire à Domino posset, Serue bone & fidelis, à paucis & humanis rebus, in quibus fuerat fidelis; super multa, & æterna bona constitui meruit, & intrare in gaudium Domini sui. anno siquidem ineunte ætatis suæ XLVII. cùm prius, quasi discessui sese comparans, Varalli montis Nouariensis diœcesis, religiosas passionis Christi memorias adiisset, ibíque vniuersos annos suos recogitando, generali confessione culpas diluisset; & cum amaritudine animæ suæ quindecim dies in oratione, ieiuniis, vigiliis, aliísque corporis afflictionibus egisset, æger Mediolanum delatus,

consu

cõſumato curſu, obdormiuit in Domino.

§. 31. Eius obitum vniuerſi populi Mediolanenſis luctus conſecutus eſt, aliis Sanctum, aliis communem Patrem amiſſum quærentibus. Excellentem verò famuli ſui ſanctitatem comprobare etiam voluit Altiſſimus teſtimonio miraculorum, quorum complura, etſi ab eo viuente facta in actis recenſentur, inſigniora tamen poſt eius beatam dormitionẽ edita probantur.

§. 32. Nam quidam infans, Philippi Nauæ, & Luciniæ Mediolanenſis filius, quem ſine oculis in lucem editum fuiſſe Medici re maturè perpenſa, affirmauerant, piæ matris ad Caroli auxilium conuerſæ, precibus mirabiliter illos à Domino accepit, quippe ſorore quinque annorum Carolum infanti benedictionem dediſſe, & illum oculos aperuiſſe clamante, mater clamore aduocata puellæ, oculos infantem habere deprehendit.

§. 33. Et Sanctimonialis Monaſterij Maioris Mediolanenſis nomine Paula Iuſtina Caſata, cui dexteræ partis corporis omnem ſenſum ac motum paralyſis ademerat, cùm ad ſancti Sacerdotis Imaginem, voto prius ſuſcepto, & eleemoſyna eroga-

ta, sacra communione refecta, magno spiritus ardore & fiducia oraret, statim sensum & motum cum valetudine recuperauit, ita vt ad Oratorium se conferre, & gratias Deo agere liberè potuerit.

§. 34. Altera verò Monialis ex Capuccinis nuncupatis, eiusdem ciuitatis, cui nomen Candida de Agadis, triennio hectica febre tam acriter laborauerat, vt desperatæ salutis, ac morti proxima existimaretur, hæc voto similiter emisso, & sancti Pontificis auxilio deuotè implorato, ad Caroli vestis superimpositæ contactum statim conualuit.

§. 35. Votum similiter cùm vouisset Angela Antonia quædam Senensis annorum ferè 70. quo se Dominus per intercessionem B. Caroli, à membrorum infirmitate sanaret, cùm absque alterius auxilio incedere non valeret, antequam votum soluere finiuit, valetudinem consequi meruit.

§. 36. Ad imaginem rursus serui Christi magna cum deuotione, dum meritis eius confidens Deum orat Candida Francisca de Fortis, Monialis Monasterij sanctæ Agnetis Mediolanēsis, vt à graui morbo liberaretur, quo tertio iam mense affligebatur,

quem

quem ſpaſmum ex catarrho Medici cenſebant, indéque crus illi dexterum contractum erat, nulliſq; remediis depelli valuerat, ſuaui quadam, quaſi aura neruos, & crus dexterum perfundi & refocillari ſentit, ac finita oratione pedibus cõſiſtit, & ſanatur.

§. 37. Angela quoque Buticella Papienſis grauiſſimo articulorum morbo affecta, ex quo omnium membrorum motu, præterquam linguæ, deſtituta, languebat, ad eius imaginem pro ſanitate orante, meritis & precibus Caroli, vnà cum deuotæ fœminæ oratione morbus mirabiliter finiuit.

§. 38. Et Anna, mulier nobilis Polona, ex Marchionibus de Mitouu, cùm annos circiter nouem manuum acerbiſſimis doloribus, cum tumore, & digitorum contractione laboraſſet; omni medicinæ auxilio fruſtra tentato, ad imaginem itidem beati Caroli conuerſa, eius opem, magno cum ſpiritus ardore, implorãs, ſtatim ſanitatem recuperauit.

§. 39. Sepulchrum quoq; ſerui ſui placuit Domino multis ſignis mirificare, fideliũ preces in diuerſis eorũ neceſſitatibus exaudiẽdis. Ex quibus illud eſt eximiũ, quod cũ vir quidam nobilis Mediolanenſis nomine

Io. Iacobus Lomacius, crurum quinquennij vlceribus affligeretur, neque à medicina valetudinem consequendi spes relicta esset, acrioribus quàm soleret, doloribus aliquando correptus, ad viri Sancti sepulchrum, bacillo innixus, proficiscitur, ibique pro recuperanda valetudine feruenti spiritu orat, oratione finita, sine dolore Missam audit, deinde incolumis consurgit, ac domum reuersus, admirabili Dei beneficio crurum vlcera consolidata, sibique sanitatem redditam deprehendit.

§. 40. Præterea Margarita Monta, Mediolanensis puella, annorum sex; adeò distortis ac peruersis pedibus nata erat; vt plantæ interius conuersæ, se inuicem adspicerent, ac pedis pars exterior plantæ officio fungeretur; tamen à corporis vitio huiusmodi, quod nec industria obstetricis, neque sexennio quæsitum humanum remediũ corrigere valuerant, per beati Confessoris intercessionem liberata est: à matre enim ad sepulchrum eius ducta, ab alterius primum, deinde reducta, ac voto, etiam edito ab alterius etiam pedis huiusmodi inuersione sanata est.

§. 41. Non minoris momenti est, quod

ope

operatus est Dominus sancti Pōtificis meritis, in altera infante, nomine Ioanna de Maronis, eiusdem Ciuitatis, matre ad sepulchrum eius similiter orante: cùm enim infans neruis, quibus tibiis alligantur pedes, genibúsque resolutis, nata esset, ita vt incedere minimè posset, ac pedes in humeros, cum vellet liberè attolleret; & quartum iam ætatis annum egressa esset, fama miraculorum beati Caroli excitati parentes, ad eius sepulchrum illam, cum oblationibus, deferri curant, indéque vitio sublato, sana domum refertur.

§. 42. Aurelia de Angelis cancri morbo grauissimo, multùm inueterato, cum febre & acri dolore in sinistro crure affecta, quem Medici insanabilem humana arte iudicauerant, ad serui Dei auxilium conuersa, ac voto suscepto; eiúsque sepulchrum venerationis causa cùm se adituram vespere proposuisset, manè à febre libera, sanescere mirum in modum crus cœpisse cernit, ac triduo penitùs conualuit.

§. 43. Puer verò quinque annorum, Hieronymi Beriolæ & Agnetis ab Ecclesia filius, Melchior nomine, hernia admodum

graui & periculoſa laborabat, magno cum dolore, & vniuerſi corporis quaſi ex aqua inter cutem tumore, quamobrem Medicorum irritos conatus diu mater experta, beatum Carolum ſupplex orat, vt ex iis neceſſitatibus filium ſeq. eriperet, vel impetrando infanti à Domino ſanitatem, vel vitæ miſerandæ finem: has preces ſomnus conſequitur infantis, qui poſt paucas horas expergefactus matrem vocat, eique refert Cardinalem ſuum morbi locum manu, in qua lucidum gereret annulum, tetigiſſe, ac ſanaſſe: quo audito (mirabilis Deus) mater filiolum adſpicit, ac verè conualuiſſe comperit.

§. 44. Non longè diſſimili ratione alterum puerum Papienſem Bernardini Ticoni filium, ſupraſcripto æqualem, à mortis faucibus eripuit Dominus per merita famuli ſui retribuens pietati parentum, qui ad Sancti Dei imaginem filiolum veſpere quotidie orare, & illum inuocare docuerant: cùm enim in Ticinum, aquis tumidum delapſus fuiſſet infans, & antequam quiſquam illi opẽ ferre poſſet quaſi quarta horæ pars elapſa fuiſſet, nunquam tamen eſt demerſus, ſed tanquam leue corpus ſu-

pernatans, eousque delatus est, donec educeretur; eductus planè incolumis sese beato Carolo rubris induto vestibus, substentatum ne mergeretur narrauit, beati Caroli autem auxilium, more à parentibus accepto, inuocans, dum decideret à pluribus auditus fuerat.

§. 45. Hæc itaque & alia quàmplura signa & prodigia, quibus serui sui præclara merita cõtestatus est Dominus, cùm illã in Populis sanctitatis famã, & erga B. Pontificẽ deuotionẽ, quam vita excitauerat, auxissent, & in dies magis augerent, dederũt exordia clarificationis à Patre lumini Carolo præstitutæ. Itaque anno 1601. precibus Congregationis Oblatorũ S. Ambrosij Mediolanẽsis à Carolo institutæ, primùm à Vicario Venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Mediolanensis, duo processus de vita, alter de miraculis S. Confessoris formati sunt: exinde Clerus, & Cõcilium generale eiusdẽ ciuitatis Mediolanensis ad fel. rec. Clementem Papam VIII. prædecessorem nostrum, Oratores de Beati Caroli canonizatione miserunt: quibus auditis idem Clemens, causam Venerabilibus fratribus nostris, tunc suis S. R. E. Cardinalibus sacris

Ritibus Præfectis demandauit: de quorum consilio causa delegata tribus sacri Palatij nostri causarum Auditoribus, dilecto videlicet filio Francisco Peniæ Decano, ac dilecto etiam filio nostro Ioanni Garziæ tit. SS. Quatuor Coronatorum, presbytero Cardinali Millino nuncupato, tunc earundem causarum Auditori, ac bo. mem. Alexandro Littæ; quibus deinde bo. etiam mem. Alexander Iustus, & Bernardinus Scottus, & huic demum dilectus filius Horatius Lancellotus earumdem causarum similiter Auditores subrogati fuerunt; cum facultate nouos processus, si eis videretur conficiendi.

§. 46. Ipsi re maturè examinata, nouos processus auctoritate Apostolica faciendos censuerunt.

§. 47. Deinde eodem Clemente prædecessore viam vniuersæ carnis ingresso, ac fel. rec. Leone Papa XI. similiter prædecessore nostro, ad Apostolatum assumpto, eadem causa prædictis Auditoribus commissa, & vt ad vlteriora procederent mandatum fuit.

§. 48. Eodemque Leone, sicut Altissimo placuit, ab humanis exempto, nostraque

humi

humilitate, inscrutabili Dei iudicio, nullis suffragantibus meritis, ad Catholicæ Ecclesiæ regimen vocatū, officij nostri debitum exigere censuimus, vt sancti Cardinalis Canonizationis negotium promoueretur, quando, si Deo adspirante, vt sperabatur, successisset, magna cum Ecclesiæ suæ augmento decoris, & credētium, præsertim Sacerdotalis ordinis fructū gestum iri constabat.

§. 49. Accedebant etiam Charissimorum in Christo filiorum nostrorum Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici, Sigismundi etiam III. Poloniæ Regis, & Constantiæ Reginę Illustrium Principum, & aliorum multorum preces, quibus à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris prædictis, & à nobis id sæpius postulauerant, & postulabant.

§. 50. Quamobrem, cùm in eadem causa, absque mora progredi Auditores mandauissemus, ipsi ex nouo processu, auctoritate Apostolica per Venerabiles fratres nostros Philippum Comensem, & Claudium Placentinum Episcopos confecto, & ad se misso mandatu nostro, diu multumque negotio discusso, & accuratè examinato,

nato, nobis primùm, deinde Cardinalibus prædictis tandem retulerunt, constare de beati Caroli sanctitate vitæ, excellentia fidei, & miraculis, & omnia ad Canonizationem, à sacris Canonibus requisita, legitimè fuisse probata, ita vt si nobis videretur, ad Serui Dei Canonizationis solemnem actum procedre possemus.

§. 51. Restabat vt relationem Auditorum, & vniuersam causam de more, iidem Cardinales accuratissimè recenserent; & pro rei grauitate recognoscerent, id quod cùm rectè fideliterque præstitissent, idémque omnes censuissent, ac deinde Venerabilis frater noster Dominicus Episcopus Ostiensis & Veliternus, S.R.E. Cardinalis Pinellus nuncupatus, eorum antiquior, suâ Collegarúmque sententiam, cum totius summa processus retulisset in Consistorio nostro secreto, reliqui Cardinales qui aderant in eandem sententiam concesserunt.

§. 52. Quapropter sequenti publico Cõsistorio, in quo pro Canonizatione disertè dixit dilectus Filius Iulius Roma, Aulę nostræ Consistorialis Aduocatus, ac nomine prædicti Philippi Regis nobis humiliter supplicauit, Nos de tanti momenti nego-

tio,

tio, vt par erat, deliberaturos cum iisdem Cardinalibus & Episcopis in Curia præsentibus respõdimus, & Cardinales, & Episcopos, qui tunc aderant, hortati sumus, vt eleemosynis, ieiuniis, & orationibus Spiritus sancti auxilium deuotè implorarent.

§. 53. Cùm verò in semipublico Consistorio, quod ex more deinde habuimus, vocatis non solùm Cardinalibus, sed etiã Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis prædictis, ac præsentibus nostris, ac Sedis Apostolicæ Notariis, ac sacri Palatij nostri Apostolici causarum Auditoribus, nos de vita & miraculis beati Caroli quæ oportebat proposuissemus, omnes beatum Carolum canonizandum esse apertis suffragiis censuerunt.

§. 54. Quorum vnanimi consensu audito, aperuimus os nostrum in benedictionibus, & gratias egimus diuinæ clementiæ, quòd tantam gratiam tribuisset puero suo, ac per eum honorificare vellet ministerium nostrum, & canonizationis declarauimus diem, adhortantes omnes, vt iunctis nobiscum precibus, eleemosynis, ieiuniis, & sacrificiis Spiritus sancti gratiam, infirmitati nostræ in eam rem procurarent.

§. 55.

§. 55. Denique cùm nihil restaret eorum quæ ex sanctorum Patrum auctoritate, sacrorũ Canonum Decretis, ac S. R. E. antiqua consuetudine agenda, & obseruanda sunt, hodie in Sacrosancta beati Petri Principis Apostolorum Basilica, in qua solenni ritu, cum iisdem Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis prædictis Romanæ Curiæ Prælatis, Officialibus, ac familiaribus nostris, Clero sæculari & regulari, ac maxima populi frequentia, mane conuenimus, post repetitas pro Canonizationis decreto petitiones nomine eiusdem Philippi Regis, à dilecto filio nostro Ferdinando S. Eusebij presbytero Cardinale, per Iulium Aduocatum prædictum, post sacros Hymnos, Litanias, aliásque preces, post Spiritus sancti gratiam ritè imploratam, ad honorem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ac fidei Catholicæ exaltationem, & Religionis Christianæ augmentum, auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum,

rum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Vrbe præſentium, conſilio & vnanimi conſenſu, bonæ memoriæ Carolum Borromæum, dum vixit tituli S. Praxedis presbyterum Cardinalem, & Archiepiſcopum Mediolanenſem, de cuius ſanctitate vitæ, fidei ſinceritate, & miraculis plenè conſtabat, & conſtat, Sanctum eſſe definiuimus, ac ſanctorum Confeſſorum Pontificum Catalogo adſcribendum decreuimus, prout præſentium tenore definimus, decernimus, & adſcribimus, illúmque omnes fideles venerari mandauimus, & mandamus.

§. 56. Statuentes, vt ab vniuerſali Eccleſia in eius honorem Eccleſiæ & Altaria, in quibus ſacrificia Deo offerantur, ædificari, & conſecrari poſſint, & ſingulis annis die 4. Nouembris Feſtum ipſius, & officium ſancti Confeſſoris Pontificis ad Breuiarij Romani præſcriptum, deuotè celebretur.

§. 57. Eadémque auctoritate omnibus Chriſti fidelibus verè pœnitẽtibus & confeſſis, qui annis ſingulis eodem die Feſto, ad ſepulchrum in quo corpus eius requieſcit, deuotè acceſſerint viſitandum, vnum

annum

annum, & vnam quadragenam, ijs verò qui in eiusdem Festi octaua, quadraginta dies de iniunctis, seu quomodolibet debitis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxauimus, ac relaxamus in forma Ecclesiæ consueta.

§. 58. Postremò Deum Patrem æternum, Regemque gloriæ Christum, Patris sempiterni Filium, ac sanctum Paraclitum Spiritum, vnum Deum, vnum Dominum, laudibus & confessionibus venerati, sacroque Hymno decantato, solemni Oratione Confessorum Pontificum per beati Caroli merita ritè sumus precati, atque ad Altare sancti Petri Apostoli Missam egimus, cum eiusdem sancti Pontificis commemoratione, omnibusque Christi fidelibus tunc præsentibus Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concessimus.

§. 59. Aequum est igitur dare nos gloriam, & honorem, & benedictionem viuenti in sæcula sæculorum, qui benedixit conseruum nostrum in omni benedictione spirituali, vt esset sanctus & immaculatus coram ipso. & cùm illum dederit nobis Dominus tanquam fulgentem stellam in

haç

hac nocte peccatorum, tribulationum nostrarum, adeamus ad diuinam clementiam, ore & opere supplicantes, vt Carolus Ecclesiæ, quam vehementer dilexit, prosit etiam meritis & exemplo, adsit patrocinio, & in tempore iracundiæ fiat reconciliatio, per Christum Dominum nostrum.

§. 60. Cæterùm, quia difficile foret præsentes nostras litteras ad singula loca, vbi opus esset deferri, volumus vt earũ exemplis etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ.

§. 61. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum decreti, definitionis, adscriptionis, mandati, statuti, concessionis, elargitionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno

Incarnationis Dominicæ 1610. Calend. Nouembris, Pontificatus Noſtri anno ſexto.

Ego Paulus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego A. Maria Epiſcopus Præneſtin. Card. Gallus.

Ego Antonius Epiſcopus Albanen. Card. Saulius.

Ego Euangeliſta tt. S. Laurentij in Lucina presb. Card. Cuſentinus.

Ego Fr. Gregorius tt. S. Mariæ Tranſtyberim presb. Card. de Montelparo.

Ego Franciſcus Maria tt. S. Mariæ in Aracœli presbyt. Card. à Monte.

Ego Flaminius tt. S. Marię de Pace presb. Cardin. Plattus.

Ego Federicus tt. S. Mariæ Angelorum presb. Card. Borromæus.

Ego Petrus tt. S. Io. & Pauli presb. Card. Aldobrandinus S. R. E. Camerarius.

Ego Octauius tit. S. Sabinæ presbyter Cardinalis Bandinus.

Ego L. tt. S. Laurentij in Pane, & Perna presb. Card. Blanchettus.

Ego

Ego Bartholomeus tt. S. Mariæ in Porticu presb. Card. Cæsius.

Ego Franciscus tt. S. Mariæ de Populo presbyt. Card. Mantica.

Ego B. tt. S. Priscæ presb. Card. Beuilaqua.

Ego Dominicus tt. S. Petri in Monte Aureo presbiter Card. Tuscus.

Ego Robertus tt. S. Mariæ in Via presbyt. Cardinalis Bellarminus.

Ego Dominicus SS. Apostolorum Card. Gymnasius.

Ego Antonius tt. S. Crucis in Hierusalem presb. Card. Zapata.

Ego Carolus tt. S. Clementis presbyter Cardinalis de Comitibus.

Ego Iac. tt. S. Stephani in Monte Cœlio Cardinalis Sancsius.

Ego Erminius tt. S. Mariæ Transpontinæ presb. Card. de Valentibus.

Ego Ferdinandus tt. S. Eusebij presb. Card.

Ego Scipio tt. Chrysogoni presb. Card. Burchesius, Maior Pœnitentiarius.

Ego Io. Garsia tt. SS. Quatuor Coronatorum presb. Card. Millinus.

Ego M. Cardinalis Lantes tt. SS. Quirici, & Iulitæ.

F. Cardinalis de la Roch Foucault tt. S. Calixti.

Ego Michaël Angelus Tontus Cardin. Nazarenus tt. S. Bartholomei.

Ego Fabritius Cardinalis Verallus tt. S. Augustini.

Ego Ioan. Baptista tit. S. Sixti Card. Lenius.

Ego A. S. Laurentij in Damaso Diaconus Card. Montaltus S. R. E. Vicecancell.

Ego Odoardus S. Eustachij diac. Card. Farnesius.

Ego A. S. Angeli in Foro Piscium diac. Card. Perettus.

Ego Io. Baptista S. Mariæ in Cosmedin. diaconus Card. Detus.

Ego A. Sanctæ Agathæ diaconus Card. Capponius.

S. D. N.

S. D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. Bulla siue litteræ decretales Canonizationis S. Ignatij Loiolæ Societatis IESV *Fundatoris.*

VRBANVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

RATIONI congruit, & conuenit æquitati, vt ea, quæ de Romani Pontificis prouidentia processerunt, licèt eius superueniente obitu litteræ Apostolicæ desuper confectæ non fuerint, suum debitum consequantur effectum, Dudum siquidem fœlicis recordationis Gregorius Papa XV. prædecessor noster, piè attendens, quòd ineffabilis Dei bonitas, & misericordia, quæ miro consilio suis quæque temporibus aptè disponit, & præteritis sæculis, siue ad disseminandum Euangelium intergentes, siue contra subnascentes hæresiarchas, destinauit plures sanctitate, ac doctrina illustres viros; nouissimis tem-

poribus, cùm pij Lusitanorum Reges in longinquas Indiarum terras, ac remotissimas Insulas latè patentem vineæ Domini propagandæ aditum aperuissent; nec minorem Catholici Castellæ Reges nouum in Orbem ad Occidentem repertum patefacerent; veterem autem Religionem, omnemque illius sanctitatem, ac perfectioris vitæ professionem Lutherus, monstrum teterrimum, aliæque detestabiles pestes blasphemis eorum linguis in Septentrionis partibus corrũpere, & deprauare, ac Sedis Apostolicæ auctoritati detrahere conarentur; excitauit spiritum IGNATII Loiolæ, qui ex medio honorum cursu, & à sæculari, & terrena militia admirabili quadam ratione vocatus, ita se diuino imperio regendum, & formandum tradidit, vt demũ noua Societatis IESV, quæ inter alia pietatis, charitatis opera Gentilibus conuertendis, hæreticis ad fidei veritatem reuocandis, & Romani Pontificis potestati tuendæ ex instituto se totam impendit, religione fundata, vitam admirabili sanctitate traductam sanctissimo pariter concluserit exitu, ac plurimis sit miraculis illustratus; eiusdem Ignatij catalogo Sanctorum adscriptio

ptioni, de qua dudum agebatur, decreuit intendere. Quippe increbeſcente in dies in diuerſis mundi partibus ipſius Ignatij ſanctitatis fama, & miraculorum gloria, cùm claræ memoriæ Philippus Secundus, & Philippus Tertius, Hiſpaniarum Reges Catholici, & Maria ſimilis memoriæ, Maximiliani Secundi Romanorum Regis Illuſtris, in Imperatorem electi, & Margarita dicti Philippi Tertij Regis coniuges, necnon plures Eccleſiarum Præſules, & populi vnà cum dilectis filiis Præpoſito, & aliis dictæ Societatis Religioſis, apud piæ mem. Clementem PP. VIII. etiam prædeceſſorem noſtrum, oblatis illi proceſſibus, per diuerſos locorum Ordinarios, etiam auctoritate tunc exiſtentis Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncij, ſuper prædictis ſanctitate, & miraculis fabricatis pro litterarum remiſſorialium, & compulſorialium, ad faciendos pro canonizatione progreſſus, conceſſione inſtitiſſent, ipſeq; Clemens prædeceſſor oblatos proceſſus, & petitionem ad dilectos filios noſtros, tunc ſuos, S.R.E. Cardinales ſuper Sacris Ritibus deputatos, diſcutiendos commiſiſſet, dictique

Cardinales petitioni prædictæ satisfaciendum esse censuissent, si ita eidem Clementi prædecessori placuisset; & dictus Clemens prædecessor morte præuentus nihil desuper constituere potuisset: similis record. Paulus PP. V. similiter prædecessor noster, repetitis per dictos Principes, ac Præpositum, & Religiosos, ac nouis per claræ etiã memoriæ Henricum Quartum Francorum, & Nauarræ Regem Christianissimum, porrectis instantijs permotus, prædicto Gregorio prædecessori, tunc in minoribus constituto & officio Auditoris causarum Palatij Apostolici fugenti, ac dilectis filijs Alphonso Manzanedo, & Ioanni Baptistæ Pamphilio, etiam causarum earundem Auditoribus, dedit in mandatis, vt causam huiusmodi in statũ, & terminis, quibus reperiebatur, reassumentes, coniunctimq; procedentes, acta omnia & probationes perpenderent; & si opus esset, alios testes super vita, & miraculis eiusdem Ignatij per se, & alios ab eis subdelegandos, de nouo in genere reciperent, super his suum ipsorum interponerent iudicium: vt si ex ijs constaret, inquisitiones, probationes, ac processus huiusmodi

di

di esse legitimè factos, causamque sufficienter esse instructã, ea posset ipse Paulus prædecessor exequi, quæ Sanctorum dogmata, & sacrorũm Canonum postulant instituta. Vnde dicti Auditores visis, & diligenter discussis processibus coram eis exhibitis, censuerunt cum illis debere coniungi processus auctoritate Apostolica cõficiendos: & ad hunc effectum per se ipsos in Romana Curia, & per nonnullos Archiepiscopos, & Episcopos extra eam, in diuersis mundi partibus ab eis subdelegatos, iuridicos processus super præmissis confici curarunt. Quibus, iussu eiusdem Pauli prædecessoris, ad eosdem Cardinales super sacris Ritibus, vt præfertur, deputatos transmissis, & per eos visis, & perpensis; idem Paulus prædecessor, ex sententia eorundem Cardinalium, quòd dictus Ignatius Beatus nuncupari, & de eo Missa, & Officium de communi Confessoris non Pontificis celebrari posset, benignè concessit, & indulsit. Et deinde cùm preces eorum, qui prò canonizatione eiusdem Beati Ignatij institerant, fierent in dies auctiores; volens idem Paulus prædecessor in huiusmodi causa se-

cundum consuetudinem S. Sedis Apostolicæ procedere, eisdem Auditoribus per speciale rescriptum mandauit, vt processus factos etiam de nouo perpenderent, & alios testes super veritate præmissorum in specie diligentissimè examinarent, & ipsi Paulo prædecessori referrent. Quod quidem mandatum Auditores prædicti exequi, prout par erat, volentes causam similiter de nouo excutere cœperunt: & alios quamplures testes super eisdem pręmissis per seipsos receperunt in dicta Curia; & per alios ab eis subdelegatos extra eam examinari curarunt: ac nonnulla iura ad causam facientia ex Archiuio dictæ Societatis extraxerunt: & Alphonsus, ac Ioannes Baptista Auditores prædicti, necnon dilectus filius noster Franciscus, eiusdem S. R. E. Cardinalis Sacratus nuncupatus, tunc, tanquam Archiepiscopus Damascenus, vnus ex Auditoribus causarum dicti Palatij locum tenens, & in locum dicti Gregorij prædecessoris, qui iam ad Ecclesiam Bononiensem assumptus fuerat, subrogatus, in pluribus Congregationibus inter eos habitis, de nouo fabricatos,& alios processus pręd ctos etiam

per

perpenderunt: illósque legitimè confe-ctos, ac probationes in eis contentas ritè, & rectè peractas, ac sanctitatem, & miracula satis, supérque probata fuisse prædicto Paulo prædecessori retulerunt. Cúmque, ipso Paulo prædecessore viam vniuersæ carnis ingresso, dictus Præpositus eiusdem Societatis humiliter apud Gregorium prædecessorem prædictum institisset, vt ad vlteriora in Canonizatione eiusdem Beati Ignatij procedere dignaretur; idem Gregorius prædecessor illius petitionem benignè audiens, relationem, vt præfertur, factam ad eosdem Cardinales, super prædictis sacris Ritibus deputatos, recognoscendã etiam remisit. Cumq; pendente dictæ relationis discussione, superuenissent charissimi in Christo filij nostri Ludouici Francorum, & Nauarræ Regis Christianissimi primùm; mox verò nobilis viri Maximiliani vtriusque Bauariæ Ducis, & successiué etiam charissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Romanorum Regis, in Imperatorem electi, preces accessissent, dictiq; Cardinales relationem prædictam cõprobassent; Venerabilis frater noster Frãciscus Maria Episcopus Portuens.

tyenſ. eiuſdem S. R. E. Cardinalis à Monte nuncupatus, rei ſumman, ſuamque, & aliorum, vt prçfertur, deputatorum Cardinalium ſententiam in noſtro, tunc eiuſdem Gregorij prædeceſſoris, conſiſtorio ſecreto expoſuit: & alij, qui in illo conſiſtorio aderant Cardinales, dilecti filij noſtri, in eandem ſententiam deuenerunt, poſſe videlicet dictum Gregorium predeceſſorem, iuxta ſacros dictæ S.R.E. ritus, dictum Beatum Ignatium inter Sanctos referre. Quare idem Gregorius prædeceſſor ad vlteriora procedi mandauit. Voluerat autem ipſe Gregorius prædeceſſor nonnulla ex ijs, quç in proceſſib. & actis de vita, ſanctitate, & miraculis eiuſdem B. Ignatij cõſtabant, in eodem conſiſtorio recenſeri, videlicet. Natus eſt B. Ignatius in ea Hiſpaniarũ regione, quæ ad Pyrenæum pertinet, ad oppidum Aſpeithię Pampilonen̄ Diœceſis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo, ex Beltramo Loiola, & Maria Sanchez nobilibus catholicis, & pijs parentibus: qui ſimili pietate filium educandum curarunt. Adoleſcẽs ille factus, cũ eſſet eximia & animi & corporis indole, miſſus fuit in claræ ſimiliter memo

memoriæ Ferdinandi Regis Catholici Curiam: vbi cùm inter honorarios pueros aliquandiu mansisset; ad tunc existentem Nauarræ Proregem, in Ciuitatem Pampilonen. degentem, se contulit, & rei militari operam dare cœpit. Cúmque dicta Ciuitas ab exercitu Gallorum obsideretur; ipsi Ignatio ante alios dimicanti lapis, ex muro bombardæ vi excussus, læuam læsit tibiam; dexteram verò ita confregit, vt semiuiuus corruerit: quorum vulnerum acerbam, grauem, & diuturnam curationem ita patienter tulit, vt omnibus esset domesticis admirationi. Cùmque eidem, in lecto affixo, libros profanos, tunc sic Deo volente, non repertos, petenti, nonnulli pij libri, legendi causa, porrecti fuissent, ex eorum lectione tam ardenter fuit incensus, vt ingenti sui odio concepto; decreuerit Christi, & Sanctorum vestigia sequi; Hierosolymam proficisci; vt sacra loca veneraretur, & fideles in spiritu promoueret, ac infideles ad Euangelium duceret. Curatis ergo vulneribus, patriam, parentes, res omnes fluxas, & caducas reliquit: & Christo deinceps militaturus, ad Monasterium Beatæ Mariæ

de

de Monte Serrato Ordinis S. Benedicti Vicen. Diœc. perrexit: ibiq; generali confessione peracta, gladio, & pugione in templo eiusdem Monasterij suspensis, aspera talari tunica indutus, fune præcinctus, nudo capite, baculum in manu gestãs, totam eam noctem, cui dies festus Angelicæ salutationis illuxit, ante aram eiusdem B. Mariæ Virginis inter preces, & lachrymas vigilauit: seque penitus diuino cultui, nouum exinde militiæ genus sequuturum, addixit. Minoressam inde vicinum oppidum petiit: & ad hospitale S. Luciæ diuertit: & in eo, & quodam specu, ad præterfluentis amnis ripam sito, faciens dignos pœnitentiæ fructus, pauperem, atque asperam vitam transegit inter egentes, & sordidos homines, quibus etiam humillimis inseruiebat obsequiis. Post aliquod verò tempus Almam Vrbem nostram, & successiuè Venetias, ac postmodùm Hierosolymam contendit: & perlustratis sacris locis, ibidem permanere, & animarum saluti incumbere vetitus, rediit ad partes Hispaniarum. Et quò melius posset in spiritu proximis vtilitatem afferre, triginta iam natus annos, Grammaticæ primò in Ciuitate

uitate Barchinonen. & deinde Compluti Philosophiæ & Theologię per annum cum dimidio operam dedit: ac demum Parisiis omnia illa studia repetiit, ex eleemosynis victitans, & officia charitatis, humilitatis, & pœnitentiæ non intermittens: sociis eiusdē propositi, inter quos fuit Franciscus Xauerius, vir sanctus, & Indiarum Apostolus, collectis: & voto cum eis nuncupato, vt consummatis studiis inceptis, Euangelica contenti paupertate, Hierosolymam omnes adirent; vnanimi, ac summo conatu saluti proximorum inseruituri: quòd si per annum nauigādi se non offerret occasio, vel Hierosolymis permanere prohiberentur; illo voto absoluti Romam irent, & suam ipsorum operam Summo Pontifici in auxilium spirituale proximi offerrent. Verum cùm ex studiorum laboribus & vigiliis, grauem stomachi morbum Parisiis contraxisset; iussu medicorum, & ex sociorum consilio, in patriam rediit, anno ejusdem Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto: ibique per tres menses in hospitali sanctæ Mariæ Magdalenę, ostiatim victum emendicans; & pauperibus inseruiens, tempus

sedulò

sedulò traduxit. Quo transacto, cum conualuisset, Venetias, quò socij ex composito venire debebant, etiam ipse profectus, in ea Ciuitate ad Sacerdotium promoueri voluit: & paupertatis, castitatisque in manibus Hieronymi Veralli Archiepiscopi Rossanen. in ea tunc Sedis Apostolicæ Nuncij, votum emisit. Et elapso anno inter eos condicto, & nauigatione in Palęstinam, propter pacem inter Turchas, & Venetos per id tempus sublatã, interclusa: Romam cum socijs venit, anno milesimo quingentesimo trigesimo septimo: vbi à quondam Quirino Garzonio Romano ciue, in quadam ipsius Garzonij vinea sub Monte Pincio receptus hospitio constitutam operam piæ similiter memoriæ Paulo Tertio, pariter prædecessori nostro, ad animarum salutem obtulit paratissimam. Quam causam quò vberius, cumulatius tractare posset, dictam Societatem à se institutam, ad tria, cum alijs Religionibus communia vota, quarto adiuncto, per quod peculiarem polliceretur Romano Pontifici obedientiam in missionibus, non petito viatico, etiam ad Infideles, Turchas, Hæreticos, Schismaticos, & quoscunque alios obeundis, à prædicto

dicto Paulo Tertio prædecessore confirmandam curauit: eamque postmodum optimis etiam constitutionibus,& legibus stabiliuit:& in Præpositum generalem electus summa cum prudentia, & probitatis laude moderatus est. Ac post multos labores, IESVM appellans, in eadem Vrbe piè obdormiuit in Domino pridie Kalen. Augusti anni eiusdem Domini milesimi quingentesimi quinquagesimi sexti. Vir verè, quem prǽlegerat Dominus, vt eorum Dux foret,qui portarent eius sanctissimum nomen coram gentibus,& populis:& infideles ad veræ fidei cognitionem inducerent, ac rebeles hæreticos ad illius vnitatem reuocarent,suique in terris Vicarij auctoritatem defenderent. Ornauit enim illum Dominus magnitudine,& excellentia Fidei,& maxima Spe communiuit,vt satis, superque eius testantur actiones. Assiduum autem obsequium, quod pauperibus, & ægrotis exhibuit in hospitalibus; & eleemosynarum distributio,quas à pijs personis suo ipsius studio corrogabat; maxima etiã cura, & studium quod iam inde à principio suæ conuersionis in eo posuit, vt rudes, & pueri doctrinam Christianam per-

discerent;& detentorum in carcere visitatio,ac subleuatio, quam instituit, & exercuit accuratè;necnon per vniuersum terrarum orbem missiones, quas fecit; & Domus, Ecclesiæ, & Collegia,quæ erexit; & in dicta Vrbe, præter scholas Grãmaticæ, & humaniorum litterarum, quas gratis aperuit, Collegium Germanicum, ac Orphanorum, & Catechumenorum domus, & S.Marthæ,ac S.Catharinæ Monasteria, aliáque loca pia, quæ excitari curauit; & diffidentium reconciliatio, salubria consilia data; & spiritualia exercitia ab eo cõposita; Sacramentorum frequentationes procuratæ; iniuriarum denique remissio, & pro inimicis oratio,quàm ardenter amaret proximum propter Deum, planè demonstrant. Deum autem ipsum quantopere diligeret, patet ex illa summa cura, & diligentia, qua studuit propter Deum proximo in spiritualibus, & temporalibus semper benefacere:& ex maxima vigilantia, qua curauit cor suum mundum custodire. A sua enim conuersione nullum in eo deprehensum est dictum, factúmve, quod censeri posset esse peccatum mortale: omnes suas cogitationes, verba, &
opera

opera in Deum tanquam in finem referebat, & ad Deum, & Dei gloriam, & honorem destinabat. Atque hæc verba, videlicet, ad maiorem Dei gloriam, vti symbolum in ore semper habebat. Prudentia quoque fuit in eo admirabilis. In negotiis enim ad Dei honorem peragendis prius quidem omnia Deo commendabat: deinde solerti habita consultatione, & rationibus ad examen vocatis, congruentia ad optatum finem adhibebat præsidia, & eo pacto contingentia mala facilè declinabat. Eius erga Deum, & homines iustitiam, aspera vita, & voluntariæ pœnitentiæ, quibus offenso iam Deo satisfacere se putabat, spiritus deuotio, & Religio, qua Deo reddidit debitum cultum, & honorem. Gratitudo quoque quam erga suos, & Societatis benefactores continuò ostendit, & pura Veritas, quæ ex eius ore sine vlla fallacia, fuco, fictione aut obscuritate procedebat, cum cordis puritate, & simplicitate, satis commendant. Animi præclara magnitudo ex pœnitentiis, obsequio erga ægrotos, ex operibus charitatis, à quibus propter labores & difficultates, irrisiones, iniurias, & contumelias non re-

cessit; sed in illis constanter vsque ad optatum finem perseuerauit; Patientia verò admirabilis, & Mansuetudo ex multis, & ingentibus laboribus, ex opprobriis, confusionibus, & persecutionibus, libenter, & alacriter pro Dei amore perpessis, ex gratiarum actione in maledicentes relata, & beneficiis in iniuriantes collatis apparent. Ieiunium ipse adeò coluit, vt eo tempore, quo fuit Minoressæ, & Barchinonæ, per totam ieiunans hebdomadam, exceptis diebus Dominicis, solo pane vesceretur, & aquam biberet: & propter continuatas orationes, & abstinentias semel, & iterum debilis, ac ferè sine viribus est inuentus. Castitatis fuit adeò diligens custos in se, & in aliis, vt in Constitutionibus Societatis voluerit illam suis esse tam perfectè seruandã, vt eniti debeant corporis, mentisque munditia, Angelicam puritatẽ imitari. Profundæ etiam Humilitatis non obscura dedit indicia, dum se ad nouæ vitæ genus accingens, noluit suum audire germanum, sibi familiæ nobilitatem, opes, & in militia strenuitatem, ac futuram inde gloriam repræsentantem: sed statim atque ex morbo, & vulnere conualuit,

sæcu

ſæculo nuntium remiſit. Idem etiam denotatur, quia in patriam valetudinis cauſa rediens, cùm ſe à quodam iam cognitum eſſe animaduertiſſet, timens honorem, quem & germanum, & incolas Aſpeithiæ ſibi exhibituros eſſe intelligebat, noluit cum eo, à quo cognitus fuerat, via recta Aſpeithiam proficiſci; ſed per montes, & ſemitas obliquas ſolus illuc acceſſit: & nobile palatium cum vilitate humilis hoſpitalis libentiſſimè commutauit: nulliſque precibus adduci potuit, vt domum paternam ingrederetur. Denique non ſolùm vanam mundi gloriam, ſed ſe etiam ipſum egregia magnanimitate contempſit: renunciatus enim Præpoſitus Generalis Societatis, tamdiu id muneris ſubire recuſauit, quoad eius Confeſſarius ei, vt demandatum reciperet officium, impetrauit. Et poſt receptum munus, vt eos, quos in Conſtitutionibus ad humilitatem hortatur verbo, firmaret exemplo; primum quidem in coquinæ miniſteriis aliquot verſatus eſt dies: tum docere aggreſſus eſt pueros, & rudes doctrinam Chriſtianam. Excellen-

tem verò famuli sui sanctitatem comprobari voluit etiam Altissimus supernaturali splendore vultus, quem dum viueret aliquando viderunt B. Philippus Nerius, & quondam Oliuerius Manareus Flander, eiusdem Societatis religiosus; ac testimonio miraculorum: quorum plura etsi ab eo viuente facta in processibus recensentur, insigniora tamen post eius fœlicem dormitionem edita probantur. Isabella enim Rebelles Monialis Ordinem S. Claræ in Monasterio S. Elisabethæ Barchinonensi eiusdem Ordinis expresse professa, annos nata sexaginta septem, dum aliquid operis alto in loco molitur, repentè tam graui casu ad terram est collapsa, vt coxendicis, seu femoris os, quod maximum est in humano corpore, totum fuerit contractum: & per quadraginta dies, & vltra adhibitis per Medicum, & Chirurgum, euentu planè irrito, medicamentis; ac dolore, & febri, quæ ex confractione superuenerant, non cessantibus, ægrota apud omnes erat citra vllam salutis opem, quæ saltem naturalibus parari posset remediis, vt eadem die meritura crederetur: petita tamen pia cum

religio

religione, & impetrata reliquia B. Ignatij, & super coxendicem applicata, statim sana est reddita: & coxendicem ac tibiam prius tumentem, atque immobilem expeditè, ac sine dolore mouere cœpit: & die proxima surrexit, ac liberè, & perfectè ambulauit. Ioannes Leida Maioricensis in valdè acutam, & periculosam febrim inciderat: augebat periculum maxima stomachi nausea: post duodecimum, vel tertiumdecimum diem aucto periculo cum Deo sese per merita B. Ignatij impensè commendasset; sequēti nocte somno excitatus magno splendore circumfusum cubiculum vidit: & vxorem inclamans, Nonne, inquit, vides me à B. Ignatio sanatum? & illucescente die sanus, & valens sine alicuius auxilio è lecto surrexit, & vestibus se induit, ac in gratiarum actionem templum Societatis expeditè adiit. Hieronymus Honuphrius Etruscus, incola Oppidi Gandiæ Valentinæ Diœces. puer decennis, cum lethale in supercilio prope tempora vulnus accepisset, propter quod totius oculi tumor, & vehemens febris accesserant; & post adhibita per mensem integrum per Chirur-

gum, ex artis præscripto, medicamenta, vulnus non solùm non solidaretur; sed adeò latum, & profundum esset, vt linamentum digitale inserendum esset; ac tanta sanies, & putredo fluerat, vt Chirurgus ipse miraretur, & crederet os aliquod intus confractum; & alterum Chirurgum etiam vocari iussisset, & ambo coram infirmo conuenissent; remotis fasciis, quibus vulnus erat opertum, & obligatum, præter omnem expectationem, meritis Beati Ignatij, cui mater pueri voto iam facto illum commendauerat, vulnus illud penitus obductum, clausum, & solidatum inuenerunt. Magdalena Talauera, in eodem Oppido Gandiæ commorans, cum per tres annos grauibus laborasset obstructionibus, quæ in hydropisim, quam confirmatam appellant, terminauerant; eiúsque ventrem adeò tumentem, & inflatum reddiderant, vt se de loco ad locum mouere non posset, nisi permolestè; videns remedia per duos Medicos adhibita sibi nihil profuisse, ad diuina confugit subsidia; & voto Deo facto, ac imagine dicti Beati ventri admota, statim melius se habuit, depulsúsque est

morbus

morbus obstructionis, & hydropisis; ita prorsus, vt intra tres, vel quatuor dies detumuerit venter, & exinde illa se benè habuerit. Ferdinandus Pretel de Mendoza, cùm in febrim incidisset tertianam, quæ mox in duplicem, deinde in pestilentem vnà cum mentis stupore, & extraordinarijs horroribus, ex humorum abundantia, & virium naturalium defectu accidentibus degenerauerat; & multis purgationibus incassum adhibitis, vis morbi adeò aucta esset, vt à Medicis destitutus in supremo iam mortis discrimine versaretur; ritè confessus, & communione instructus, ac sacro perunctus oleo, manibus tenens Imaginem Beati Ignatij, quam collo pendentem gestabat, & ex toto corde illi se commendans conualescere cœpit, & morbo est liberatus. Anna Barzelona ferè sexagenaria, cum toto biennij spatio morbo paralysis grauiter vexata immobilis esset ad omne opus laboris; & gradus ascendere, aut ex illis descendere non posset, nisi scipionibus innixa; & insuper nouus apoplexiæ in altero latere morbus accessisset; humanis remediis omnino destitutā se intelli-

gens, voto nuncupato melius se habere cœpit: & toto illo die, ac nocte insequenti inchoata valetudo ita est aucta; vt iam illucescente mane sana omnino ad Ecclesiam Collegij dictæ Societatis accurrerit expeditissimè, gratias Deo, ac Beato Ignatio redditura. Ioannæ quoque Claræ, & Noqueræ, mulieri Maioricensi, annos natæ quinquaginta sex, cæcitate laboranti videndi facultatem reddidit Beatus Ignatius. Bartholomæus Contesti Chirurgus adeò acerbis, & diuturnis capitis doloribus opprimebatur, vt præ nimio dolore sæpe ad terram allideretur: accessit in oculorum altero tam grauis inflammatio, vt alterum etiam diuexaret; ita vt ne tenuissimum quidem lucis radium perferre; aut aliquantulum quiescere posset: ob idque in tenebroso conditus cubiculo inde non egrediebatur: & eo deuentum est, vt ex intolerando dolore non dubitaret affirmare, quòd si quidam Chirurgus iam defunctus in humanis ageret, oculum sibi erui iussurus esset: religione demum eximia erga Beatum istum incensus, illius reliquiam ad se afferri iussit: & in puncto, quo fuit illa delata, benè se

habuit,

habuit, capitis, & oculorum cessauit dolor, visum recuperauit, & lucis splendorem sine vlla offensione sustinuit. Vtque intelligeretur subitam curationem diuinæ virtuti, atque intercessioni Beati Ignatij tribuendam esse; bis terve sacra Reliquia è cubiculo exportata dolor rediit: eadémque in cubiculum reducta, illicò morbus discessit: quo facto admonitus Bartholomæus, sacram reliquiam penes se retinuit: atque ita intra tres, vel quatuor dies ita perfectè sanatus est, quasi nunquam ægrotasset. Quo audito Columna Cortei, & Vich, quæ capitis dolore ita vexabatur, vt neque noctu quiesceret; & superueniente in vno oculorum tanto cruciatu, vt palpebram attollere non posset; & cæca denique remansisset; misit, qui eandem Reliquiam ad se deferret, qua allata, & super oculos, præuia inuocatione eiusdem Beati, imposita, palpebra, quæ prius per Chirurgos aperiri non poterat, confestim vltro, ac per se cœpit aperiri: cessauit dolor, lucis splendorem Columna pertulit, & intra tres dies paulatim visum omnino recuperauit, & perfectè conualuit. Ioanna quoque de Aragona

gona. & Pignatella, Ducissa Terræ nouæ, quæ quatuor iam menses vehementissimo dolore cruciabatur ex tumore, & duritie alterius mamillæ; eóque reducta erat, vt neque pedes, neque brachia mouere posset, quin sibi viscera transfigi quodammodo viderentur; ad opem eiusdem Beati confugiens; & illius Imaginem religiosè de mane venerata, & illi se commendans, Vespere eiusdem diei sana sine tumore, sine duritie, & sine vllo doloris sensu reperta est. Demum his, & quamplurimis alijs permotus idem Gregorius prædecessor, ex antiquo Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, tunc suorum, instituto, publico prius, in quo præter prædictos Cardinales, etiam Venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, ac alij Romanæ Curiæ Prælati, & dicti Gregorij prædecessoris familiares dilecti filij conuenerunt; & dilectus filius Nicolaus Zambeccarius, Aulæ Pontificiæ Consistorialis Aduocatus, dicti Beati Ignatij merita, & Principum, ac Populorum super huiusmodi Canonizatione vota retulit; & successiuè altero, quod semipu-

bli

blicum vocant, in quo prædicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicæ Notarij, & causarũ dicti Palatij Auditores dilecti filij interfuerunt; & omnes, quòd dictus Beatus Ignatius canonizandus esset, publicis suffragijs iudicarunt; conuocatis Consistorijs, toto cordis affectu exultans in Domino, eundem Beatum Ignatium, vnà cum Beatis Isidoro Agricola, & Francisco Xauerio inter Sanctos referendum duxit. Præscripto itaque Canonizationis die in festo S. Gregorij Magni nuncupati, quarto videlicet Idus Martij, Pontificatus ipsius Gregorij prædecessoris Anno secundo; iterum dictus Gregorius prædecessor est hortatus ad iteratas preces, ieiunia, & eleemosynas, vt in tanto opere exequendo, lumen eius qui lucem habitat inaccessibilem, implorarent ad ea peragenda, quibus diuinæ gloriæ honor, & Catholicæ Ecclesiæ fides augeretur. Omnibus verò iuxta Sanctorum Patrum traditiones, sacrorúmque Canonum instituta, & Romanæ Ecclesiæ consuetudinem ritè, & rectè peractis, dicto die quarto Idus Martij, idem Gregorius prædecessor ad Principis Apostolorum

ſtolorum Baſilicam cum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, & ipſius Gregorij prædeceſſoris familiaribus prædictis; necnon dilectis filijs Clero ſæculari, & regulari, ac maxima populi frequentia, conuenit: & poſt iteratas primò, ſecundò, ac tertiò pro Canonizationis decreto petitiones per dilectum filium noſtrum, tunc ſuum, Ludouicum tituli S. Mariæ Tranſpontinæ presbyterum Cardinalem Ludouiſium nuncupatum, nomine prædictorum, qui pro ea inſtiterant; poſt ſacros Hymnos, Litanias, aliaſq; preces, & poſt imploratam Spiritus Sancti gratiam, ad honorem Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, & fidei Catholicæ exaltatione, & Chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate eiuſdem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Beatotum Petri, & Pauli Apoſtolorum, decreuit, & definiuit, dictum Ignatium Loiolam prædictæ Societatis fundatorem, vnà cum Iſidoro, & Franciſco præfatis, ac Beatis Philippo, necnon Thereſia, Sanctum & Sanctorum catalogo adſcribendum, & aggregandum eſſe, prout adſcripſit, & aggregauit: ſtatuens: vt ab vniuerſis Chri

Christi fidelibus in eius honorem Ecclesiæ, & altaria, in quibus Sacrifiicia Deo offerantur, ędificētur; & quolibet anno, dicta die illius obitus pridie Kalend. Augusti, festum ipsius, & Officium, tanquam dę Confessore non Pontifice, ad formam in Rubricis Romani Breuiarij præscriptam, solenniter celebrari possint. Insuper eadem auctoritate omnibus vtriusque sexus Chisti fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, qui annis singulis ipsius festo ad sepulchrum, in quo corpus eius requiescit, visitandum accesserint, vnum annum, & quadraginta dies; ijs verò, qui in eiusdem festi octaua id fecerint, etiam quadraginta dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxauit. Et decantato solenni hymno, Te Deum laudamus, & diuina ope implorata, S. Ignatij, & aliorum Sanctorum prędictorum meritis, per peculiarē ad id orationē, quam dictus Gregorius prędecessor piè, & solēniter recitauit; Sacrosanctum Missæ sacrificium sosenni pōpa, & ritu, cum eorundem Sanctorum commemoratione, ad altare Principis Apostolorum cęlebrauit: & omnibus Christi fideli-

fidelibus tunc præſentibus plenáriam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem,ad Dei laudem,& gloriam Sanctorũ eius, impertitus fuit. Ne autẽ de decreto,definitione, adſcriptione, aggregatione,ſtatuto,relaxatione,impertitione, aliiſq; pręmiſſis, pro eo quòd ſuper illis ipſius Gregorij prædeceſſoris litteræ,eius ſuperueniẽte obitu,confectę non fuerũt,valeat quomodolibet hæſitari; Volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd decretũ, definitio, adſcriptio,aggregatio, ſtatutum,relaxatio, impertitio,aliaq; præmiſſa à dicto die quarto Idus Matrij ſuum debitum ſortiantur effectum,ac ſi ſuper illis ipſius Gregorii prædeceſſoris litteræ ſub Datum eiuſdem diei confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur:quódque preſentes noſtrę ad probandum plenè decretum, definitionem, adſcriptionem,aggregationem, ſtatutum,relaxationem,impertitionem,& alia præmiſſa vbique ſufficiant:nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Cæterum, quia difficile foret præſentes noſtras litteras ad ſingula loca, vbi opus eſſet, deferri; Volumus,vt earum exemplis, etiam impreſſis, manu publici
Nota

Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã vtriusque voluntatum nostrarum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum, Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, octauo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

✠ Ego Vrbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

†

† Ego Frãciscus Maria Episcopus Ostiensis Cardinalis à Monte.

†

†

† Ego Oct. Episcopus Prænestinus Cardinalis Bandinus,

† Ego Ioannes Baptiſta Epiſcopus Albanẽ Cardinalis Detus.

†

† Ego A. tit. S. Laurentij in Lucina preſbyter Cardinalis Perettus.

† Ego B. tt. S. Mariæ Tranſtib. Cardin. Beuilaqua.

†

†

†

† Ego Dominicus SS. Apoſtolorum Cardinalis Gymnaſius.

† Ego C. Cardinalis tit. S. Cæſarei Madrutius.

† Ego S.tit.S.Chryſogoni presbyter Cardin. Burcheſius maior Pœnitentiarius.

† Ego Io. Garſia tit. SS. Quatuor Coronatorum presbyter Card Millinus.

† Ego M. tit. SS. Quirici, & Iulittæ preſbyter Cardinalis Lantes.

†

† Ego Io. B. tit. S. Cæciliæ presbyter Card. Lenius.

†

†

†

† Ego D.tit. S.Martini in montibus Card. Riuarola.

† Ego

†

†

†

† Ego G. tit. S. Crucis in Hierusalem presb. Card. Borgia.

† Fr. Felix tit. S. Anastasię presbyter Card. Asculanus.

†

† Tib. tit. S. Priscæ presbyter Cardinalis Mutus.

† Ego Gabriel tit. S. Barth. in Insula presbyt. Card. de Trejo.

†

† Ego I. tit. S. Sabinæ presbiter Card. Sabellus.

† Ego M. tit. S. Mariæ de Pace presb. Card. Klesẽlius.

†

†

† Ego S. presb. Card. S. Susannæ S. R. E. Bibliothecarius.

†

†

†

† Ego Guido tit. S. M. de populo presb. Card. Bentiuolus.

†

†

†

†

†

† Fr. Desiderius tit. S. Clementis presb. Card. de Cremona.

†

† Ego Ludouicus presbyter Card. Ludouisius tit. S. Laurentij in Damaso S.R.E. Vicecancellarius.

†

†

†

†

† Ego Cosmus tit. S. Pancratij presbyter Card. de Torres.

†

†

†

†

† C. S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis Pius.

† M. S. Eustachij Diaconus Cardinalis de Sabaudia.

†

† Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin. Diaconus Cardinalis Vrsinus.

†
†
†
†
† Ego Franciſcus S. Angeli in foro Piſcium Diaconus Cardinalis Boncompagnus.
† Ego Hipp. S. Mariæ nouæ Diaconus Cardinalis Aldobrandinus S. R. E. Camerarius.
†
†

Ioſeph Anſelmus.

G. Montanus.

Locus † plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Breuium.

Decreta aliquot ſacræ Congregationis Rituum in materia Canonizationis, Regnante Vrbano VIII. D. O. M.

Decretum ſuper promotione proceſſuum.

1 SANCTISSIMVS Dominus noſter viuæ vocis oraculo tam per Illuſtrimum Cardinalem à Monte, quàm per Secretarium iuſſit, vt deinceps in cauſis ſeruorum Dei poſt examinatos de mandato eiuſdem ſanctiſſimi proceſſus authoritate ordinaria, & decretas, & expeditas remiſſoriales, ac etiam poſt receptionem proceſſuum authoritate Apoſtolicą confectos, per decem annos huiuſmodi cauſæ ſileant, neq; vllo pacto ad examen eorundem proceſſuum ad effectum ſiue beatificationis, ſiue Canonizationis quouis ſub prætextu deueniri poſſit. Quod vt firmius ſtabiliatur Sanctitas ſua inſuper iniunxit, vt ſi memoriale ſuper hoc directum Congregationi porrigatur cum reſcripto Sanctitatis ſuæ, vt aliqua ex huiuſmodi cauſis

sis ad prædictos effectus examinetur, nullum sortiatur effectum, nisi in eodem rescripto specialis prædictæ iussionis derogatio reperiatur; quam Sanctitatis suæ voluntatem Rpd. Secretarius notam fecit die 28. Septembr. 1624.

De processu Gregorij Papæ X. & aliorum similium Sanctissim. declarauit mentem suam fuisse sub decreto decennij non comprehendi eos, qui à quinquaginta annis suprà decesserunt, sed eos qui à quinquaginta annis citrà mortẽ obierunt. Die 22. Augusti 1626. 2

Decretum super immemorabili.

Sacra Rituum Congregatio, annuente sanctissimo Domino nostro, decreuit immemorabilem probatam super cultu & veneratione alicuius sancti non canonizati, nec beatificati non suffragari ad effectum, quòd de illo possit concedi Missa, vel officium; sed in specie, & in illo loco esse probandam immemorabilem quoad cultum cum Missa, & officio, & ita imposterum seruari mandauit die 20. Nouembris 1628. 3

4 DIE 15. Ianuarij, 1628. Sanctissimus Dominus noster expressè mandauit non agi amplius in S. Rituum Congregatione de processu cuiusquam super prætensa sanctitate, aut martyrio ad effectum canonizationis, seu beatificationis, nisi lapsis quinquaginta annis ab obitu illius; quin etiã lapsis quinquaginta annis de similibus processibus, tam factis, quàm faciendis, agi vetuit, nisi habita prius & expressè obtẽta à Sanctitate sua, vel eius successoribus licentia. Verùm ne pereant huiusmodi dilationis occasione probationes permisit Sanctissimus singulos Illustrissimos Cardinales, non habita ratione dictorum quinquaginta annorum, posse in qualibet trium Congregationum ad id destinatarum proponere vnam causam vel processum, siue authoritate ordinaria fabricatum ad effectum deliberandi an debeant concedi litteræ remissoriales in forma, siue etiam authoritate Apostolica factum, ad effectum cognoscendi, an legitimè, seruatisque seruandis factus sit. Quibus duobus articulis definitis, nimirum vel concedendi remissoriales, vel declarandi processus authoritate Apostolica ritè factos,

nul

nullaq; nullitatis sanatione, vel testium repetitione indigere Sanctitas sua de his vlterius agi expresse prohibuit; ne de sanctitate vitæ, miraculis, & aliis ad beatificationem, vel canonizationem requisitis tractari voluit, nisi elapsis quinquaginta annis & obtenta licentia seu beneplacito Sanctissimi vel successorum, vt suprà.

Litteræ ad Nuntios Apostolicos.

CVM sacra Rituum Congregatio, matura habita consideratione, iudicauerit; si Pontificis per Europam Nuntij sese ingererent in excipiendis inquisitionibus de integritate, virtutibus, & miraculis viri cuiuspiam cum aliqua sanctitatis fama defuncti, facile futurum, vt processione temporis præsumpta palam opinione videantur huiusmodi acta tanquam habere pondus Apostolicæ authoritatis: sacra eadem Congregatio re prius ad Sanctissim. relata censuit dominationi tuæ in memoriam reuocandum, ne vllius omnino hominum rogatu; impulsuve ducatur imposterum, vt apud suum Tribunal, vel ab aliis tua authoritate suffultis de huius generis re-

bus agi, atque inquiri permittat, nisi eadem Congr. per litteras remissoriales, & compulsoriales, aut quauis alia ratione idipsum fieri debere specialiter significet, & ne aliquis in tam graui negotio subrepat abusus, iussit eadem S. Congregatio amplitudinem tuam hac epistola fieri certiorem de iis, quæ continentur in adiuncto decreto, vt curet ab omnibus obseruari; sacræ igitur Congr. sensum sequatur dominatio tua, die 12. Martij 1631.

Decretum seruãdum in recipiendis informationibus pro causis beatificationum & canonizationum Seruorum Dei.

6 CVM in tota Ecclesiæ gubernatione nihil maius, nihil sit augustius Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, vtpote homines iam demortuos, etiam cum fama sanctitatis, & miraculorum declarare pro Sanctis, eosque vti tales colendos, & venerandos decernere.

Sacra Rituum Congragatio, vt res hæc planè amplissima, atque grauissima ritè, sanctéque conficiatur, prohibet omnibus,

bus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quàm Regularibus, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, Societatis Iesu, vel aliorum quantumuis speciali nota dignorum, ne audeant ipsi per se, aut per alios capere informationes super sanctitate, aut miraculis alicuius defuncti, neq; vllo modo exquirere, atque obtinere ad hunc effectum extraiudiciales testificationes, aut subscriptiones, sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligen. Quod si Superiori, Sacristæ, seu alteri Officiali illius Ecclesiæ, in qua requiescit corpus ipsiusmet defuncti, vel alterius etiam Ecclesiæ, fuerint reuelata aliqua miracula, siue prophetiæ dona, possint ea recipere sub sigillo secreti ab ipsis tantum relatoribus, in quorum gratiam contigisse narrabitur; teneantur tamen quamprimum commodè poterunt eadem deferre, vel obsignata transmittere Episcopo loci, cum expressa declaratione, quod reuelationes, sic vt supra receptæ, non faciant aliquem probationis gradum, etiam cuiusuis longissimi temporis cursu.

Quod decretum cùm fuerit ad notitiam S. D. N. VRBANI Papæ VIII. dedu

deductum, Sanctitas Sua illud approbauit, ac imprimi, & vbiq; publicari mandauit Die 12. Martij 1631.

E. Episc. Portuen. Card. Pius.

T. Tegrimius Episc. Asciscien. Secr.

Decretum S. Rituum Congregationis.

7 CVM ad notitiam S. Rituum Congregationis peruenerit quamplures Declarationes, Decreta, seu Decisiones sub nomine eiusdem S. Congregationis absque illius authoritate impressas in libris, seu alijs operibus circumferri, & allegari; multasque ex Declarationibus, Decretis, seu Decisionibus, iuxtà contingentiam casuum, illorumque qualitates, & circumstantias à se diuersis temporibus factis, secundùm ea, quæ proponebantur, fuisse alteratas, immutatas, diminutas, ac forsan alias, mentito S. Congregationis nomine, confectas, nullóque propterea authentico sigillo munitas, illásque per Tribunalia, tam in Vrbe, quàm

per

per Orbem circumferri, & allegari: Considerans eadem S. Rituum Congregatio quantum detrimenti recipi poſsit, ſi aliqua fides illis adhibeatur, Ex ſpeciali S. D. N. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui iuſſu, mandat, & præcepit, huiuſmodi Declarationibus, Decretis, ſeu Deciſionibus tàm impreſſis, quàm imprimendis, ac etiam manuſcriptis nullam fidem in Iudicio, vel extra, eſſe adhibendam, ſed tantum illis, quæ in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiuſdem Congregationis pro tempore exiſtentium, munitæ fuerint: In quorum fidem, hæc propria manu ſubſcripſimus, & ſigilli proprij S. Rituum Congregationis impreſſione communiri, ac typis mandari iuſſimus. Dat. Romæ die xj. Auguſti 1632.

C. Epiſc. Portuen. Card. Pius.



